# IOANNIS OSORII
## SOCIETATIS IESV,
## Tomus Tertius.
## CONCIONVM DE SANCTIS.

Conciones de peculiaribus Sanctis, quæ hic desiderantur, inter conciones de Sanctis in communi, quas in finem huius libri remisimus, inuenientur.

Quorundam verò aliorum festorum conciones in his, quæ de tempore scripsimus, & scribemus, inquirendæ sunt, quæ eò coniecimus, quia eò pertinere videbantur.

AD CLARISS. LICENTIATVM
D. FERDINANDVM à PADILLA
Priorem Oxomensis Ecclesiæ.

*Cum Indice locorum Sacræ Scripturæ, & rerum memorabilium.*






VENETIIS, MDCIIII.

Apud Petrum Mariam Bertanum.






# IOANNES OSORIVS E SOCIETATE IESV.

Licentiato D. FERDINANDO à PADILLA, Priori Oxomenſis Eccleſiæ ſalutem.





VM in lucem edere vellem ( præſul clariſsimè ) librum hunc, quo illuſtrantur duorum laudes, quorum feſtos dies anniuerſaria recordatione, ac celebritate colit mater Eccleſia, vnus tu inter multos occurrebas animo, cui munus hoc dicarem, ſi non ab ingenio, quod tanta res poſtulat, certè a pietate, & religione profectum, qua diuos venerari par eſt, & ab eximia quadā beneuolentia, cuius arctisſimis vinculis ita eſt meus animus cum tuo annis ab hinc multis copulatus, vt quamuis longisſimo, & locorum, & temporum interuallo diſiuncti fuerimus, nulla tamen facta ſit vnquam, vel intermisſio officij, vel animorum, voluntatemque diſiunctio. Accedunt eò non ſolum tua in vniuerſam noſtram ſocietatem merita, quæ tot, tantaque ſunt, vt omnes tibi publicè debeamus, ſed priuata, quibus ego mul-

tis sum modis astrictus, multis tibi nominibus obligatus. Et si mihi hoc natura non tribuisset, vt quem semel colere cœpissem, eũ mihi colendum in perpetuum existimarem, tot in te congessit Deus optimus maximus ornamenta, non modo fortunæ, & gloriæ; quæ tu in minimis ponenda ducis, verum etiam virtutum omnium, vt te non diligere nullo modo possim. Pulchrum tibi fuit, in antiquissima, & illustrissima Padillarum familia nasci, quæ vt ex verissimis scriptorum monumentis constat, ab splendidissimo D. Godo de Padilla Padillarum Domino (hoc oppidis vetustissimis nomen est) octingentis fere ante annis fundata semper floruit, quæ viros eximios Castellæ præfectos supremos habuit, quæ magisterijs abundauit fortissimorum hominum, qui viridis crucis insignibus fortitudinem, nobilitatemque præferrent. Honorificum, eos tui generis authores extitisse, qui bellicam laudem cum Christiana virtute coniunxerint. Illustre tibi fuit, quod ex ea sis familia natus; ex cuius sanguine, nobilissimoque genere uniuersi Hispaniarum reges, ac reliqui totius Christianæ respublicæ principes, principium, originemque du xere, cum hi omnes serenissimam dominam Mariam à Padilla Petri Hispaniarum regis uxorem sui ortus, genetricem, parentemque habuerint. Quo factum est, ut clarissimi regni principes tuam domum frequentent, in eaque cognationis, & propinquitatis iura recognoscant. Gloriosum, a uitam nobilitatem hæreditario quodam iure tibi relictam ornatam à te, atque illustratam fuisse morum facilitate, & instituta totius uitæ ratione te, tuisque maioribus digna. Quæ omnia multitudinis


impe-

imperitæ iudicio magna, & mirabilia, quamuis per ſeipſa laudanda non ſit, quod fortunæ munera eſſe uideantur, in te tamen eximiæ cuiuſdam laudis cauſam habent cùm ea pleriſque ad libidinem, & uoluptatem incitamento eſſe ſolent, tu feceris inſtrumenta uirtutum. Hæc tu illuſtria multò illuſtriora reddidiſti moderatione animi adhibita, perpetuaque conſtantia beneuolentia in amicos, facilitate in domeſticos, benignitate in pauperes, beneficentia in eos omnes, qui ſe ſuaque negotia tuæ fidei, tutellæque commendant. Quibus rebus Petri Sarmenti auunculi tui, qui tibi iſta Oxomenſis Eccleſiæ dignitate anteceſsit, magnitudinem animi, uirtutumque præclariſsimarum ornamenta ad uiuum refers: quod quidem nec in minima profecto laude poni debet, cùm ille ſplendidiſsimum Hiſpaniæ decus effulſerit, neque magnis ſolum principibus mirabilis, ſed ſummis etiam pontificibus, & imperatoribus admirandus. Iam uero quæ tua ſit aduerſus Deum pietas, qua religione non ſolum diuos uerum etiam ſacras eorum imagines uenerare, quis ignorat? Hæc uera bona, præclara, & plane diuina, non quia tua (nihil enim boni homini tribuendum eſt ſed ſoli Deo fonti bonorum omnium uberrimo) hæc inquam non quia tua, ſed quia tibi diuino beneficio donata nobilitatem tuam à maioribus acceptam augent, gloriam exornant, genus illuſtrant, tibique ſpem afferunt, fore, ut aliquando his quaſi gradibus aſcendas cò, vbi conſpectu Dei optimi maximi, à quo hæc in te bona profecta ſunt, lætus perfruare. Ad hanc gloriam

aſſequen-

assequendam sanctissimi quinque viri viam nobis tritam, suarumque virtutum vestigijs impressam reliquerunt, quod hoc libro explicandum suscepi. Hoc tu munus clarissime Ferdinande, si argumenti rationem consideres, excellens, atque præclarum, suscipe. In quo cum legeris, quid uiri sanctissimi fecerint, quam vitæ rationem instituerint, habebis cœlestis vitæ duces, ac magistros, quos imitari debeas, & quorum vestigijs insistere ad summam fœlicitatem comparandam. Vale.

Datum Salmanticæ idibus Iulij.



# AD LECTOREM.





BSOLVIMVS tandem (Christiane lector) tertium volumen, in quo Conciones de Sanctis, quorum festa toto anno ab Ecclesia celebrantur, continentur, quartum, quintumque breui expediemus, quibus argumenta varia, quæ incidere concionatori sæpe sæpius solent, tractantur, quorum quidem ex instituto conciones, aut nullæ, aut raræ scriptæ reperiunt. Quæ dum in lucem profero, hoc quale quale illud est, beneuolo, gratoque animo accipito. Vale.



# TABVLA CONCIONVM, QVAE HOC TERTIO TOMO CONTINENTVR.







# INDEX AVTHORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE,

*Quæ sparsim in hoc opere explicantur ab authore secundum ordinem veteris, ac noui testamenti.*

SOlent hoc tempore loci sacræ paginæ, qui in aliquo opere exponuntur in breuem indicem coniici, quod facile inueniantur, quam consuetudinem uos etiam sequemur. Verum quoniam interdum huiusmodi locorum duntaxat germanus sensus tangitur, interdum uero longa, & rationibus, aliisque scripturis contexta amplificatio subnectitur, quæ maxime ab iis, qui concionandi munus obeunt, expeti solet, ideo hic utrumque index conficietur. Quare lectorem monitum uellem, ne oculos in solis locis, qui citantur, in indice figat, sed ea etiam, quæ locis sæpe præmittuntur legendo percurat, ex quibus locorum fusiorem explicationem petere possit.

## Ex Genesi.



## Ex Exodo.



## Ex Numeris.

## Ex Leuitico.



## Ex Deuteronomio.



## Ex Iosue.



## Ex lib. 1. Regum.



## Ex lib. 2. Regum.



## Ex lib. 3. Regum.



## Ex lib. 4. Regum.



## Ex lib. 2. Paralip.



## Ex libris Esdræ.



## Ex lib. Thobiæ.



## Ex libro Esther.

## Ex libro Iob.



## Ex Psalterio

## Ex Threnis.



## Ex Baruch.



## Ex Ezechiel.



## Ex Daniele.



## Ex Oſea.



## Ex Amos.



## Ex Iona



## Ex Michæa.



Ex

## Ex lib. Prouerbior.



## Ex lib. Ecclesiaste.



## Ex lib. Canticorun.



Due

## EX lib. Sapientiæ.



## Ex lib. Ecclesiastici.



## Ex Esaia.



Ite angeli

## Ex Ieremia.

Stantes

## Ex Nahum.



## Ex Abachuc.



## Ex Zacharia.



## Ex Malachia.



## Ex lib. 1. Machabeor.



## Ex Matthæo.



## Ex Marco.

## Ex Luca.



## Ex Ioanne.



Cucurrit

## Ex epistola ad Galatas.



## Ex epist. ad Ephesios.



## Ex epist. ad Philippen.



## Ex episto. ad Colossenses.



## Ex epi. 1. ad Thessal.



## Ex epist. 2. ad Thessal.



## Ex epi. 2. ad Timoth.

## Ex episto. 2. ad Timoth.



## Ex epi. ad Philemon.



## Ex epist. ad Hebræos.



## Ex epistola B. Iacobi.



## Ex epi. B. Petri.



## Ex epi. 2. Petri.



## Epist. 1. Ioannis.



## Epistola. 2. Ioannis.

## Ex epist. Iudæ.



## Ex Apocalypsi.





# INDEX RERVM NOTABILIVM,

## Quæ in hoc opere traduntur.

*Numerus indicat columnam, litera, cum apponitur, locum columnæ.*



*Christi*

Incarnatio


LAVS DEO.







# FESTA MENSIS IANVARII.



DE Circuncisione Domini, vide in primo tomo nostrarum Concionum, & in quinto, qui Deo dante in lucem edetur.

De Epiphania Domini similiter.

De Octaua Epiphaniæ similiter.

De Beato Antonio Abbate, vide in Communi confessorum non pontificum, ad finem huius voluminis.

De Cathedra sancti Petri, vide inferius in eodem festo, Mense Februarij.



# IN FESTO BEATI
## FABIANI, ET SEBASTIANI,
## & pro Communi plurimorum martyrum.

*Descendens Iesus de Monte. Luc. 6.*

A  DEST nobis dilectissimi celebritas D. Sebastiani, qui iure sibi vsurpare potest illud
Thr. 3. Thren. 3. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam, misit in tenib. meis filias pharetrę suę. Cum se iratus dñs ostẽdere vult,
Psal. 7. arcum, sagittamq; arripit. Sic Psa. Nisi conuersi fueritis, arcum suum tetendit,
Gen. 6. & parauit illũ, & i eo parauit vasa mortis. His percussit Angelus primos parentes,
B & vniuersũ hoium genus diluuio. Hoc peracto, loquitur Deus Noe placari incipiẽs, & ait nõ vltra irascar vniuersæ terræ, nec mittã aquas diluuij sup illã. Sed φ nobis signũ erit huius clementię? Arcũ meũ ponã in nubib. cęli: ò dñe arcus signũ est pacis, & nõ potuis belli? Hoc arcu vniuersam terrã percussisti, et eũ in signũ pacis das? qs arcũ videns nõ pauebit, & fugiet a facie arcus? Sed accipe Noe signũ hoc, φ maximũ, summũque est Dei in nos miæ, cum arma Dei
C tibi dantur. Quando inimicorum arma in tẽplo tuo pendentia video, non ea times, licet prius sanguinẽ tuũ fuderint, vt arma Golię, & Holofernis in Dei tẽplo suspẽsa fuere. Qñ Deus manib. suis arcum tenebat, & tendebat in nos, timẽdum profecto nobis, sed cum hic arcus in templo nostro est, & in cęlũ tensus, timeat cęlum, nos quid timeamus non habemus, dari ergo arcum in nubib. nr̃is fuit in templo nostro suspẽdit arma inimica nobis. Hic arcus est in Maria positus, quæ & nubes est cęli, & in templum nr̃um tẽplum repentè fit Dei. Sic ꝓphe-

ta Xp̃m appellat, suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribus, quę loquutus es. Dabit Dominus ipse vobis signũ pacis, scilicet, & misericordiæ. Ecce virgo concipit, ecce arcum in nube, ad eam cedamus, dicentes Aue Maria. A Hab. 3 Esai. 7.

In clarissimorum martyrũ festiuitate operęprętiũ erit interrogare, qua de cã ĩ lege gratæ voluerit Deus effundi copiosissimum sanguinem hoĩum, qui martyrio coronati sunt, & q in lege veteri aĩalium irrationabilium sanguine contentus fuit, in lege noua illo reiecto sanguine, filiorũ suorũ sanguinẽ fundi uoluit? B
Adauget verò difficultatẽ hãc, φ lex gr̃ę lex amoris, dulcedinis, & miæ, & in ea effusus erat iam sanguis ille Xp̃i, qui innumeris redimẽdis mũdis sat erat. Et Psa. 45
nihilominus sanguis martyrum in tãta copia effusus est, vt meritò dicatur effuderũt sanguinem sanctorum tuorum, sicut aq̃ in circuitu Hierusalẽ, plures. n. Hiero.
hoĩs sacrificati martyrio sunt in lege noua, q̃ aĩalia in veteri. Ex præclaris martyrib. testatur Hieron. in vnumquẽq; C
anni diem esse quinq; millia usq; ad ei' ætatem, & post illum innumeri sunt meritò sine dubio potest Ecclesia Christo Exod.
dicere, quod vxor Moysi ei dixit circuncisò filio, sponsus sanguinum tu mihi es

Licet multas huius rei cãs dicere possemus, sed illã unicam perpẽdamus, q ad Ecclesiam spectat. Et quenã illa? Vidit certè Ecclesia Deũ ꝓ ipsa sãguinẽ fudisse suũ, uult & ipsa sanguinẽ ꝓ eo fundere ut ei debitũ reddat eodẽ monetę genere, φ aiunt. Hoc Ecclesiæ nomine loquitur Psal. Quid retribuam dño pro omnib. quę retribuit, mihi? calicẽ salutaris Ps. 115

acci-

A accipiā. Optimè dubitat, qd retribuam dño ꝓ oibus, q̃ retribuit mihi. Relinquamus mō cætera, q̃ retribuit, nobis illud solū vsurpemus, de quo Ioānes, ait, ꝙ dilexit nos, & lauit nos a pc̄tis nostris
Apo. 1 in sanguine suo, qd repēdemus amori? Quid repēdemus sanguini? amorē amori repēdamus, sanguinē, sāguini, sola digna retributio, cū amor amore, sanguis
Ps. 115 sanguine cōpensat. Hoc est ꝙ subiungit Dauid, calicē salutaris accipiā, & nomē dñi inuocabo, quasi dicat sane dignā retributionē, aut plenā compensationē minimè inuenio. Veruntamen ad qualemcunq; grarum actionē, ecce calice amaritudinis, atq; passionis, quem tu bibisti dñe, ꝓ amore tuo bibere paratus sū pp
B ueritatis cōfessionē ēt mortis amaritudinē libēti aio suscepturus, idq; faciā cū aperta confessione, & inuocatione nois tui, cuius gra, & saluberrimum est, & omnino gloriosissimum passiones, atq; ēt mortem tolerare. Et hoc est, ꝙ subiūgit, uota mea dño reddam coram oī populo eius, pretiosa in cōspectu dñi mors sanctorū eius, quasi dicat, deuotionē in te meam testabor coram oī populo, nec mortem formidabo ꝓ noīe tuo, q̃ utiq; gloriosisima, & pretiosa est. Calix hic,
Ma. 20 de quo Ps. loquit, ille est proculdubio, de
Ma. 26 quo Xps Mat. 20. potestis bibere calicē, quem ego bibiturus sum? & iterū Matt.
Io. 18. 26. si fieri pōt, transeat à me calix iste, & Io. 18. calix ē, quē dedit mihi pr̄, nō vis, vt bibā illū? Hūc calicē ille bibit, imo ad fę
C ces usq; exhausit, hunc bibunt martyres oēs, sicq; aliquo mō retribuūt Deo suo,
Ignat. Hinc Ignat. scribit. Modo incipio discipulus Chri esset, cum martyrum inchoaret. Hāc dignā retributionē Sebastianns reddere uoluit, positus quasi signū ad sagittam, fuit. n. Xps signum, in ꝙ uniuersus mundus sagittas duxerit suas. Ecce
Luc 2 hic positus est in signum cui contradicet
Iob. 34 & Iob 34. violenta sagitta mea absq; peccato. Voluit Sebastianus ei repēdere factus, ēt signū ad sagittam. Nec uero hoc ira Dei in suos censenda est, sed gratia maxima, & summi beneficiū. Hoc. n. inter est inter reges terræ, & regem cœli, quod terrę reges dilectis suis officia concedūt minimi laboris, & maximi hono A ris, minoris periculi, & maioris delectationis. at cōtra Deus, ꝙ summi discrimi nis est, ꝙ laboris maximi illud maius re putat, illud amicis largit suis, suosq; honestat laborib. Xpo filio suo, cui præcipuus locus debebatur concedit humani generis redemptionē, quod oīum difficiliū erat, ac laborisissimum. Vnde oīum pc̄tā soluere debuit doloribus acerbissimis. Deinde Apostolis mundi expugnationem concedit in laboribus plurimis, i carceribus, in periculis. Deinde martyribus simile, qd cōcessum est, vt summis tribulationibus fruerent. Non ergo hoc mali iudicium est, sed optimi, & fœlicis usque quaque. Vobis, ait Paulus datum Phil. 1 est, nō solum ut in eū credatis, sed ēt ut ꝓ illo patiamini. Vis ego signo antiquo B nosse: Audi. i. Re. 20. ait Ionathas ad Dauid, cum signū ei uellet dare, si rectè, uel 1. Reg. 20. malè res eius se haberēt apud regē. Si dixero, inquit, puero ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas, tu ueni ad me, pax tibi est, & nihil est mali, si aūt dixero, ecce sagittæ ultra te sunt, uade in pace, qa dimisit te dñs. Pacis signum, & oīs boni, nullius q; mali est, sagittę intra te sunt, signū vero irę procul esse. An nō hoc Sebastiane sagittis trāsfixo dicemus Sagittę ītra te sūt? pax ergo tibi ē, & nihil ē mali. Simile uero qd loquemur omni afflicto, q quasi sagittas cōfixus est, nō hoc malū tibi reputandū est, sed pacis signū. Sic ille putabat, q orat dñe, ne in furore tuo arguas me, neq; ī ira tua corripias me, quo Psa. 37 C nīā sagittę tuę īfixæ sūt mihi, & cōfirmasti sup me manū tuā. Nō ē ira Dei, nō est furor Dei in eū, in quo sagittæ īfixæ sūt.

Hæc uero tāta sāguinis effusio, & tribulationum inundatio, quæ ī lege gratiæ est, non obstat eius dulcedini, & suauitati, ut initio cōcionis opponebamus Nec. n. gra id tollere debuit, quod hoī maximè gloriosum, & honorificum est, quale pro Deo suo pati, sed passionis acerbitatem, dolorem, afflictionē, & animi depressionem gratia tollit animumque firmat, ut facile, suauiterq; omnia perferat mala. Audi militiæ Christianę aīn signa nu. 2. Cor. 4. In omnibus tribulatio 2. Co. 4

A nẽ patimur, sed nõ angustiamur, aperiamur, sed nõ destituimur, psecutionẽ patimur, sed nõ derelinqmur, deijcimur, sed nõ perimus. Sp mortificationẽ Iesu in corpore nro circũferentes, ut & uita Iesu manifestet' ĩ corporib. nostris. Hoc uero q de se Paulus testatur, de oibus martyribus eorũ testant' scriptores, miro enim. erectoq; aĩo in tormentis extitere alij in carcerib. ut in regia aula, alij inter prunas quasi in rosis ambulabãt, alij ad suppliciũ, ut ad nuptias ibãt. Qđ nõ in uiris solum, sed & in pueris, & in puellis uisum est, ut admirationi fuerint mũdo, & tortoribus ipsis, pp quod eorũ plurimi cõuersi ad fidẽ sunt, & alij se uictos profitebant', inter quos merito enumerãdus est Sebastianus, qui immanissimũ Diocletianũ adeo liberè increpauit,

B tã forti aĩo, & inuicto corde istipite fuit, vt nõ immerito credamus cũ eo illud factũ a Deo, qđ cũ ijs fieri assolet, qui uiui sagittis configendi sunt, datur. n. cuique patronus ut uulgo dr, qui primã in cor dirigit sagittã, qua penitus extinctus reliquas sagittas nõ sentit: uiuus sagittãdus educit' Sebastian⁹, quẽ habebit patronũ, q cor eius transfigat, eũq; mundo mortuũ faciat, ut sagittatorũ sagittis non affligatur? Certè ei patronus fuit Christus dñs, q eius cor sagitta amoris diuini sic sagittauit, ut reliquas nihili duceret. Hãc sagittã sensit, q dicit, sagittaueras tu dñe cor meũ charitate tua. Hãc, uel has sagittas promiserat, q dicit. Sagittæ tuę acutę populi sub te cadẽt in corda inimicorũ

C regis. In corda sagittę Dei infigunt', & cõtinuo de ijs, q cõfixi sũt ijs sagittis, dr mortui estis, & uita uestra abscõdita est cum Xpo in Deo, codẽ ps. sagittas suas ardẽtibus effecit, idest ardentes effecit, vel affecit eas reb. ardentibus, ut cor inflãment. Quod sic cor Dei amore ardet, tpalia incõmoda despicit, corporis passiones nõ curat, qa nõ est ibi amor, eius sed ĩ celo, ubi est thesaurus illi⁹. Sed qui nimiũ dolet, nimiũ gemit ĩ laboribus, signũ dat, se nõ mortuũ huic sæculo esse, adhuc uiuere, nec gr̃a uti, ut dẽt, nec suauitatẽ legis gr̃æ gustasse, qua cõputrescit iugum a facie olei. Nec uero illud expertus leuamen est, q author gratiæ promisit dicẽs. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã uos.

Simile

Argu

Psa. 44

Col. 3.

Psal. 7.

A

Ma. 11

Sed aliud dicet, Martyriũ mihi quidẽ adest nullũ, opto quidẽ illud, sed elongãme est, aliquis mihi est labor, sed minimus. Quomodo ergo ego sanguinẽ sanguine cõpẽsabo, quid ego retribuã domino pro omnib. q̃ retribuit mihi? quomodo calicẽ salutaris accipiã? Videtur mihi se Deum hr̃e cum hoibus ad eum modũ quo negotiator, ex indis aduenięs, & gẽmas, margaritasque plurimas deferens, quasdã uẽdere incipit maximũ postulat pretiũ, sed tãdẽ uidẽs paucos emptores exiguũ petit, & ĩfimo pretio cõtẽtus est. Venit negotiator ille cęlestis ĩ terrã, uenditurus nobis dona gratiæ suæ, & glorię cęlestis, initio quidẽ ecclesiæ sanguinem

B petebat, & uitã, vt hæc nobis largiretur, tunc qui Xpm suscipiebat, continuo ad martyriũ te parare oportebat. Propter te mortificamur tota die ęstimati sũmus sicut oues occisionis, sed iã multũ p omnẽ modum pretiũ minuit. Vide q̃ parũ est q te oportet p tritiam nobis omnibus merito dici põt illud Pauli. Nondum vsque ad sanguinem restitistis, pctõ repugnantes. Licet uero calicem nunc Christi non bibas, tñ saltem eum accipe. Est. n. calicem accipere, & est calicem bibere, calicem accipit, qui aĩum offert Deo suo prius sui causa passio, paratũ ab omnia proeo ferenda. Calicem bibit, qui martyrio coronatur, quod omnib. non cõceditur, multi. n. sanctorum uehementer hunc calicem sitierunt, & sumebant

C in manib. ut biberent, dum Deo id quotidie offerebãt desiderio, sed non est eis datum, ut biberẽt, & martyrij gloria coronarent'. Et licet oẽs sancti aliqđo hũc gustẽt, quia aliquid dat' pro nomine Iesu pati, sed nõ oẽs usq; ad sanguinẽ restiterunt. Nouit. n. Dñs infirmos esse quosdã, qui licet sint robusti satis, ut gustent, nõ tñ sufficientes sunt, ut ebibant illum amarũ calicẽ, qui tã est amarus carni, vt sed in eam partem ipse ẽt Saluator, omnium athletarũ robustissimus ab eo abhorrere, cum in illa grauissima lucta patri diceret, si fieri põt, trãseat a me calix iste,

Simile

Psa. 43

C

Ma. 20

A liste, ideo plurimorum consules infirmitati eis calicé non propinat. Oés tamen vult illum acciperedú ad turbas uniuersas exclamans ait, Lucæ 14. si quis uenit ad me, & nó odit patrem suum, & matré, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc aút, & animam suá, nó pót meus esse discipulus. Et qui nón baiulat crucem suam, & uenit post me, non potest meus esse discipulus. Dicitur uero calix salutaris, Christo quidé, quoniá per illum intrauit in gloriam suam, nobis similiter, quia per uarias tribulationes oportet nos intro ire in regnum Dei.

Lu. 14.

Act. 14

Vt ea, quæ dicta sunt edoceret, descendens Iesus de móte, stetit in loco campestri ascenderat ad montem cum paucis, cum perfectis, s. qui dicunt, ecce nos reliquimus omnia: Sicut Moyses cú paucis monté cóscendit, vniuersus populus eú expectabat ad montis radices. Vere pfectio paucorum est, ideo descendit vt plures cú sequi possint, quoniá turba nisi in humili Christú videret non sequitur ad excelsa, non ascédit ad sublimia, ait Ambr. Hoc ostédit summá in homines charitatem, & suauitatem, dum descendit, facilem nobis præbens cęli uiam, nec ardua, & sublimia exegit. Vide Ioanné Baptistam, qui militib. publicanis, & omni populo faciles idat in cælum uias, non ab illis exigens vitæ rigorem, quem ille pstiterat. Sic Paulus coniugatis, uirginibus, uiduis, dominis, seruis, regulas pscribit bene viuendi, cuiq; in suo statu. Posset quidé Deus ab omni hoie perfectissima queq; postulare, omnib. indicere perfectam temporalium abnegationé, omnib. imperare asperrimam pænitentiam sed si hæc ille præcipere, in monte staret, pauci eú sequerentur, nunc vero nó sic, sed descendet, quia vere mádata eius grauia nó sunt, vt ait Ioannes, facile ea potes implere, Tu in valle stas, Christus ad te descendit, sæcularis es, vxoré duxisti, in eo statu Christú sequere, castitaté serua, totú immaculatú, delicias fuge, aliqua p eo pati nó recuses, & saluus eris.

B

Ambr.

Luce. 3

Tit. 2.

C

1. Io. 5.

Deinde Christus descédit, postquam ascenderat, ut ostendat uitá Christianá mixtam ex actione, & cótemplatione. Ascédit Christus in móté, ut discas, eleuare in Deum mentem per orationé, descendit, ut noueris descendere ad opera charitatis; in móte sedet Christus, in loco cápestri peregrinatur, ascende in orationé, ut in ea quiescas. Sic Hier. ad Celantia. Intra in cubiculum secretum, quí sit tibi portus, in quo a tempestate quiescas. Cú in Christo in monte sedere uis quoq; sede, Sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se supra se. Vacate, & uidete, qm suauis est Dńs, Parté aliquá tpis in hoc opus sume. Sed postquam sederis surge. Surgite postquá sederitis, qui manducatis pané doloris. In hoc sæculo pané manducamus doloris, surgamus ergo postq; sederimus, descédamus cum Christo de monte ad opera necessaria proximorú, Surge comede, grádis tibi restat uia, donec peruenias ad gloriæ monté, ubi totum est requies. Sedebit tunc populus meus in pulchritudine pacis, & in requie opuléta. Mó Christus sedet ad dexteram patris, sed cú inter nos moratus fuit, ascendebat, & descédebat. Quidá quidé opera charitatis exercent spiritualia, quidá corporalia, sed oés ascendant, & descédant, oportet. Sic Paulus, attéde tibi, & doctrinæ. Nec uero se impediunt actio, & contéplatio, imo uero iuuant maxime, ut ostédit D. Th. 2. 2. q. 28 art. 3. Sicut. n. cú sup prunas carbones mittis, uel ligna, tunc quidem uř ignis extingui, sed pauli sper expecta, & uidebis augeri, nó extingui igné: ita ignis diuina est cótéplatio, & amor eius, uero nutrimentú sunt opera charitatis in proximos, cú his intédis, principio quidé vř Dei amor extingui, & cótéplatio impediri, sed nó ita est, cú redieris ad orationé post actioné debite pstitá, uidebis ignem creuisse. Si Angeli, licet nos custodiant, nosq. comitent, ut Raphael Tobiá, non ideo a diuina impediuntur cótéplatione. Sicut. n. amor mediorú non impedit amoré finis, ita amor proximi p Deú, & eius opera in nullo impediren Dei amoré. Imo & duo opera inter se ordinata in nullo se impediút ut intellectio, & loquutio. Imo sicut duo instra musica, cum pulsantur, mutuó se iuuant, sic actio, & contemplatio Christiani,

A

Hiere.

Thré. 3.

Ps. 45.

Ps. 126

B

3. Reg. 19.

1. Ti. 4

D. Th.

C

A stiani ergo pfecta mixta sit orone, & contemplatione, ut si circundata varietate.

Preterea descendit, quia, licet in alto manere posset cũ senatoribus terræ, sed
Ps. 112 non obliuiscit eorũ, q̃ inferius sunt, ideo descẽdit: Hic Psaltes, q̃s sicut Dñs Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo, & in terra? In altis habitat in monte, sed humilia respicit, hoc est, [descendens Iesus] Non sic homo, qui
Ge. 40. cum in sublimi se uidet, etiam suos non agnoscit. Sic pincernę contigit oblito Ioseph. Non sic Deus. Præterea, descendit, postq̃ ascẽderat, ut nos doceat, sic locum altũ possidere, ut nouerimus descẽdere, nos agnoscẽtes, ac vtilitatẽ nostrã. Quando te in sublimi statu videris cõstitutum, ne obliuiscaris, q̃ nihil sis, uel ut
B plurimũ uilis vermis. Ille in loco edito securus est, q̃ nouit descẽdere, ac humilliari. Huiusmodi erat Rex propheta dicẽs,
Ps. 21. ego aut sum uermis, & nõ homo. ille ego, q̃ rex, qui dux, q̃ propheta, qui diues, q̃ fortis, adhuc uermis sum. Sic copulauit Deus ima summis. alta humilibus: ut nihil tã altũ sit, q̃ non habeat. vnde humilietur, nihil tã uile, ut nõ habeat aliquid quo in meliorẽ spem surgere possit. Nõ est adeo superbus gallus gallinaceus, et si Indicus sit, q̃, si pedes cõspiciat, nõ humilietur, humiliatio tua in medio tui, ait
Michæ propheta. Cõstitutus in alto es: diues es? magistratũ geris? vis hæc recte possidere: in bonum tuũ his uti? descende, sede in puluere virgo filia Babylo. Sic descẽ
C dit de solio suo rex niniue. Ne dicas cũ Pharaone, & Nabuchodonosore, Deus ego sum, & non homo. Postq̃ descendit ad bestiã Nabuchodonosor, secure ascẽ
Ionæ. 3
D an. 4 dit in regnum. Vt hęc uos Christus doceret; descendit in locum campestrem.

Cõueniunt tunc plurimi [& multitudo còpiosa plebis oĩ Iudea, & Hierusalẽ Iudæi solum Christum sequũtur, sed & Tyrii, & Sidonis.] Nõ Hierosolimitę, & Tirij, & Sidonij. Ne glorietur Hierosolymita, q̃ solus Christũ sequatur, a latere uidet Tyriũ, & Sidoniũ simul sequentem. Ne glorietur sapiens, sacerdos, religiosus, q̃ Christum sequitur, nec putet, quod ille solus sit, qui cum imitatur uero enim multi sunt sæculares Christum se- A quentes, quorum cõparatione confundi põt. Multi enim de infima plebe Chřm sequũtur, qui pcedẽt in regno cælorum multos platos, ac religiosos. Quis vn q̃ in mentẽ inducere posset, latronẽ tã in inclytũ sanctitate futurũ, q̃s uidit ut eleemosynã a Deo in tanto pretio habitam? Quis intueretur Paulũ seruantem uestimenta lapidantium Stephanũ, & diceret, hic melior eris lapidato Stephano? Quis uideret nobilẽ illustremq; equitem Sebastianum ducẽ primę cohortis, indumentis militã indutũ, & diceret, hic præcedet in cælorũ regno plurimos Eremitas? Qua in re Sebastianus exteriori habitu dissimulans in interiorẽ virtutẽ, se B habuit vt prudẽs uenator; qui habitu induit qui colorẽ mõtis refert, dissimulatque, nec psequitur statim feras, quas uenaturus exiuit, ut ille nõ timeant, nec se Simile seruent. Talis Sebastianus, quẽ si a foris tantũ cerneres, diceres, uirum huius mũdi esse, nihil curantem ęternum, sed intus cilicio induebatur, exterius imperatoribus obsequẽs interius Christo Dño, & hac dissimulatione multos Christo lucrifet, complures accedens ad martyriũ, maxime Marcũ, & Marcellianũ, q̃ iam pene defecerant blanditijs deliniti, nullum ergo despicias, nisi te solum.

[Oĩs turba quęrebat eũ tangere, quia C virtus de illo exibat, &c.] Sicut cũ ex Indis uenit ditissimus uir, accedunt ad eũ Simile cõsanguinei, & noti eius, ut eorũ paupertiẽ leuet; sic e cæli mõte Christus descẽdit tanta affluẽs diuitiarũ copia, ut in eo sit oẽs the sauri sapientię, & scientię Dei. Oẽs ergo accędunt, ad eũ ut aliquid accipiã pro eo. 4. Reg. 13. Cumq. tetigisset 4. Reg. 13. mortuus ossa Helisei suscitatus est, quid num operabitur Xpi contactus? Hest. 15. Accede igit, & tange sceptrũ in signũ He. 15 mię, & remissionis, abolita iã est lex illa, bestia, q̃ tetigerit montẽ lapidabitur. Ex. 16 Olim mortuus est Oza, qui tetigerit arcã, sed iã accedere potes, & Xpm tange- 2. Re. 6. re. Sed ais, q̃s tunc turbæ ille adesset, ut Christũ uidere, & tangere posset? In potestate tua hoc est, nec hoc solũ, sed multo plus, cũ recipe digne in Eucharistię sacramento

A cramento,& Christũ tangens,imo & intra te pones Mirũ ꝓfectò quã auiditate, tunc oẽs turbæ cõcurrebant ad Christũ implentes illud Isa.2. Erit in nouissimis dieb. ꝑparatus mõs domus Dñi in uertice mõtium,& fluent ad eũ oẽs gentes. Simul ẽt stupendum,q̃ iam refrixerit Xp̃i Dñi desiderium, quã pauci ad eum accedant suscipiendum. An non hoc mirandum? Vides coram te ingentem auri acervum, ebullit continuo cor tuum, suspirat,secumq; alloquit,& dicit,ò q s hęc possideret? beatus essem si talib. frueret diuitijs,glistis auri desiderio,& nihil nõ faceres,vt eo frui,ac potiri posses, & uides in altari Christum Dñm thesaurum infinitum,infinitus est.n.thesaurus,quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitię Dei. Hunc infinitum thesaurum nõ desideras, non suscipis non in domum tuam ducere curas?

Isai. 2.

B

Sap.7.

[Et ipse eleuatis oculis in discipulos] Cõsideranda eximia Christi modestia, q̃ tanta fuit,ut notetur ab Euãgelistis aliqñ,ꝙ oculos subleuaret. Maxima.n.custodia oculi, sensusq; nostri custodiendi sunt,nec sine causa leuandi. Qm̃ oculus meus deprædatus aĩam meã,ut ait.Hie. Hinc oiũm nostrum perditio ortum habuit. Vidit mulier lignum,ꝙ esset pulchrum uisu,aspectuq; delectabile. Hinc malum oẽ Dauid.2.Re.12.Deambulante Dauid in solatio, vidit Betsabee se leuantem, Mors.n.ascendit per fenestras Ciuitas ab ini micis obsessa, si in portis custodem non hẽt, si ianuas apertas tenet,qũo obsecro,stabit? Sẽtentia medicorum est,& quidem rõni consona, q uenas hẽt ampla,atq; extensas,morsu a uenenoso serpente facile petit, uenenum .n.per amplam uenã facile discurrit usq; ad cor. Non uero sic q eas augustas hẽt. Sensus ergo tuos cõstringe ne uenenum tibi propinatum a dæmone facile cor tuum penetret portas sensuum occlude Pepigi fœdus cum oculis meis, ut nec cogitarem quidem de uirgine,Iob ait. Id ipsum tu p̃sta,ne & tu pereas cum senibus illis,q uidentes pulchritudinem Susannæ exarserunt in cõcupiscentiã eius.

Thr.3.
Gen.2

2.Reg. 12.
Iere.9.
C
Simile

Iob.31.
Dan.3

[Beatis pauperes,beati q esuritis, beati,q nunc fletis. Vide de ijs in festo oĩum sanctorum Addit uero cęlestis magister [Beati eritis cum vos oderint hoies, & cum separauerint vos &c.] Dicit quispiam,si scirem me electum a Deo,& ꝑdestinatum oĩa quę mundi sunt,despicerem,lætissimus essem, & bene dicit, sic.n.ad suos Xp̃s,nolite gaudere, ꝙ spiritus subijciuntur vobis,sed in hoc gaudete, qa nomina uestra scripta sunt libro vitę. Vis signum tibi dari aliqđ prędestinationis,& electionis tuæ? considera, & attende,an in te sit crucis signum, ꝙ est Tau illud. Eze.9. ꝙ sup frontes gemẽtiũ Angelus inscripsit,ne perirent, uide an tribuleris in hoc mundo, si multa pateris signum hẽs Tau. Sicut oues sua signa hẽnt ut a dñis agnoscantur,sic oues suas Xp̃s cruce & tribulatione signat,dæmõ uero suas delitijs,ludis,diuitij, & sæculi vanitatibus. Cyprianus ser.3. de patientia,ait, cum desæuisset in eum p̃secutio audiuisse a Deo,se scriptum in uitæ lib. Et Gre. ait. Sicut medicus videns infirmum de cuius vita desperat, curationes non adhibet, sed eum pro arbitratu agere sinit, comedat,bibatq; q̃ libent, cum vero ad uisitam dispositum uidet, hunc parsimonia, purgatione, & flebotomia iuuat. Sic Deus aĩarum medicus de præscitis dicit,curauimus Babylonẽ, & nõ est sanata, relinquamus ergo eam & dimisit eos ẽm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Signum hoc reprobi est. Iustum uero,prędestinatumq; curat, & affligit. Sic cum Iob factũ est,q cũ aperuisset oculos, videretq; in se signũ prædestinationis, in tribulatione spe erectus ait. Quis mihi det, ut scribantur sermones mei in plũbi lamina,uel celte sculpantur in silice? Scio.n. ꝙ Redemptor meus viuit, & in nouissimo die resurrecturus sum, & in carne mea videbo Deũ saluatorẽ meũ. Reposita est spes mea in sinu meo. Sed unde tãta sibi spes? qa se tribulatione signatũ uidit. Hinc sancti lætati sunt tribulationib. rebus uero succedẽtib. ꝑpere, tristabant. Si.n.insigne nobilitatis tãti hẽtur apud nobiles, cruxque in pectore gestat cũ gaudio,quia in ea agnoscit nobilis p

A
Mat.10
Eze.9
B
Cypr.
Greg.
Simile
Ier.51.
Psa.80
C
Iob.17

A sapia, quo signum filij Dei non magnifaciendum est? Huius rei multa exépla uobis Deo proposuit in martyribus, & omnib. qui insigni sanctitate fuerũt prædití. De omnibus. n. dicitur, hi sunt, qui venerunt de magna tribulatione. Sed vt excellentius nobis esset exemplũ, quo maius nec esse, nec excogitari posset, se
4.Re.7 ipsum huius rei exemplum nobis Christus proposuit. Et sicut Helia Heliseo pallium requirit, quo aquas transire posset Iodarnis, sic exemplum suum nobis Christus dedit, ut tribulationum aquas, libenter sustineamus, nec in eis deficiamus. Hinc Petrus. Xps passus est pro
1.Pe.2
He.12 nobis, vobis relinquens exemplum. Et, Recogitate ergo eum qui talem aduersus semetipsum sustinuit contradictionem, ut nõ defatigemini animis uestris deficientes. Hinc omnes martyres didi-
B cerunt patienter aduersa tolerare. Parũ
Aug. fuit, ait August. exhortari martyres ver-
7 Iud. bo, si non firmaret exemplo. Sicut ergo Gedeone frãgere uas suum omnes eius milites fregerunt uasa sua, & uictoriam rede. erunt, ita Christo in carne passo, martyres hac cogitatione armati, idem perfecerunt. Et inter innumeras passionis Christi causas, una non contemnenda fuit, vt martyribus innumeris exemplo esset. Cum enim Ecclesiæ nobilissimapars martyres sint, ad Christum spectabat, eos non verbo tantum, sed & opere edocere, quod illis maximũ præstiti
C tit adiumentum, eorumq; animos intendit, mire, ac inflamauit. Hinc Paulus.
He.12 Curramus per patientiam ad propositũ nobis certamen aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem. Hoc vires addidit Sebastiano.

Hoc nos in hanc pugnam, vt intremus, maxime mouere debet, ut si socij passionum fuerimus, simus & consolationis in gloria. &c.

A

## In festo Sanct. Agnetis Virginis, & martyris, & pro communi Virginum.

*The. Simile est regnum cælorum decem Virginibus, Matth. 25.*

Inter Mariæ nomina clarissima, unum illud est, Virgo Virginum, & Virginum regia. Et merito hoc illi nomen datur, ipsa enim statum Virginitas voto firmatum in lege gratię inchoauit, & hunc illa tanto in pretio habuit, vt si Dei mater esset futura, cum detrimento virginitatis, & gauderet de filio, & doleret de proposito, nec ante agelo assensum præbuit, donec ab eo audiret, Spiritus sanctus superueniet in te, quod dubitationi eius respondit, quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco (idest, omnino cognitura non sum. Cum vero à Dei matre in tanto pretio habitam virginitatem uiderunt, tum hom ines, tum fœminæ, hanc plures maxime coluerunt, impleremque est illud Psalmi, adducentur Regi virgines post eam, idest, post Mariam, plurimæ eam imitantes, virginitatemque vouentes, Deo afferuntur sponsæ, proximæ eius adducentur tibi in lætitia, & exultatione, idest, tanquam pedisequę post eam continuo illi proximæ, & adhærentes venient cum magna exultatione; tum sua, tum uniuersæ curiæ cælestis, Merito cælestis, diuinusque hic status a cœlestis, diuinaque Maria inchoatus est. Inter virgines vero, quæ illam secutę sunt, præcipuam dicamus Beatam Agnetem ętatis tredecim annorum, sed ei erat senectus mentis immensa, vere prudens, & prudentissima uirgo, cuius tanta fuit dignitas, ut sacrosanctum missę sacrificium ornare voluerit Ecclesia eius nomine, Lucia, Agnete &c. Sed adeo est diuina virtus hæc virginitas, ut maxime nobis necessaria gratia sit, ut de ea loquamur, ad Virginum reginam accedamus.

Ber. in missus est.

B

Luc. 1.

C

Inclita, illustrisq; est ciuitas illa Ierusalem,

salem, cuius innumeri sunt ciues cōscri-
pti & oēs Reges sunt, à minimo usq: ad
maximum, omnes coronas Regum in
1.Co.9 capite habent, & non qualescunque, sed
incorruptas, ut dicit Paulus, & illi quidē
ut corruptibilem coronam accipiāt, nos
Psa.20 āt ut incorruptā. De qua Psalmista, im-
Apo.1. posuisti in capite eius coronam de lapi-
de precioso. Et Apo. 2. esto fidelis usque
ad mortē, & dabo tibi coronam uitę. Et
de huius urbis ciuib⁹, ut dr̄ Apo. 22. dñs
Apo.22 illuminabit illos, & regnabunt in sæcu
Mat.25 lum sæculi. Et Christus ad eos. Venite
benedicti Patris mei, percipite regnum,
quod uobis paratum est ab origine mū-
di, ecce omnes reges sunt.

Sed inter hos Reges, regem esse, & re
gem regum dici, & dñi dominantium
quantum obsecro erit? Reges terræ re-
B gnant, sed pauperibus dominantur, & si
magnatibus, sed paucis, qualis obsecro
rex esset, qui mille millia regum haberet
in subditos? Qui ergo inter cœli reges
rex fuerit. principabitur innumeris re-
gibus. Sciendum ergo, omnem beatum
regem esse, & coronā regni habere, glo-
riam. s. essentialem. Sed aliqui beatorū
sunt, qui super hanc coronam alia insi-
gniuntur, corona, qua ceteris beatis præ-
eminentiquaque ostenditur, super alios
principari. Sed inquiris, qui sint isti q in-
ter cœli ciues reges sunt, & qui alia insi-
gniuntur corona? Rñdetur: inter Roma
nos fuerunt diuersæ coronæ, quibus do-
nabantur, qui strenue se gesserant in rē
militari, vt corona ex lauro, quæ dabač
triumphantibus, obsidionalis ex grami
ne, quæ dabat ei, qui obsessos ab obsidio
ne liberasset, ciuica ex quærcu, qua insi-
gniebatur, qui ciuem liberasset, mura-
lis, quæ dabatur ei, qui primus murū cō-
scēderat, erat ēt corona naualis, & aliæ
id genus. Sic ergo ad huius inter sancti
pattres docuerunt, quod super essentia-
le diuinæ beatitudinis præmium, quod
dr̄ aurea corona, superadditur alia coro
na accidentalis, quæ ijs conceditur, qui
aliquod pręclarum facinus in militia spi
rituali gesserunt. Cuius rei figura præ-
cessit. Exo. 25. quo loco ait dñs. Facies
mensam de lignis Sethim & inaurabis

eam auro purissimo (hæc est figura men A
sæ cœlestis, de qua Christus dñs ait, ego
dispono vobis regnū, vt edatis, & biba-
tis supra mensam meā. Et additur, Fa- Luc.22
ciesque ei aureum labrum p circuitum,
& ipso labro coronā interrasilē (hac co-
rona significatur p̄mium essentiale san
ctorum) & super illam alteram coronā
aureolam, hæc est, quæ significat eam, ğ
datur ijs, qui insignem obtinuere uicto-
riam. Est ergo laureola, vel aureola ac-
cidentale gaudium de aliquo insigni fa-
cto, essentiali pręmio superadditum, cor
porali decore declaratum, vel per mo-
dum coronæ in capite, vel per modum
palmæ. Hæ autem aureolæ tres sunt,
Virginitatis, doctrinæ, martyrij, secun-
dum tres hostes, cōtra quos pugnamus,
secundum vires, quibus pugnamus, se-
cundum tria, quibus vincentes Christo
configuramur. Secundum hostes qui-
dem, quia suprema victoria contra car-
nem est, quando omnino cohibetur, qđ
fit in Virgine. Contra mundum, quan-
do eius tyrannidi vsque ad mortem resi
stimus, quod fit in martyre. Contra dia-
bolum, quando eum non solum à men-
te propria, sed ab aliorum mentibus p
lucem doctrinę fugamus. Hanc laureo-
lam significat Christus dominus, dicēs; Matt.5
qui fecerit, & docuerit, hic magnus uo-
cabitur in regno cœlorum, magnus pla-
ne, qui coronatur præ cæteris. Secundū
vires verò, quibus pugnamus, quia do-
ctrina rñdet rationali, per quā fidei do-
ctrinam diffundimus, martyrij vero au-
reola irascibili, quæ versat circa ardua,
maxime circa pericula mortis. Virgini-
tatis aureola cōcupiscibili, quę versatur
circa concupiscibilia, maximè venerea.
Christo verò configuramur p doctrinā
vt fuit mediator noster, qui omnia, quæ
audiuit à patre, nota fecit nobis, per uir-
ginitatem ipsi, vt fuit fons omnis purita-
tis, per martyrium eius passioni. Inter
has uero laureolas si comparatio fiat,
vicissim se superant, & superantur. Lau
reola doctoris excedit ī obiecto, scilicet,
ueritatib. intelligibilibus. Laureola mar
tyrij excedit in unius pugnæ arduitate,
& terribilitate. Virginitatis uero in ho-
ste

A ste fortissime perpetuoque, contra quem pugnatur, est enim caro maxim⁹ inimicorum. Et inter alia, hoc ēt eam fortissimā reddit, quod inimicus est, à Christo non uictus, pugnauit ille contra dæmonem, quē vicit, & in mundū, quem ēt deiecit, ipso testante, cōfidite, ego vici mundū, contra carnē verò pugnam nō iniȷt, fuit.n. illa per omnia obediētissima, nec vlla prædita fomite. Inimicus qui iā semel victus est, facilius secundo, & tertio superatur, inimicus vero nō victus difficilius. Licet ergo nobis, vt carnem vincamus, gr̃am meruit, & assiduo præstat, et sic nobis superauit, sed illā ipse in se non vicit, nec eū ea unq̃ pugnauit. Et hoc ēt aureola virginitatis excedit reliquas, ꝙ eam pōt consequi ēt ille, qui aliqñ & uictus, & superatus est illa pugna, vt Aug. aliquando errauit, & tñ doctoris laureola fruitur, aliqui martyres victi sunt tormentis, vt Christum negarēt, qui postea iterum redeuntes in martyrij pugnam, palmā consequuti sunt, at laureola virginitatis exigit perpetuā victoriā. Hinc Hierony. audacter dico, Deus cum oia possit, Virginē violatam recuperare nō potest. Accedit ēt quia virgines, ut Aug. ait libro de virginitate in pluribus Christo assimilantur, iō de eis dr̃, sequuntur agnum quocunq; ierit. Sicut āt essentialis beatitudo est in anima, redundat tñ ad corpus, quod glorificatur, ita laureolæ sunt gaudium aiæ de illis prçclarè gestis, redundabit tñ in corpus per aliqđ exterius signum coronæ, vel palmarum vt dicunt Doct. in 4. d. 49. q. 5. de laureolis, & sic laureola donati signo illo reges inter cæli ciues apparebunt.

Ioā. 61.

B

Hiero.

Augus. Ap. 14.

C

Núc vero sermonē conuertamus ad B. Agnetem, puellam duodecim, vel tredecim annorum, quæ in cælesti regno duplici ornata laureola est, martyrij s. & virginitatis, & hæc tenera puella consequuta est difficillimis uictis inimicis, acri pugna, terribiliq; prælio. Amb. lib. 1. de virginib. ait. Natalis est S. Agnetis, mirentur viri, non desperent paruuli, stupeant innuptæ, imitentur nuptę, fuit deuotio supra ætatem, virtus supra naturam, duodecim annorum martyr fuit detestabilior crudelitas, quæ nec minusculæ pepercit ætati, imo magna uis fidei, quæ ēt ab illa testimonium inuenit ætate, fuit nè in illo corpusculo vulneri locus? & quæ non habuit, quo ferrū reciperet, habuit, quo ferrū uinceret. Istius ætatis puellę toruos vultus parentū ferre non possunt, & acu districta solent puncta flere quasi vulnera. Hæc inter cruētas man⁹ carnificiū impauida, hæc stridentiū catenarum grauibus tractib, immobilis, & inter gladios carnificium impauida. Nouū martyrij genus, nōdū idonea pænæ, & iam matura uictoriæ, certare difficilis, facilis coronari, magistra uirtutis, quę per ętatē disciplina esse nō poterat. Nō sic ad thalamū nupta properaret, vt ad supplicij locū, læta successu, gradu festina uirgo processit, non in toto crine caput cōpta, sed Christo, non flosculis redimita, sed morib. Flere oēs, ipsa sine fletu, mirari plerique, quod tam facile vitæ suę prodiga, q̃ nondum hauserat iam quasi perfuncta donaret. Stupere vniuersi, quod iā diuinitatis testis existeret, quæ adhuc arbitra sui per ętatē esse non posset, efficitque, ut ei de Deo crederetur, quia quod super naturam est ex authore naturę est. Quātis terroribus egit iudex, & carnifex ut timeretur? quātis blanditijs, ut suaderet nuptias? sed nihil illam cōmouit. Ceruicem dat, fortiter stetit, ornauit, ceruicē inflexit, cerneres trepidare carnificem, quasi ipse addictus esset, tremere percussoris dexterā, pallere ora alieno periculo, cum puella non timeret suo. Hæc Ambr. Hæc quæ diximus, mūdo noua, & inaudita sunt. Laudabatur olim mulier fortis Prou. 31 ꝙ apprehendebat fusum, quod fecit sindonem, quod plantauit, uineam, & alia similia muliebria officia præberet. Sed nunc laudatur mulier nō fortis solum, sed fortissima, de summo fortitudinis opere, quod sanguinem, vitamq; profundat intrepida. Non timet minantem iudicem, nō carcerē, & catenas horret, non ignem ueretur, sed ignis ipsam, q̃ non tetigit, non denique ferrū. An non hæc digna laureola? an non digna corona? si non coronabimur nisi qui legitime certa-

A

B

C

Pro. 31

A certauerit, vere dignus est corona legitime certans, & dignissima Agnes corona, tam acri superato certamine. Vidimus certamen martyrij Agnetis.

Sed certamen castitatis, inspiciamus, non minus apparebit. Sicut nõ magna est patientia, uõ magna humilitas, non magna obediẽtia, quæ exagitat, & tentata nõ est, sic nõ magna castitas, quę tẽtata nõ fuerit. Sed puel'ę huius castitatẽ variè tentatam, ostendit Ambro. in sermone de hoc festo. Insanit præ amore iuuenis elegans, nobilis, diues, p̄fectiq; filius sed a virgine repulsam passus est. Recede inquit, à me pabulum mortis, fomes peccati, nutrimentũ facinoris, discede a me, quia iã ab alio amatore p̄uẽta sum. Sic, sic virgines, & oẽs fęminę rñdere debent impudicis nũtijs offert ille multa pretiosa, promittitq; maiora, sed virgo, vt stercora reputauit. Affert adhuc ptiosissima, & repulsam passus est, miser iuuenis amore carpit' cęco, & inter angustias animi angusto cruciabatur spũ, inter hæc lecto prosterni', & per alta suspiria amor medicis aperi'. Fiunt hęc nota patri, q oibus modis curat, ꝙ filius procurauerat, sed in uanũ. Ante se adductã blandis alloqtur sermonib. sed ad hæc illa aures obturat virgo Christi; nec blandimẽtis seduci', nec terrore concutitur.

Sed quoque Agnetẽ continuit, qdq; illa sp rñdit illud fuit, alteri desponsata sũ qui ornauit me pretiosis Margaritis, & circũdedit me vernantibus, atque corruscãtibus geminis, induit me cyclade auro texta, & immẽsis monilibus ornauit me, cuius mater virgo est, cuius pater fœminam nescit, cui Angeli seruiũt, cuius pulchritudinẽ Sol, & Luna mirant', ipsi seruo fidẽ, huic me tota deuotione committo. Ex quib. pater virginum spõsum Xp̄m Dñm esse. Quid de virginitate p̄stantius, aut dici, aut excogitari potest, q̄ Deũ sponsũ mereri? Pro cuius intelligẽtia notãdũ est, amicitiã animarum cum Deo sponsationẽ sæpe dici in scriptura; & prędicatores paranymphos. & inter nuntios esse, quorũ est munus, sponsas Deo quærere. Despõdi. n. uos uni uiro, ait. Paulus. Hoc uero peragunt, ostẽdentes aĩab. sponsi pulchritudinem, nobilitatem, atq. diuitias. Id pstabat, qui dicit. Audi filia, & uide inclina aurem tuã, & obliuiscere, &c. Quia concupiuit rex, decorẽ tuũ. Ad eos ẽt pertinet aĩas, ornare, vt Xp̄o pulchræ appareant. Sicut ille pręstabat, q tricliniũ Assueri in potestate habebat. Sic Gene. 24. erexit Abrahæ p̄curator, quæsiturus sponsam Isaac, & inuenit Rebeccã eã ornat ad aquas, ĩ aures ei dans, & monilia, in fonte. n. baptismi, & pęnitẽtiæ ornantur aĩæ, fide, quæ ex auditu est, & operib. Licet ergo oĩs aĩa fidelis sponsa Chri, dicatur, maximè tñ virgo. Multæ. n. puellæ intrabant ad Assuerũ, & oẽs sponsæ erant, sed quæ ei maxime placuit, fuit Hester. quæ proĩde corona insignit' regni, & perpetuo cũ rege manet, talis uirgo est, laureola donatur, regina, inter reginas declarat' perpetuoq; cum sponso manet, q̃ sequuntur agnum quocunq; ierit, ut Io. ait. Et ideo ẽt de virgine in canticis dr. Sexaginta sunt reginæ, octuaginta concubinæ, adolescentularũ non est numerus, sed una est columba mea, perfecta mea, electa genitrici suæ, q̃ est hæc vna? virgo vtiq; hæc. n. fide, & operib. longè reliquas antecedit: vt ex professo ostendit Paulus. Virgo cogita, quę Dñi sunt. quõo placeat Deo, vt sit sancta corpore, & spũ, nupta cogitat, quæ sunt mũdi, quomõ placeat viro, & diuisa est. Hinc est ꝙ Deo maximè virginitas placet, atque probata est, adeo vt in delendis urbibus terræ premissæ solum virgines exceperit dicens tñ virgines reseruate. Num. 31. Et ideo filia Iephte plorat cũ sodalibus virginitatem suam q̃ maximum nocumẽtum est, virginẽ amitti. Et tñ id non sit, quasi malum dici maximum. P s. virgines eorũ non sunt lamentatę. Sed iq ris, num virginitas infideliũ Deo placet, q iussit eorum virgines reseruari? Respondetur, qñ res aliqua nobis chara valde est, nõ eã solum diligimus, sed eius imaginẽ, atque similitudinem. Chara Deo humilitas est, non solum eam in magno pretio habet, sed & eius imaginem, quæ in pueris est, ideo indignam tulit eos, q arcebant pueros, dicens: sinite paruulos venire

Margin notes: 1. Co. 1 | B | Ambr. | A | Psa. 44 | Ester 2 | Ge. 24. | Ester 2 | B | Ap. 14. | 1. Co. 7 | Nu. 31 | C | Iud. 11 | Psa. 77

A venite ad me. Similiter chara Dei virginitas est, quæ virtus est, & licet hęc in infidelibus non fuerit, tamen fuit eius imago in virginibus eorum, ideo illarum cura gerit, seruat eas, atque honorat.

Chry. Tāta vero res est virginitas, ait Chr. vt ne putent virgines, totū se perfecisse negotium, necessariū fuit, hodierno explicari euāgelio, sine oleo charitatis virginitatē satis nō esse, esseq; virgines fatuas q̃ seruata virginitate, oleū charitatis nō seruauer. audiam⁹ iā X̄po verba d hac re

Ro. 8. Paulus, si filij, & hæredes. Aiebat Dauid
1. Re. 18. Num parum vobis vr̃, generum esse regis? parum ne ò homo reputas, ꝙ Dei filius, & hæres sis? cur ergo pro nihilo id relinquis? Hinc ergo mēte consurge, vt Intelligas, quāta sit hōis dignitas, ac gloria, cum Deus sit vere, & realiter, vt ita dicam, hoc vero ita est, cum Deus hō fieri dignatus est. Qua. n. ueritate appellas Deum, Deum, & hominem hoīem, eadem potes dicere hoīem Deum, re ipsa,
B ac veritate. Vnio, q̃ fit cum Deo per gratiam non adeo perfecta est, ut pp illā homo dicatur Deus re ipsa veritate. At vnió, & quæ in incarnatione facta est, perfectissima est, pp quam Deus homo, est reuera, & homo Deus. Quia nulla unio maior esse pōt quā ea, in qua ex duabus naturis resultat una persona. Vnitus quidem patri filius est in diuinis, dum vna est utriusq; natura, sed persona distincta est unius humanitati filius est, dū una resoltat p̄sona ex duab. naturis cōiunctis.

Ex qua re colligitur immensus Dei in
C nos amor, tum. n. amoris effectus sit vnio, iuxta illud, conglutinata est anima
1. Re. 17 Ionathæ animæ Dauid, infinitū in naturā humanā ostendit amorē, cum eā sibi
Ier. 31. vnuit summa vnione. Hinc ipse p̄ Ierē ait, in caritate perpetua dilexi, ideo attrā xi te, miserans tui. Diuinus amor effecit ut sibi nostram copularet naturā, idem etiam effecit vt nos sibi copularet, & ad se trahere curet hoc mirabili in carnationis beneficio, & alijs innumeris. Magna profecto dignitas humanę naturæ est, q̃ Deus sic dilexit, vt sibi uinculo tāto uniret. Maxima ēt peccati malitia, q̃ hominem adeo dilectum odibilem facit, nec odibi ē duntaxat, sed odio tāto, vt pp̄ter illud in infernū trudat hoīem in æternū.

Ex dictis colligit Diuus Leo. Agnosce ò homo dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem utilitatem de generi conuersatione redire. Leo in ser.

Ostendimus ergo hu[illegible] induit[illegible] huius mysterij, & simul gloriā, ac maiestatem, q̃ homini resultauit, ex quib. patet, festum hoc esse p̄ræcipuum, si nouitas, & gloria in illo sint. Et ꝙ festum sit hōis, iā ex dictis patet, ꝙ vero Dei quoq; sit, nō abunde ostendimus, licet. n. nouitatem ostenderemus, sed non maiestatem, ac gloriā Dei. Vt ergo p̄lene Dei festum dicatur sic ē[illegible] lum est. Ex hoc myste-
B rio non solum gloria, & honorem in hōiem resultasse, sed ēt ipsi Deo gloriosissimum fuisse, ac honorificum, ꝙ homo fieret. Ostendunt hoc Angeli in Xp̄i natali, qn̄ processit ex vtero manifeste, q̃ nūc occulte in illum descendit, tūc. n. non solum hominib. gratulantur, quib. beneficiū tantum collatū est, sed Deo ēt gloriā decātant, gloria in excelsis Deo. Id ipsū Luc. 2. Ioa. ostendit, qui hoc exposito mysterio, tū, dixit, verbum caro factum est, addit, Ioan. 1 & vidimus gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti a patre, plenū gratiæ, & ueritatis. Et rō id manifeste ostendit, quia cū oīā propter semetipsum operatus sit dñs, & ex Pr. 16. vniuersis ipsius operib. gloria illi resultet, quo pacto ex Dei opere eximio, & ꝙ opus eius est per excellentiam, gloria illi non resultabit? Imo uero ex hoc opere plus Deo resultauit glorię, quam ex oib. reliquis, quia in opere redēptionis hoīm
C oñdit infinitā misericordiam, amorem, ac bonitatem, & quo plus deiectus, & humiliatus apparet, eo plus se bonū declarat, et ideo ei cedit in gloriam. Et licet humanā vestis infimæ sortis esse videat tñ tantis ornata fuit gratijs, vt digna uestis Deo fuerit. Sicut ex vili panno confici aliqñ vestis solet in venationem, quę ita ornatur auro, & gemmis, ut digna uestis sit regi. Dei ergo festum hoc est, in quo nouitas, ac gloria maxima est.

Sed quō Mariæ festum sit videamus. [Missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatē Galileæ, cui nomen Nazaret, ad virgiñē &c. Et nomen virginis Maria.] Duo diximus ad festum necessaria esse, noui-

A nouitatem,& gloriam, ac maiestatem. Hæc duo facile hodierna die in Maria ostendemus, Nouitas quidē non una est hodie in Maria sed plures. Quod.n. Iere mias dixit, creauit dominus nouū super terram, fœmina circundabit uirum, nō ad Christum solum pertinet, sed & ad Mariam. Attende noua, quæ tūc Mariæ accidunt. Virgo mater facta est, an non hoc nouū? Adeo nouum in mundo hoc est, vt visum simile non sit, nec unquam futurum sit, & quod Poetę de Dijs suis non finxere, vt eos honorarent, cū alia plura mentiti sunt, hoc tñ adinuenire nescierunt. Deinde inf parentis sui Maria fit, quod omnino nouū est. Et adeo noua hæc
Psa. 44 sunt, ut de eis Paulus intellexerit, ac ex-
B plicuerit illud Habacuc, aspicite i gētib. & videte, & admiramini, & obstupescite, qa opus factū est in dieb. uestris, quod nemo credet cū narrabit. Vnde & Esa. ait dñe quis credidit auditui nostro, & brachiū dñi cui reuelatū est? Sed iam gloria virginis, ac eius maiestatē attēdamus eo tēpore quo Chřs ex eā carnē suscepit. Si vniuersorū iustorū uita est similis negotiatori qrent bonas margaritas, quis dicendo cō eq posuit inęstimabiles gēmas ac margaritas uirtutum, quas sibi cōparauerat Maria, certē omnis lapis pretio-
Greg. sus ornamentum tuum facta fuit tanq̄
Psa. 41 vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso. Quia licet multæ filiæ congregauerint sibi diuitias, sed Maria super-
C gressa est vniuersas. Nunc ergo gloriā, & splendorē Mariæ in Christi incarnatione exēplo explicemus, Si regiū cubiculum nūc esset, cuius parietes ex uarijs lapillis pretiosissimis constructi essent, quæ mirum ex se emitterent splendorē,
Ecc. 15 quo hominum oculos reuerberarēt, mirabile profecto, ac pretiosissimum cubiculum illud esset. Sed finge nunc, cuius sū e cœlo solem in illud cubiculum includi cum uniuersa sua luce, quo obsecro splendore cubiculum illud illustraretur cum lumine solis in lapillos irradiante ipsi maxime splenderent, & lumen solis in eo esset, quod illud redderet illustrissimum? Hoc ipsum Marię accidisse facile
Apo. 2. ostendemus. Erat illa prius Deo paratum cubiculum omni lapide pretioso or- A natum, nulla enim erat gratia, nulla virtus, nullū donum, quo illa careret. Nec solum hęc omnia habebat, sed in gradu perfectissimo. Sicut.n. inter lapillos alij pretiosiores sunt alijs, sic & in uirtutib. & donis. Sicut.n. stella differt a stella in claritate, ut uirtus à uirtute, illa ergo, quam salutat Angelus gratia plenam, omnis splendebat donis, fulgebat virtutib. ex quibus ut ex lapillis illi splendores procedunt, de quibus Esaias ait, impletur. splendoribus animam tuam. Certe sicut Esa. 58 hominum a Deo concederetur Mariæ virginis animam contemplari, & eius virtutes cernere, oculi aquilinis indigeret, ne nimio illius splendore oculi obtū derentur. Tanta Mariæ in erat interior charitas. Quem ergo splendorem, quod B lumen intra eam fuisse credēdum est, cū super hæc omnia, quę diximus, sol iustitiæ, intra eam ingressus est, descēdens a sinu patris in uterum matris qui sua pręsentia vniuersas Mariæ virtutes supra modū auxit, & lumine cœlesti domum illam repleuit. Si nulla prius abuisset dona Maria, reperiretur tunc donis, q ergo credendum est recepisse, cum tunc egerit uehementius, non solum sui dignitate, sed et dispositione patientis. Accidit aliquando, ut ciuitas aliqua sit pauper, et egens, aduenit uero ex Indis in eam classis onerata auro, & argento, ac gemmis, & ex paupere uideas statim prædiuitem ac abundantem fieri, quid obsecro fiet, si C ciuitas fuerit prius diues valde? Attende Simile nunc Mariam, quæ ciuitas Dei dicitur, vide quibus fuerit ornata diuitijs cælestibus, cum in illam venit classis illa ex Ophir auro onerata. Certe si prius fuisset misera, ac paupercula, nunc ditissima fieret, quo ergo excreuerunt, nunc diuitię eius, cum tantus cumulus prioribus additus sit? Decebat, ut Christus, illico ut fuit, operaretur, agentia enim perfecta, sine mora agunt, ut sol statum, cum creatus fuit, illuminauit. Tunc uero mira egisse Christum in Maria ostendit ipsa, cum ait, exultauit & spiritus meus in Deo salutari meo. Nec credendum est, in sola.

Maria

A Maria apertum, sed & in alios, sicut enim natus cœpit cõtinuo ad se trahere pastores, ac reges, & spiritum prophetię alijs concedere, ita conceptus plura bona in mundo operatus est licet eorũ causam multi ignorarent. Sicut aliquando accidit infirmũ tali hora melius se habere, cuius rei ille cãm ignorat, tñ medicus vir in causa extitisse, q tunc coniunctio quędam fuerit beneuola planetarum, q̃ salutifera est, Ita certè cum humanitas uero coniuncta est mellif ui facti suntcę

Simile li, & plura bona in terrá descenderunt, & multorum mentes melius se habuerunt, qui cãm qdem ignorabãt, sed Maria eã probè nouerat, in cuius vtero tanquã in celo diuina illa coniunctio facta

B est. Quod si ẽt in remoto tunc egit, quid credẽdum est in propinquissima Maria fecisse? Primum patris opus, quod illi tribuit, maximum fuit, vniuersi, s. creatio. Primum ergo opus Christi dñi, excellentissimum esse debuit, quid, n. potest facere filius, nisi quod viderit patrem facientem primum uero sanctificationis opus quod in mundo præstitit, fuit in Maria, illapsus ergo in eius vterum, simul illapsus in mẽtem est, & eam mirum in modum renouit, & quasi nouum condidit

C mundum oi perfectione p eam n. Si. n. Christi contactus, tanta postea bona fecit, cum virtus de illo exibat, & sanabat oẽs. Si eius fimbriæ contactus, mira efficiebat, quid non credi possit de Maria, q̃ tanta fide, ac dilectione cum suscepit.

Attendendũ profectò, ac considerandũ instãs, uel dies hic conceptionis. Christi est, fuit enim Deo gratissimus, gloriosissimusque oium dierum, qui unquã fuerunt, & erunt. Christo uero fuit fœlicissimus, quia tunc accepit infin tam gfam, immensa dona, gloriam animæ uniuersam, qua nũc fruitur, & quod supremũ oium est, gratiam vnionis. Eo die corona insignitus est regni, coronatus a matre humanitate, a patre uero thronum regni accepit. Quilibet profectò hoium accedere tunc ad Christum poterat, ac magna obtinere, dicere. n. posset, quod

1 Reg. nuncii Dauidis dixerunt, in die bona veniamus ad te, inueniant serui tui gfam in oculis tuis, quodcunq; inuenerit manus tua, de seruis tu s. Quid ergo Maria petens non accipiat in hac die bona? Si enim aliqua sunt tempora, quibus reges bona profundere solent, q aptius Christo tempus, quã istud, in quo a matre acceperat optimã naturã, & summa charitate in illius uero susceptus? Merito ergo Marię festum hunc diẽ esse dicimus in quo noua, ac pretiosa concurrunt.

Quia uero totius etiam mundi festum hoc esse diximus licet hoc superius ostẽderimus, nunc iterum ostendamus. Noua plura, ac pretiosa humanitati vniuersæ ex uerbi incarnatione processisse ostẽdimus. Nunc iterũ noua, ac pretiosa singulis nobis uenisse ostendamus, ut festũ hoc non sit um naturę humanę, sed singulorum hominum. Ex quo enim factus est homo, nos membra sumus de membro, caro de carne eius, & os ex ossibus eius, & vnum cum illo sumus, qd si gfa, ac charitate, ei vniri uoluerimus, vniuersa bona eius participabimus. Audi nunc, quid Elias, Eliseus, ac Paulus p stiterint, ut mortuum qlibet suscitaret. Super mortuum se posuerunt, ut frons fronti, oculi oculis, manus manibus, & pedes pedibus, coniungerentur. Sed qd hac corporis, dispositione significabãt? Certè nouerant Dei immensum in eos amorẽ, ac dulcedinem, & ideo commensurantur defunctis, & vnum cum illis fiunt, & hac corporis dispositione Deo suo dicunt. Amor est vis vnitiua duo aliqua copulãs, ego ergo, & hic defunctus vnum sumus, quod illi præstiteris, mihi præstas, me mortuũ crede, cum hic mortuus sit, me ergo suscita, cum enim hũc suscitaueris, me suscitatum credo, quod defunctus hic propter se non meretur, propter me recipiat. Ita profectò uerbũ carni vnitum est incarnatione, vt vnum sint Deus, & homo, quod homo propter se non meretur, propter verbum recipiat. Ita ergo si homo Christo vniri velit per gratiam, suscipiet per eum innumera bona. Hinc Christus ait in illa die uos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis, &c.

Marginalia (right): 3. Reg. 19. 4. Re. 4 Act. 20 — Ioa. 14

Festa

A Festa Aprilis.

In festo Sancti Marci Euangelistæ.

*The. Designauit dominus, & alios septuaginta duos, & misit illos binos, ante faciem suam. Lucæ 10.*

Simile GRauissimum sine dubio negotiū illud est, cuius causa septuaginta duos discipulos Christus saluator noster designat, & illos mittit binos. & binos. Si enim rex Hispanorum vocaret in regiam suam vniuersos prælatos, ac principes imperij sui, cum quibus haberet mysterium consilij, & statim eos mitteret binos, & binos in legatos aduersus mundi principes, maximū aliquod esse negotium diceremus, cuius causa celebris ille conuentus actus est, & tot, ac tanti legati mittuntur. Hoc ipsum Christus rex regum, & dñs dominatorum facit, postquā enim Apostolos congregauerat, septuaginta duos discipulos asciscit, & designat, mittitq; illos in omnem ciuitatem, & locū procul dubio causa aliqua grauissima est, ob quā insignes legati in mundum mittūtur. Impletum

Psa.45 nunc illud est, quod regius Psa. ait. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt, Deus Abrahā singulari ratione Christus dominus dr, quia semen Abrahæ apprehendit, eius filius factus. Cum hoc Deo Abrahā principes cōgregati sunt, cum discipuli eius, ab eo designati, ei adhæserunt. Licet, in mundi oculis parui, & despicabiles appareant, tamen in Dei oculis principes sunt, de quibus psaltes regius dixerat

Psa.45 Pro patribus tuis nati sunt tibi filij constitues eos principes super omnē terram: Nec solum principes sunt, sed maximi principes, quibus si cōferas vniuersos mundi Imperatores, principes dicendi non sunt. De horum vno ait Daniel,

Dan.5 Dominus Deus cœli dedit patri tuo Nabuchodonosor gloriam, & honorem, & quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat. Si nunc aliqui hominum id Deus concederet, vt verbo A suo, quos vellet, efficeret nobiles, comites, marchiones, duces, reges, maximus hic princeps diceretur, cuius tamen potestas in sola terra est pōsit princeps [illegible] esset. Ille verè maximus esset princeps, qui hanc haberet ptatem in regnis cœlorū, vt verbo suo reges faciat æternos in cœlis. Hanc vero potestatē tribuit Christus Dñs discipulis, & sacerdotibus, vt verbo suo distribuat regna cęlorum. Hi ergo principes dicendi sunt, qui quos volunt, exaltant, quos volunt, humiliant in cęlorum regno. Dedit vero discipulis maxima gratiarū dona, vt principes decebat cœli hinc Petrus ad Clementem, ait. Nos primos elegit duodecim, sibi credentes, quos Apostolos nominauit. Postmodum alios septuaginta duos discipulos probatissimos. Vidimus iā principes cōgregatos cum Deo Abrahām, videndum restat, qua de causa cōgregatio tanta facta fuerit, & quod illis cōmittit pertractandum negotium cum in omnem mittuntur ciuitatem. Hoc uero regius Psaltes ostendit, cum ait. Qm̄ Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. Quasi dicat cum vnus verus esset Deus cœli, & terra, plures Dij tanq̄ tyranni vsurpauerāt Dei regnum, quandiu Dæmones idola, & vitia dñabantur in terra, & vehementer eleuati fuerunt, ita ut Dei loco haberentur, & tanq̄ Deus colerentur. Decreuit ergo Deus a tyrannis regnum suum eruere, eos deijcere, & sibi dominiū vendicare. Hæc causa est tā celebris conuentus, & missionis. Sed qm̄ Deus terræ vehementer eleuatos esse, Psaltes ait, id videamus. An non vehementer eleuatus erat fortis ille armatus, custodiens atriū suum? Audi loquēte eum, Esaias referēte, sub nomine Assur. Dixit enim. In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes, & inuenit quasi nidum, manus mea fortitudinē populorū, & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, vniuersam terrā ego cōgregaui, nō fuit, qui moueret pennā, & aperiret os, &

Clemēs li. 1. recogni.

B

C

Esa. 10

&

A & ganniret. An non nūc dices vehemēter eleuatum? An non vehemēter eleuata idola erant, quibus non substantiā solam adferebāt, sed filios, & filias mactabā? Afferit id psa. cū dicit. Immolauerūt filios suos, & filias suas Dæmonijs, & non Deo, Dijs, quos ignorabant. An nō vehementer eleuata vitia bruta, de quibus Ioānes ait. Vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem. & cornua decē, & super cornua eius decem diademata, & adorauerūt bestiā, dicētes. Quis similis bestię? Eiusdē rei figurā exponit Io. in muliere illa Babylonica, in cuius manu vas erat plenum abominatione, & coram illa reges prosternebantur. Ecce Deos terrę vehemēter eleuatos, ecce tyrānos, q Dei principatum vsurpauerāt. Vt ergo Dij isti depriman tur, vt eorū potestas auferat de terra, cōgregati sunt principes cęlestes cum Deo Abrahā, vt regnū Dei stabiliāt, & regnū diaboli destruāt. Effecitq; hac in re cœlestis princeps, quod olim Assuerus fecisse traditur. Vocauitq; rex oēs duces, ac bellatores suos, & habuit cū eis mysterium cōsilij sui, dixitq; cogitationē suam in eo esse, vt oēm terram subiugaret imperio. Hoc idem Christus rex, cū suis tractat, vt illud impleat, quod propheta futurū dixit. Et disperdā noīa idolorum de terra, & nō memorabuntur amplius. Et illud Pauli. Cū tradiderit regnū Deo, & patri cū euacuauerit oēm principatū, & potestatē, & uirtutē, oportet aūt illum regnare, donec ponat inimicos sub pedib. eius

Psa. 15
Ap. 13
Ap. 17
B
Iudi. 2
Luc. 13
1. Cor. 15.

C Ad hoc ergo grauissimum negotium peragendum. [Designauit dñs & alios septuaginta duos.] In græcis exemplaribus solum dr̄ fuisse septuaginta, q̄ lectionem plures sancti sequutur, ut Ireneus, li. 3. c. 12. & Dorotheus martyr in cōpendio rerum apostolicarum. Eusebius li. 1 Ecclesiasticæ historiæ, c. 12. & Ambr. & Hiero. in epistola ad Fabiolam, mansione sexta, & Tertulianus li. 4. cōtra Marcionē, & alij. Nihilominus certū est, fuisse septuaginta duos discipulos, vt in vulgata legitur. Ita asserit B. Petrus ad Clementem in libro primo recognitionum & in libro secundo constitutionum apostolicarum, c. 59. asserunt Apostoli. fuisse septuaginta duos discipulos, & Anacletus Papa discipulus Patri in epi. 1. ad episcopos Italiæ, & Cyr. & Aug. lib. 2. quæstionum euangelicarum, qu. 14. Ad id vero, quód obijci potest, in græco legi septuaginta solum. Rñdetur vsu Scripturæ sacræ aliq̃do aecidere, vt numero præcipuo dicto taceatur paruus numerus illi adiectus. Qui vulgo dicitur, (numero quebrado.) Cuius rei exemplū est in Exodo, vbi dicitur, inuenras a filijs Israel septuaginta palmas, & duodecim fontes, fuisse numero septuaginta duas palmas, ostendit Epiphanios li. 3. contra hæreses, c. vlt. Et senes electi in Numeris fuerūt septuaginta duo erat. n. septuaginta pter Eldad, & Medad, qui qdē, sicut, & fontes, figura extiterūt discipulorum, quos hodie Chrs dñs designauit.

Iren.
Dorot.
Euseb.
Ambr.
Hiero.
Tertu.
A
Anacl.
Cyril.
Augu.
Ex. 15
Epiph.
Nu. 11
B
Ro. 10.

Sed nō fine mysterio Lucas ait. [Designauit Dominus.] Hoc enim opus, ad quod discipuli eliguntur non perficiet, qui à Deo designatus non fuerit. Quomodo enim prædicabunt, nisi mittatur, vt Paulus ait. Ei quem dñs designat, & mittit, sufficientiam tribuit, & dona, quibus idoneus fit ad hoc opus, & cum sibi in instrm vsurpat, vt hoc opus perficiat, quod Dei est præcipuè, hominis uero vt instrumenti solum, quod si a principali agente nō moueatur, efficiet nihil. Hinc aiebat Pater noster Ignatius, illud quisque est, & illud operatur, ad quod a Deo sumitur vt instrumentum. Hinc de falsis prophetis dicitur. Ipsi currebant, & ego non mittebam eos. Is ergo, qui hoc munus vsurpant, cum a Deo designati non sint, illud accidit, quod Iosepho, & Azarię accidisse, Sacra dicit historia. Audiuit Iosephus, & Azarias res bene gestas a Iuda, & dixerūt, & faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus, pugnare aduersus gentes, quæ in circuitu nrō sunt, & fugati sunt. Cuius rationē scriptura reddit, cum ait. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel.

Ez. 13.
C
1. Ma. 5

Sed quoniam diuina scriptura etapisces expendendi sunt, notandam nobis est illud, [& illos.] Quasi diceret euangelista,

A gelista, elegerit Dñs apostolos, sed nõ illi satis fuit, eos elegisse, ideo superaddit di-
Psal.110 scipulos, quia magnifice facit nobiscum, & non solũ necessaria tribuit, sed multa superaddit. Ideo Psaltes ait, confessio,
Psal.132 & magnificentia opus eius. Id est, opera eius magnifica sunt, & digna laude. In his, quæ ad corpus pertinent, manifestũ est, nõ solum a Deo concessa hominib. necessaria esse, sed multa alia quæ ad delicias pertinẽt, ut abundaret homo cib. bonis. Hinc Psal. ait. Magnificauit Dominus facere cũ eis; magnificauit Dñs facere nobiscũ. Quod si corpori necessaria tribuit abundãter, multa superaddidit, multo potiori, ratione in his, q̃ ad animã pertinẽt, nõ necessaria duntaxat, sed plurima alia abundanter ꝓuidit. Et iõ cum pauci Angeli satis essent, ut hoĩem custodirent, plurimos in hoc opus desti-
B nauit, vnicuique tribuens Angelum custodẽ, & prouincijs, ac ciuitatibus Angelos pfecit superiores. Eadem de causa nõ semel, aut bis peccatorẽ uocat, cum satis id esse deberet, sed sæpius. An nõ satis esset, si rex te vocaret semel, ac obsecraret ut filius eius, & hæres regni esses? Si uero id despiceres, nõ amplius te urgeret? Deus uero semel, & bis, & pluries despectus iterũ, atq; iterum, obsecrat. Eadem de causa, ut copiosa esset redemptio, cũ alijs vij posset hominẽ redimere, voluit optimo modo cũ saluare ex iustitia. Et cũ ad hoc satis esset gutta sãguinis, oẽm sanguinẽ fudit. Nec auxilia saluti necessaria duntaxat homini tribuit, sed plurima superaddidit, adeo vt summum Dei
C supplicĩũ in hac uita in neĩem fit, cũ derelinquere, & indurare, q. est, necessario solũ auxilia ei tribuere, & reliqua tollere. Quod si ad salutẽ animæ tuæ necessarium esset, mortuos suscitare, vniuersos spiritus cælestes ad te mittere, & alia maiora facere, oĩa illa Deus faceret, maiora enim, & maxima pstiti, cum filium
Can.1. misit, & cruci affixit. Nihil ergo saluti necessariũ Deus ꝑtermittit, & plura nõ necessaria addit. Ideo ad sponsam ait. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. An non satis essent murænulæ aureæ, ad quid obsecro vermiculatę argento esse debent? Certe qa neces- A
saria tribuit, & insuper cõuenientia adijcit, & ornantia, quia, vt Iacobus ait, dat omnibus afluenter, & non improperat.
Hinc nobis a Deo nostro discendũ est, Iaco.1
ut non ea solũ, in eius obsequium præstemus, q̃ necessaria saluti nostræ sunt, sed plura supererogationis opera faciamus. Petijt Giezi noĩe Elisei talentum unum á Naamã, cui ille ait, melius est ut accipias duo talenta, coegitq; eũ. Sic cũ Deo tuo habere te debes. Hic vero, q. ait, satis mihi est si mãdatã Dei custodiero, ea, cõsilij sunt, pstare nõ teneor, nolo ergo ea fa- 4.Re.5
cere, alendus a Deo esset pane ordeaceo, aut furfureo, qm̃ ille satis ẽ ad uitæ necessitatẽ? Si ergo Deus tibi magnificus est cur illi eris auarus? Si innumera ab eo gratis re- B
cipis bñficia cur pauca pstabis obseqa?
Sed electos discipulos, [binos,] mittit vt se inuicẽ iuuẽt, & consolent. Hinc Sa- Ecc.6.
piẽs. Frater adiutus a fratre quasi turris firma. Melius est, ego, duos esse simul, q̃ unũ, habẽt.n. emolumẽtũ societatis suę, si unus ceciderit, ab altero fulcẽt. Væ soli, qa cũ ceciderit, nõ hẽt subleuãtẽ se, & si q spiã præualuerit, contra unũ, duo resistent ei. In his, q̃ natura ꝓduxit, id attẽdere licet nullam ꝓuinciam omnibus sibi necessarijs abundare, sed in hac prouincia aurũ, & argentũ abundat, in illa vinũ, & oleũ, in illa triticũ, in illa alij terræ fructus, in illa pecudes, & equi, vt sic vna prouincia altera indigeat, & mutua charitate, & cõuictu iungatur. In gratuitis simile qd a Deo factũ est, voluit enim
Deus ut nemo sibi sufficeret, nec vllus C
dicere posset, non indigeo aliorũ opera, & ideo dona sua dimisit, ut late Pau. ostẽ-
dit, cũ ait, Alij quidẽ p spiritũ dat sermo 1.Cor.
sapiẽtiæ, alij, ãt sermo scientiæ, s'm eundẽ 12.
spiritum, alij gra sanitatũ, alij operatio virtutũ, alij prophetia &c. Non põt aũt dicere oculis manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij, sed multo magis, q̃ uidẽtur membra corporis infirmiora esse necessariora sunt. Bini ergo mittuntur, qa nemo sibi sufficit, nemo sibi satis sapit, & licet alijs sapias non tñ tibi, licet alijs consilia præbeas indiges conciliatio in

his,

A his, q̃ ad te ptinent. Sic.n. & medici, qui alios infirmos curant, cũ in ægritudinẽ incidunt, alios medicos accersire solent, ut eis medeantur. Huius uerò rei mira-
Ex. 19. bile exẽplum nobis in Exodo proponit. Veni Ietro socer Moysi in desertum, ut Moysem visceret que uidit rotadie occupari in oĩum libris audiẽdis, & arte. Nõ bonã rem facis, stu'to labore cõ'umeris vltra uires tuas est negotium solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba mea, atq; consilia, & erit Dñs tecũ. Esto tu populo in his, q̃ ad Deũ pertinẽt. Prouide ãt de plebe uiros sapientes, & timẽtes Deum, in quib. sit ueritas, & qui oderint rauaritiã, qui iudicent popu'ũ in omni tpe. Si hoc feceris, implebis pceptum
B Dei. Quib. auditis, Moyses fecit oĩa, quę
Au. li. 1. de doctr. cristia. ille suggesserat. Mire expendit Aug. hoc exemplũ. Loquebatur Deus quotidie facie ad faciem cũ Moyse, sicut loqui solet amicus ad amicũ, eumq; monebat de minimis rebus, qua ergo rõne non ei dedit consiliũ hoc, quod Ietro dedit? Cur pmisit, ut Moysen diceret Ietro stultũ, et stulto labore cõ'umi? Proculdubio ostẽdere voluit Deus nemine ipsi adeo familiarẽ
1. Co. 1 esse, nemini tot secreta reuelari, ut ope alterius hoĩs, & consilio nõ egeat. Hinc Paul. Corinthijs scribens ait. Paulus uocatus Apostolus Iesu Xp̃i, & Sostenes frater Ecclesiæ Dei, q̃ est Corin thi. Quibus verbis nõ se solũ nominat, sed ẽt scriptorẽ epistolę. Et iterum, Paulus Apostolus Iesu Christi, & Timotheus frater
C Ecclesiæ Dei, quæ est Corinth. Et sępius se cum alijs nominat, licet, n. ipse præcipuè epistolã scribere, aliquod tñ uerbũ forsam scriptor dictabat, quo Apostolũ iuuabat. Ideo ergo binos Dñs mittit, ut inuicem iuuent, tanquam duo boues, qui iugum subeunt, ut terram colant.

Sed quib. uerbis eos mittit Dñs? Certe mirabilibus, ait enim, [ite ecce, mitto
Chrys. se. 1. de sanct. uos, sicut agnos inter lupos.] Hæc uerba mire expendit Chrysost. a it enim. Quis pastor unquam agnos mittit in medium luporum? imo a lupis separat, Christus vero agnos mittit ad lupos, ut lupos facia agnos. Ne vero dicant, agni sumus, qũo nos mittit ad lupos? Addit, ite, ecce ego mitto vos. Vos infirmi estis, sed ego, A
q uos mitto fortis sum. Quis es tu Dñe q cõfidenter agnos mittis in lupos? Ego qui verbo condidi cælum, & terrã, q posui arenã terminum mari; q mortẽ superaui, infernum expoliaui, q mortis, & vitæ habeo potestatẽ. O uirtus mittentis! Mittit oues in medių luporum, & facti sur r lupi oues, nec.n. natura, sed uo'untate lupi erant. Ecce dabo hos ut ligna, vos vero ut ignẽ, & deuorabitis eos, & ĩ uos cõuertetis. Sed cur agnos eligit, ut lupos superet? Certe ut nomini eius adscribatur victoria, Preclarus dux Ioab, cum 2. Reg.
iã capienda vrbs erat, ait regi, tu obside 11.
ciuitatẽ, ne nomini meo adscribatur victoria, Cũ vastata fuerit vrbs, nõ sibi gloriã victoriæ uolebat vsurpare, sed regi cõcedere. B
Simili de causa Iudit. orat. Erit hoc memoriale nominis tui cum manus fęmine deieceris eum. Iudi. 9.
Res omnino manifesta est, Dei digitum adfuisse agnis, cũ septuaginta duo agni superauerint innumeros lupos, tygrides, atque leones.

Sed silẽtio prætereundũ nõ est, q̃ta celeritate eos ire præcipiat, cũ ait. [Nolite portare sacculũ neq; peram, & neminẽ p viã salutaueris.] Hæc uerba duob. modis explicat Aug. primo sic Salutare est sa utẽ dicere, & annũciare, q, est, euangelium pdicare, hoc vero in uia facit, qui p occasionẽ hoc facit, non ad illum principaliter intẽdens, per viã ergo salutare est Augu.
euangeliũ pdicere tpalia quærẽdo. Secũ ser. 40.
do modo explicat, oĩa ptermittite, q̃ im de san.
pedire vos possunt, nullã mora faciatis, C
ideo sacculũ relinquite, & perã, nec colloquia miscatis cũ his, q in uia vobis occurrerint. Adeo.n. extrema necessitas peccatorũ est, vt differri eis remediũ non liceat. Sic ẽt Elisęus mittens Giezi cũ baculo suo ad mortuũ suscitandum, ait, Ac 4. Re. 4
cinge lumbos tuos, & tolle baculũ meũ in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non sa utes eum, & si salutauerit te quispiam, non rñdeas illi. Sed ais, quę tãte festinationis rõ est? Si nosses ò peccator maximũ, in quo versaria, discrimen, non tibi appareret multa festinatio. Aliquando infirmus homo deliquio cordis morti pximus est, & mediũ accersis, ut quam

A quã citissime veniat, qm̃ infirmus in maximo periculo est. In hoc ipso peccator versatur, idõ accelerare oportet, ut remediũ ei adhibeatur. Hoc agnoscebat, q dicebat. Accelera, ut eruas me. Et quia in hoc opus Christus mũdũ venit, ait Esa. Voca nomé ei⁹ accelera, spolia detrahe, festina, prędare. Si damnatus homo, lata sñia ad morte esset, & iã ĩ supplicij locũ ductus, ligno ligatus esset, ut igne, aut ferro periret, si forsan mutata sñia, a morte liberãdus esset maxima celeritate nũciũ uenire oportebat, qui eũ esset liberaturus. Hic stat⁹ peccatoris est. Hoc illius discrimen lata in eũ sñia mortis ęternæ est, appropinquauit iã loco supplicij, vnũ pedé in inferno posuit, furcã iam conscendit, laqueus in collũ eius positus est, alligatus est ligno, an nõ accelerare oportet eũ, q cũ liberaturus est? Sed ais, qs dixit, peccatoré in tãto esse periculo? Audi Esaiam. Propter hoc audire verbum dñi uiri illusores, dixistis. n. percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, flagellum inundans cum transierit, non ueniet super nos, qa posuimus mendacium spem nostrã. Et delebitur fœdus uestrũ cum morte, & pactũ uestrũ cum inferno non stabit, & flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem, & nũc nolite illudere, ne forte constringãtur uincula uestra, consummationem enim, & abbreuiationẽ audiui a Domino Deo exercituum super uniuersam terrã. Loquitur Esaias peccatori, qui cogitatione sua fecit pactum cũ morte, dum cogitat, non cito, & repente uenturam, monetq; eũ, ne amplius peccet, ne cõstringãtur eius uincula, & pereãt, significat his uerbis. Laqueum iniectum in eius collũ, quo si constringitur, eum uita priuabit, ecce discrimen, quod diximus, in quo peccator est. Id ipsum explicat Iudas Apostolus ĩ sua canonica, cum ait. Et hos quidem arguite iudicatos, illos uero saluate de igne rapiente Aliorũ aũt miseremini in timore, quo loco Diuus Thomas ait, de triplici peccatorũ genere Apostolũ loq, primũ de hæreticis obstinatis, quos dicit arguẽdos, ut iã iudicatos. Secũdũ de reliqs peccatorib. quos saluare debem⁹ qua si de igne rapientes, quia in eo periculo sunt, ac si igne absumi cœperint. Tertiũ de his, qui uitam in melius mutare incipiũt, quib. miserendum est. Peccator vero iã igne ardere cœpit, accelerandũ ergo est, ut eruatur. Id ipsum peccatoris discrimen ostendit Psaltes regius, cũ ait. Nisi cõuersi fueritis, gladium suũ vibrabit, arcum suũ tetendit, & parauit illũ, & in eo parauit uasa mortis, & sagittas suas ardentib. effecit. Quib. uerbis proximũ supplicium peccatoris exponit, dum iã gladius in eum uibratur, dũ arcus distetus est, & sagittę in eo positę, ut sagittetur. Hinc primũ colligendum est, q̃ta sit peccatoris incuria, qui in tãto cõstitutus periculo solicitus sui nõ est, & quasi securus oĩno esset, sic se gerit. Secũdum vero, quãta celeritate currendũ sit Christi ministris, ut de igne rapiant, & de ligno ac furca liberent peccatorẽ. Nõ deuenerant Israelitæ in discrimen tantum, solũ in eos mortis sententia lata fuerat, cũq; mutata fuisset in melius ait diuina scriptura. Egressiq; sunt veredarij celeres, nuncia pferentes, & edictũ regis pependit in Susa. Merito ergo Christus dñs discipulis ait. Nolite portare sacculũ, neq; perã, & nemineẽ per uiã salutaueritis, nulla faciatis morã uos. n. mitto, ut peccatores ab igne rapiatis, a ligno, & furca liberetis. Hinc Sapiẽs, Discurre, festina, suscita amicũ tuũ, ne des sõnũ oculis tuis. Hinc X̃pi discipuli ea festinatione hoc opus perfecerũt, ut eorũ uelocẽ cursum miratus Esa. dixerit, qui sunt isti, qui ut nubes uolan t? Sed ꝙ nuncium deferri mundo Chrs pręcipit? Certe illud mirabile. [Appropinquauit regnum cęlorũ.] Fælix profecto nuncium, ꝙ merito Euãgelium, i. bonum nuncium nũcupatur. De quo proinde dici põt illud. Hæc dies boni nuncij est, si tacuerimus, sceleris arguemur. Nũciatur libertas a morte æterna, & uita sempiterna promittitur, quæ iã hoib. proxima est, quã statim capere possint, cum olim longe fuerit, unde Paulus ait. Iuxta fidẽ defuncti sunt oẽs non acceptis repromissionis, sed a longe eas aspicientes, Quia ut idẽ Paulus ait, Hoc signi-

Marginalia (left): Isa.28. — C — Iud. 1. — D.Th.
Marginalia (right): A — Psal.7. — B — Hest.8 — Prou.6 — C — Esa.60 — 4.Re.7 — He. 11.

A significante Spiritu sancto, non dũ propalatam esse uia sanctorum adhuc priore tabernaculo habente statum. Iã vero nobis prædicatur, propalatam nobis viã sanctorum proximum nobis esse regnũ cęlorum, nobisq; offerri, ut illud capiamus. Iam regnum cælorum uim patit, & uiolenti rapiunt illud. Sicut uoce pconis urbs ditissima tradi solet diripienda militib. ut quisq; sibi usurpet, q ex ea uoluerit, & tunc vrbs vim pati dr̃. Sicut ergo milites se accingunt, ut vrbem capiãt cum ab eis diripenda est, qm̃ quisq; maxima spolia sperat. Ita nos accingi oportet, vt regnũ cælorum capiamus, cum iã nobis appropinquauerit, cũ eius fores,
B prius clausæ, iã per Christum reseratæ sũt. Hoc uero miris uerbis explicat Psaltes regius, cum ait. Circundate Sion, & cõplectimini eã narrate in turrib. eius, & distribuite domos eius. Ponite corda vestra in uirtute eius. Quasi dicat, iã Siõ appropinquauit, iã diripendia uobis traditur, antiquis patrib. nõ tradebatur, vobis uero datur ideo accẽdite animos vestros, circundate eã, nec ab eius obsidione castra moueatis, donec eam cõplectamini donec capiatis eam, narrate, & videte turres eius plenas diuitijs, attendite cordib. vestris eius uirtutem, & decorẽ, eandem cã diripite distribuentes domos eius. Quid.n. homini regnũ? Audi Esaiã de eadem Sion loquentem. Respice Siõ
C ciuitatem solẽnitatis nostrę, oculi tui uidebunt Hierusalem ciuitatem opulentam, tabernaculum, q nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternũ, & omnes funiculi eius non rumpentur, quia solũ modo ibi magnificus est Dominus Deus noster. Hãc ergo cælestẽ Hierusalem inspiciamus, hãc uicapere desideremus, hanc deprædemur, ut illud in nobis impleatur, quod Esaias ait. Lætabũtur corã te, sicut qui lętantur in messe, sicut exultant uictores capta præda, qñ diuidunt spolia. Audi ergo, ò homo, felix nuncium, appropinquauit regnũ cælorum, ut si rex, solum uoluntas tua deficit, regnum.n. appropinquauit tibi, ad fores tuas est.

Ma. 11. Simile

Psa. 47

Esa. 33

Esai. 5.

Hac consideratione sancti uires, & animũ resumpserunt, ut multa agerent, A hac cõsideratione sancti uires, & animũ resumpserũt, ut multa agerẽt, ac paterentur, ut regnum cælorum ui caperent, uidebant.n. cęlos apertos, ut Stephanus uidebat appropinquasse regnum cælorum Inter quos Marc. Euang. cuius hodie celebrem diem agimus, leoni assimilatus est in operibus suis, ut de Iuda legimus. Vnus fuit ex Septuaginta duob. discipulis Xpi, & ei figura leonis tribuitur, de leone Sapiens ait. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Qd merito Marco tribuere possumus, quę tãta fortitudine fuit, ut regnum cælorum ui caperet, & socius Pauli, & Barnabæ factus, postea in Aegyptum ueneri t ubi tãta sanctitate Ecclesiam constituit, ut oẽs ad sui imitationem cogeret, ut Hieron. air, & ipsis ẽt ethnicis tantæ fuit admira B tioni, ut Philo librum scripserit, de admirabili fideliũ sanctitate sub Marco Beatissimo ẽt Petro Apostolo amantissimus fuit, unde ipse ait. Salutat vos Marcus filius meus. Cui iure aptari illud põt. Catulus Leonis Iuda, ad prędã fili mi ascendisti, acquiescens recubuisti ut leo. Leoni in operib. assimilatus didicit capere pdam, & uim facere regno cælorum, qui hodie nobis proponitur. Vt cum imitemur, qm̃ appropinquauit nobis regnum cælorum. Vę.n. ei, qui his auditis non accẽditur in pugnã, ut spolia tanta capiat. Quib. illud accedet, q Sisarę, de quo eius vxor pronunciat matri, Forsitan diuidit spolia, cum tamen ille mortuus iaceret. Hoc ipsum vęcordi homini accidet, cum C .n.a nobis putatur in cælum conscendere, et eius spolia sibi usurpare, ille in morte ęterna sepultus iacet. Qd ne nobis contingat caueamus, ue cũ Sitara bibamus lac delectationis, & somno corripiamur hos.n. mors intercipere solet, ac perdere, &c. Assimilemur ergo nos leoni, Marco.s. cui similis iustus est, dicente Salomone. Fugit impius autem quasi leo confidens, absq; terrore erit. Iners miles impius est, qui pugnam inire timet, iustus uero discrimini se dat, quasi leo confidit, prędam regni cœlestis capit, &c.

1. Mal. 3.

Pro. 30

Hiero.

2. Pe. 5.

Ge. 49.

Iud. 5.

Pro. 28

Festa

A *Festa Maii.*

In festo Sanctorum Apostolorum, Philippi, & Iacobi,

*Thema. Non turbetur cor uestrum, credìtis in Deum, & in me credite. Ioan. 14.*

Simile MOs olim fuit, & nunc est præclaris ducibus,& strenuis,ut eo tempore, quo cum hostibus confligendum est,orationem ad milites habeant, quæ illorum animos accedant ad pugnam iam ineundam, & õẽ n pauorem, formid né,ac turbationé ex eorum animis pellant. Ad hæc vero militibus suis proponere solent,sui animi fortitudiné,adiutoria,quæ hinc inde ipsis aderunt,spolia maxima,quæ uict oria parta obtinebãt,& similia,quib. milites prõpti redduntur ad pugnã. Nec solũ hoc præstire duces gẽtium,sed & viri sanctissimi. Cum.n. Iudas Machabæus manus conferere uellet cũ Nycanore, Machabæus hortabatur suos,ne formidarẽt ad aduẽtum nationũ,sed in mente haberent adiutoria sibi facta de celo,& nunc sperarẽt,& ab omnipotente sibi ad futurã victoriã. Et allocutus eos de lege,& pphetis,admonens ẽt certaminũ,quæ fecerãt prius,prõptiores cõstitu t eos, singulos ãt illorum armauit,non clypei,& hastæ munitione,sed sermonibus optimis, & Ex.32. exhortationibus. Et sic factũ est,ut in eo bello prosternerẽt triginta quinque millia hostium. Aduenerat iam tpš,in quo pugna illa ineunda erat,in qua Christus dux de morte, & inferno triũphaturus erat, Apostoli uero de vniuerso mundo Psa.26 & idolis gentiũ, in qua agni duodecim in pugnã descẽdebant cũ innumeris lupis leonibus,& tigribus,duodecim idiotæ piscatores cõtra uniuersam mũdi po Eccl.6. tentiã,ac sapientiã dimicaturi erãnt. An non timendum,& formidandũ prælium? Vidit Christus dux pusillum gregẽ suũ animis deiectis. Armat ergo hodie eos sermonib. optimis, ostẽdẽs militib. suis ea,quæ diximus,præclaros duces ostendere militibus, ut in pugna fortes sint. A Videamus ergo sermones hos optimos in Euangelio nobis proposito.

[Nõ turbetur cor uestrũ.] Cõe est omni passioni appetitus,ut hominẽ turbet cum uehemens est, & ideo turbationes dñtur,quia coniunctæ sunt cum quadã corporis alteratione,& humorũ, ac spirituum motu. Ex quo ẽt pueni t,ut in facie hominis eius turbationis sit indicũ. Hinc motus humorum, & actus appetitus,sæpe in nostra potestate non est,rõnis tñ actus,q sequi solet turbatum appetitum,in nostra est potestate. Sed qa maximã uim hẽt turbatus appetitus, ut ad se rõnem trahat ideo timendus est,cum vehemens est,& reprimendus. Ideo ait dñs,[nõ turbet cor vestrũ.] Mærore,ac timore vrgebãtur discipuli,qm eis dixe B rat discessum suum,nec posse ipsos eum tũc sequi,psecutiones ,& discrimina uaria,q̃ eos manebãt,his auditis,tristitia,ac merore turbati sũt. Similes facti. Pulpo pisci,quo Aegyptij in literis Hieroglificis significabãt eos,qui in periculis timo Eph.4. re turbabant,cum.n. piscis ille in discrimine uersat,nõ fugit,nec sibi pspicit,sed accedit ad propinquã rupem,& ibi stat, & aliqñ turbatione id agẽte brachio piscatoris adhæret. Primum uerẽ, q fortis quisque curare debet,est,ne cor illius turbet,eo.n.turbato,à quo vires,& consilium procedere debent, nihil rectè fit. C Sed statim illud Psalmi efficitur. Cor meum cõturbatum est in me, dereliquit me virtus mea,& lumen oculorum meorum,& ipsum nõ est mecum. Si ergo ad discrimina belli corporalis oportet cor Grego. non turbari,multo magis ad bella spiritualia feliciter peragẽda,necessarium est cor imperterritum. Cũ imminẽt discrimina,bella, & hostes tunc optimum est grã stabiliri cor,ut Paulus ait,ne succumbat homo oneri tribulationum. Hanc suorum fortitudiné, & cor imperteritũ mire descripsit Dñs in equo parato ad bellum,de quo inter alia dicit. Cum audierit buccinã,dicit,uaha. Manifeste,ait ibi Greg. loquit Deus iusto nõ,de equo; qui brutum cum sit, uaha,dicer nõ põt, vnde cum dicere dicitur id, quod non

A mansiones videt. Ille ergo doctrinæ huius præcipuus est prædicator, ille dicere valet, [non turbetur cor vestrum.] Ideo scala Iacob eũ significabat, cui De⁹ erat innixus, quæ hac parte cęlum tangebat, alia vero terram. Est ille lignũ illud vitę, quod ex vtraq; fluminis parte erat, q̃a in terra, & cęlo simul uersabatur. Vna
Gc. 28.
Ap. 19 manu coronã, alia autẽ gladiũ tenebat, quo pugnabat, vnus eius pes ĩ stadio, & agone erat, alter vero victoris erat. Alter pes in aqua, alter ĩ littore. Ideo significat in eo angelo, cuius pes vnus ĩ mari, alter in terra est. Ideo nos exhortatur
Ap. 10
Simile (non turbetur cor vestrũ,) q̃a vtrumque videt, Habuit se ad nos Christus Dns, ac se habere solet vnus è multis, q̃ vt in hortum intrarẽt venerunt, quorum pri-
B mus in maceriam atcẽdit, & pedem ĩ ea ponens videt vniuersa, q̃ in horto sunt, & trepidantib. socijs pp ascẽsus difficultatẽ, ait nolite timere, ascendite, reptate manibus, ac pedib., q̃m mirabilia ĩ hoc horto sunt, q̃bus fruemini si ascenderitis. Non ergo turbetur cor nostrum, sed ascendamus, q̃m testis fidelis Christus Dñs, q̃ est in sinu patris, ipse enarrauit. Ideoq; aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui sic in terra cõuersatus est, vt pedem vnũ hic figens alterũ in cœlo posuit, taliter in terra con
Phil. 3 uersemur, vt vnum in cœlo pedem ponamus p̃ consideratiõnẽ, & cõuersatio-
Ps. 121 nẽ, vt cum Paulo dicamus, conuersatio nostra in cęlis est, & cum psalte, stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusa
Psa. 93 lem. Sic. n. non turbabit cor nostrũ, & si
C motus fuerit pes, q̃ in terra est, dicemus cũ psalte, si dicebã, motus est pes meus, misericordia tua Dñe adiuuabat me.

Contra vero, peccator facit, q̃ duos pedes cum habeat, alterum in terra tenet, sicut iustus, alterũ uero in inferno posuit per culpã, qua ęternã commeritus est pęnam. Duo tibi sunt pedes ò homo. Primũ pro uoluntate tua ponere potes, vbi libuerit, uel ĩ cælo cum Christo, vel in inferno cum diabolo. Alter pes in manu Dei est, nõ in tua potestate, vita. n. in Dei uoluntate est, qua finita, utroque pe
Prou. 5 de in inferno eris. Auerte ergo primum pedem a semitis impiorum, quia descendunt vsq; ad inferos. Hinc Sapiẽs de meretrice ait: pedes eius descẽdunt in mortẽ, & ad inferos gressus eius penetrãt, p̃ semitam vitæ non ambulant. Hinc psaltes, nisi quia Dñs adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno aĩa mea. Culpa, & pœna duo pedes sunt, quibus dãnatus in inferno est, si culpã admittis, vnũ pedem in inferno posuisti, & hũc ponere potuisti, & in tua id uoluntate fuit, solum deest tibi, vt alterum ponas in inferno pedẽ per pęnã, & hoc id Dei potestate est, nõ in tua, ĩ Deũ uero peccas, in cuius potestate est aĩam tuã mittere in Gehennam. Quid stultius, aut dementius. A Psa. 93

Præceperat X p̃s suis non turbari, illi vero in cordib. dicebant suis, quomõ nõ turbari non possumus, cum tu dux noster recedas, & soli relinquamur, & difficilis admodũ pugna nobis parata sit? Potẽtissimas rationes cælestis magister eis proponit, vt omnino non turbẽtur, quarum illa prior est, (creditis in Deum & id me credite.) Quasi dicat. Sicut, qui trãsit fluuium, dum aquã labentẽ intuetur, caput eius turbari necesse est, ac sicõ uertat oculos in montẽ stabilem, turbatio cessabit, ait uos humana solum attẽdentes turbamini, q̃a me ut hominẽ cõsideratis, & vos orphanos relinqui creditis, tollite ergo oculos in diuina, & sicut in Deum creditis, ita in me credite, quia ego Deus sum, & licet sim præsentiam humanitatis vos deseram, ut Deus tamen vobis adero. Notat Cyrillus in hunc locum, & Basilius, his verbis fidẽ Christianam a Iudaica distĩgui, Iudęus n. Trinitatis ignarus, vnum Deum confitebatur, personas non distinguens. At Christianus distinctionẽ, fidẽ profitens, ita vnum credit Deum, ut tres in una Trinitate veneretur personas. Sed quid fides homini præstat, ne in malis turbetur multum certè. Ambrosius, facile forsan homini erit, plures diuitias, aut honores non q̃rere, difficile vero est, cum nõ turbari, cum ea, quę possidet amittit. Sed hoc difficile, fides magna facile præstat. Hinc dicitur. Cui resistite fortes in fide. Et iterum, hæc est victoria, quæ vi- B Cyril. Bas. C Ambr. 1. off. ca. 39. 1. Pe. 5 1. Io. 5

A cit mundum, fides nostra. Et iterum, accipite scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, Sed inquiris, quo pacto fides turbationem pellit à corde? Certè qm illuminat, tenebræ enim timorem incutiunt, lux vero eum tollit, quia quid quæque res sit, ostendit. Fides docet, omnia temporalia nihil esse, & ideo mala non esse nec timenda. Et ideo ait, nolite timere eos, q occidunt corpus. Et ideo psaltes ait, veruntamen vanè conturbatur omnis homo. Mala.n.temporalia similia sunt venijs puerorum, quibus illi turbati solent cum nihil sint. Vmbra, & somnia sũt temporalia incommoda, & ideo vane turbatur homo eis, sicut vanè puer conturbatur, vel dormiens quia sibi videtur, è turri altissima cadere.

Eph.6.

Psa.81

B Deinde fides docet Christum nobis semper adesse, ut Deus est, & nihil nobis accidere posse, nisi eo disponẽte, nec enim passer, aut folium cadit absque illius uoluntate, ac decreto, nec capillus de capite nostro peribit, nobiscum ille est in tribulatione, & ideo dicere possumus cũ psalte Deus noster refugium, & uirtus adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis propterea non timebimus, dum turbabitur terra, &c.

Psa.45

Sed obijcis, ego fidem habeo, & tamẽ turbor, turbaris quidem, uel quia fides tua mortua est, nec fax mortua timorẽ pellit, sed ardens. Vel quia tibi parua fides est, sicut illi, qui videns ventum validum timuit, cui dr̃ modicæ fidei quare dubitasti? Ideo orandum tibi cum Apostolis est. Dñe adauge nobis fidem. Vel quia fidei lumine non vteris, sed illã sub modio ponis, ut non luceat, cum.n.ea, quæ fides docet, non consideras, fide non vteris, ea ergo mente tractaß, & omnem turbationem facile pelles.

Ma.14

Lu. 17

C

Deinde cum ait. [Creditis in Deum, & in me credite,] non fidem, qua Deo reuelanti credimus solummodo significauit, sed spem, ac fiduciã in Deum, quæ & fides sæpe dicitur, intellexit. Ait ergo. Nolite turbari, aut pauere, sed firmissima in Deo spe estote, & in me, q Deus sum, & homo, qui uobis pater, & mater sum, qui uos vt filios dilexi, & tot dilectionis signa exhibui. Maximum præsidium cõtra diabolicos timores, & tentationes est, impertertitum, & fidelissimũ in Deo cor. Qui hoc præsidio benè munitus est, nõ timebit, etiam si cælũ ruat: ait enim. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Et illud Esaiæ vsurpat. Iuxta est, q iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul, quis est aduersarius meus, accedat ad me? Ecce Dñs Deus auxiliator meus, quis est, qui condemnet me? Hoc auxilio fretus Iob aiebat: Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Sicut ergo inter humana mẽbra quædam sunt ita fortia, ut non sibi solis sed & aliis opitulari possint, ut brachia, quibus maximè vtimur in periculis, sic

Ro. 6.

Ro. 8.

Esa. 50

Iob 17

Simile

B inter virtutes quædam sunt ista præstantes, ut omnibus alijs sint maximo præsidius, qbus proinde in periculis præcipuè vtendum nobis est, & huiusmodi est firmissima in Deum spes, quę est velut anchora, qua nauis tenetur, nè procella cã huc, illucque dispergat. Cum ergo tẽpestates maximas in te oriri perspexeris, tẽtationes graues, persecutiones, terrores dæmonis, opposuerit q; tibi gigantes quibuscum pugnare debeas, quibus collatus locusta videaris, respõde cum psal te. Non enim in arcu meo sperabo, nec gladius meus saluabit me, sed dextera tua, & brachium tuum. Et sicut olim in lege dictum fuit. Si exiens ad bellum cõtra hostes tuos, & uideris equitatus, & currus, & maiorem, quam tu habeas aduersarij exercitus multitudinẽ, nõ timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecũ est. Ita idipsum nunc tibi dico, quæ est enim potentia, quam timeas, si pro te pugnat omnipotentia.

Psa.43

De.20.

C

Sed adijcit Christus, in me speciali quadam ratione sperare, qui vobis singularia dilectionis signa dedit, de quibus dubitari nullo modo possit. Et huius ratio est, quia nullus dubitat, an Deus possit ei accurrere, multi vero dubitant, an velit, sed ne hoc dubites, tanta amoris signa dedit, quæ uoluntatẽ ostendunt, ut plura, ac maiora sint, quam illa, quæ potentiam declarant. Quis dubitet de dilectione

A ctione illius, qui pro eo uitã dedit? Quis dubitet, an recipiatur ab eo, q uenit quęrere, & saluum facere, quod perierat? Si amicus tibi astitit i rebus difficilimis, & cum uitę discrimine, qũo dubitabis an in re facili tibi assistet? Hinc Psaltes: Multi dicũt aĩę meę, nõ est salus ipsi in Deo eius.. Tu aũt Dñe susceptor meus es. Si Christus susceptor tuus, quid trepidas? Trepidanti nautę in horribili tẽpestate, cum paruo vteref nauigio, dixit Iulius Cæsar, ne timeas, Cęsarem enim, & eius fortunã tecũ defers. Licet ergo mare sęuiat, & intumescat, cõfide in Christo, quem gestas, qui tibi per Esaiam ait, ego ante te ibo, & gloriosos terrę humiliabo, portas ęreas conteram, & uectes ferreos confringam, & dabo tibi thesauros absconditos. Hinc quasi oĩpotens iustus reddif, & maior illius potentia q̃ totius mũdi. Maiori potẽtia prędita est virga Moysi, q̃ Pharao. Et palium Elię, & vmbra Petri, mira possunt, quia in Deo põt iustus omnia. Ideo Ioanni f. enti, dr, ne fleueris, vicit leo de tribu Iuda, & sicut ille in se uicit, uincet & in te.

Psal. 3

Esa. 45

B

Apo. 5

Prosequitur consolatiõnẽ suã Iesus, [In domo patris mei mansiones multæ sunt.] Quasi dicat, Contristati estis, qm̃ vobis dixi, quò ego uado, vos non potestis venire, nõ hoc dixi, qa ĩ regno meo mihi soli sit mansio, plures. n. mãsiones sunt, in quib. recipiamini oẽs uos, & plures alij, nõ ego discedo à vobis in ęternũ sed ad modicum, cogitate verò diuersas illas mansiones, & diuersitatem glorię, quę pro meritis datur, ut uiriliter decertetis, qm̃ dignior mansio eum expectat, q plus laborauerit. En prędam, q̃ militibus suis pollicetur. Ita hæc uerba intelligunt Chrys. Cyrillus, & Aug. Ideo ego dixi, nõ potestis venire, quia necesse est, me primũ ire, ut uobis parem locũ, addit uerò. [Si quo minus dixissem uobis, qa vado parare uobis locum, si aũt abiero, &c.] Sẽsus legitimus est. Si uobis mãsiones non essent in domo patris mei, nõ vos deciperẽ vanis ꝓmissis, sed uobis dixissem, qa cã vestri discedo, vt parẽ uobis locũ; si ergo mansiones uobis nõ essent, uos certiores facerem, cũ hæc

C

Chry.
Cyril.
Augu.

sit causa discessus mei. Mansiones uerò parare dr, tum quia cœli ianuã aperuit, quam si non aperiret, nullus hominũ illuc ingrederetur, tum etiam, quia ascendit, ut mitteret Spiritum sanctũ, quo ipsi digni redderentur mansionibus. Ego ergo discedo, ut parem uobis locum, & ueniam, ut assumam vos ad me ipsum. A

Duplex ergo consolatio Christi discipulis his uerbis daf. Prior est, possessio regni cęlestis, ꝙ Christi discessu, & uirili pugna ipsorum cõsequetur. Posterior, quod ille iterum ueniet, & accipiet nos ad se ipsum, ut ubi ille est, & nos simus, & sic semper cum Dño erimus, ut Paulus ait. Solet dux milites suos in pugnã accendere, & ipsorum erigere animos, ꝓpositis spolijs hostiũ. Cum turbaref, Alexandri exercitus viso exercitu Darij, copioso argento, auroque ornato, dixit Alexander, nõ est in exercitu Darij, quo timeatur, sed potius, quod ametur, spolia. n. nobis pretiosa sunt. Si ergo nosse vis, quę tibi sint spolia, si uiriliter decertaueris, audi mansiones multæ in domo patris sunt uiriliter certãtibus, uisio, possessio, ac fruitio Dei merces est tua, gloria Angelorum gloria tua erit, licet. n. illi superiores natura sint, sed nõ gratia, & gloria. Sed quid dico Angelorum gloria, imo Dei gloria tua erit: quod enim Deum beat, te beatũ reddet, ut audias: Intra in gaudium Dñi tui, quia idẽ obiectum est beatitudinis hominis, Angeli, & Dei ipsius. Potuit ne maior merces homini proponi? maior thesaurus? maior honor, q̃ Dei possessio? Hinc Psaltes. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Dñi ibimus. Et iterũ. Replebitur in bonis domus tuæ. An nõ hoc cõcupisces? Audi suspirantẽ. Cõcupiscit, & deficit anima mea in atria Dñi In Indis uersatur Hispanus, & cũ ibi dies sit, ad Hispaniã suspirat, quomodo nos patriam domum non optabimus?

1. The. 5.

B

Ma. 25

C

Ps. 121

Ps. 64.

Ps. 83.

Sed quomodo in domo vna mansiones multæ? Certè una est domus, vnus denarius, qa vnũ est obiectũ beatitudinis, oẽs enim regem in decore suo uidebunt, item una beatitudinis mẽsura est, æternitas item una, quia tanta destincta

A sunt inter se charitate sancti, ut propria singulorū gaudia charitas cōmunia reddat. Si.n. amor imperfectus nunc efficit ut de filij bonis pater gaudeat, ac de proprijs, qd non efficiat charitas illi cęlestis Sed nihilominus plures mansiones sunt qa licet eundem Deum oēs videāt, eosq; fruant, sed quisq; ꝑ merito magis uel minus gustat. Sicut idē cibus diuersimode degustatur ꝑgustus uarietate, ac famis. Hinc Paulus. Alia est claritas solis, alia lunæ, alia stellarū, & sicut stella differt e stella in claritate, sic erit, & resurrectio mortuorum, licet omnes iusti in eodem sint cælo. Sicut ex eodem fonte diuersa aquæ mensura a diuersis colligitur pro varietate vasorum, ita qui puriori est cor
B de, & ardentiori charitate, plenius Deū gustabit. Ideo curandum nobis est, ut potiorem capiamus mansionem? Secunda vero consolatio in uerbis superioribus proposita erat, quod ipsius absentia non perpetua esset, quia iterum veniam in secundo, scilicet, aduentu, et assumam vos ad meipsum. Id uero suo modo in hac uita nobis accedit. Recedere Deus videtur a iusto, cum eum deserit, nec consolatur non propterea turbari debet, iterum.n.
Tho.3 uenit. Quia post potestatem trāquillum faciet, & post lachrymas exultationē in-
Iob.17 fundit. Et Iob ait, post tenebras expecto lucē, & sic ei accidit. Sicut ergo in temporum c nstitutione varietas ista cernit, vt post noctem dies succedat, ita in aīa iu-
C sti efficitur. Hinc Psaltes. Auertisti faciē tuam a me, & factus sum cōturbatus, ad
Ps.29. te Domine clamabo, &c. Audiuit Dn̄s, & misertus est mei, Conuertisti planctū meum in gladium mihi, & circundedisti me lętitia. Et iterum Iob. Abscondit lucem in manibus suis, & præcepit ei, vt rursum oriatur. Abscondit quidē lucem cum consolationem tollit, sed præcipit, vt iterum oriatur. Pergit adhuc discipulos consolari, & ideo ait [ & quo ego uado scitis, & uiam scitis. ] Discedentes eo, quem diligimus, maximū adfert solatiū scire, quo vadat, & uiam, qua ad eum ꝑuenire possimus, id.n. significat illud, [ vitam scitis. ] Non viam, qua ego vado sed viam, qua vos ad me peruenire possitis. Thomas uero ait [ Dn̄e nescim⁹ quo A
vadis, & quomodo possumus viā scire? ] Hæc verba pugnare videntur cum uerbis Christi, q̄.n. ille dixerat, eos scire, Thomas asserit, nesciri ab eis. Vel quia habitu sciebant, nō tamen actu quia eorum turbatio memoriā, ac considerationem tollebat, ita Euthymius exponit. Vel scire dicunt, qa scire potuerāt, & debuerāt licet reuera ad scientiā nō peruenerint. Sicut Iudæis dixit, et me scitis, & unde sim scitis, i. scire potuistis, et debuistis. Respōdit ei Iesus. [ Ego sum uia, veritas, & vita. ] Non solum ad uerba Thomę rn̄det, sed & aīos discipulorum, non.n. confirmati erant in promissione illa Xp̄i, veniam ad uos, assumam ad me. Iō declarat uiam, & confirmat ꝑmissionem. Ego, inquit, sum uia, p cuius fidē, & uirtutum imitationē oportet uenire. Ego sū veritas, & ideo, q̄ promisi, faciā. Ego sum vita, q vos, licet moriamini, reuocare in B uitam possum, vt vos mecū assumam, q̄ do u enero. Recte dr̄ uia Christus, quia uia est, per q̄ ab uno termino ad alium fit transitus, ita per Xp̄m a peccato in iustitiam, & a iustitia in gloriā transimus, nempe fide ipsius, & obedientia mandatorum eius. Vnde Paulus. Per ipsum habemus accessum ad patrem. Sed deinde rudes discipulorum animos arguit, dicens. [ Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me ? ] Multis annis in schola Christi fuimus, nec profecimus. Ibant animalia Ezechielis, & non reuertebantur cum ambularent, semper enim nobis proficiendum est. Quadraginta C diebus fuit cum Deo Moyses, & maximam detulit lucem in facie. Semel orauit Anna, & vultus eius non fuit amplius in diuersa mutatus sanctificandi profecto essemus vna concione, unā oratione, & tn̄ ꝑficimus nihil. Quis vero Philippi, & Iacobi profectus loquatur? Philippus Scythas ad Christū adduxit, & in Phrygia cruci affixus lapidibus obrutus est, Iacobus Christi frater dictus, corpore, & animo Christo persimilis, ab ineunte ætate sanctus lapidib. primum appetitus, & præcipitatus, fullonis fuste percusso capite occisus est, &c.

Euthymius. Ioan.7 Eph.4 Eze.1. Ex.24. 1.Re.1

In

A In festo Inuentionis sanctæ Crucis.

*Thema. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet, &c. Ioannis. 3.*

Militibus vniuersis necessariũ est, signum, quo ab alijs discernantur, ut cõmilitones suos agnoscant, & hostes. Et ideo Hispani purpuream, Galli albam, Germani nigrã crucem portant. Qui ergo Christo militant signandi erant signo Christi. Hoc uero
B crux est, qua signamur in Baptismo in capite, pectore, & scapulis, ut milites
Gen. 4 Christi simus. Hoc vero signũ olim expressum fuit, quasi signũ salutis, & uitæ. Et cui primũ impositum est, fuit Cain, q pauens, ac tremens dixit. Ecce eijcis me hodie à facie tua, oĩs ergo, qui inuenerit me, occidet me, posuit vero Deus signũ in Cain, ut non interficeretur. Qd nam hoc fuerit signum, scriptura nõ expressit, aliqui tñ doctores putant, signum illud crucem fuisse, illudq; colligunt ex alijs scripturæ locis, in quibus signũ liberationis crux fuit, ut mox dicemus. Si er go signũ aliud non nouimus præter cru-
Eze. 9. cẽ, quæ immunitatẽ, & securitatẽ daret,
Apo. 7 hoc credendũ est, positũ fuisse in Cain.
C De hoc signo meminisse uidetur Ezechiel, & Ioãnes in Apocalypsi, Propheta ait. Erat homo uestitus lineis, habens atramentariũ, & dixit Dñs ad eum, trãsi per mediam ciuitatẽ, & signa Thau super frontes uirorum gementiũ, & dolentium super cunctis abominationib, quæ fiunt in medio eius. Et statim præcepit Dñs sex viris, qui habebãt uasa interitus vt trãsirent per mediam ciuitatẽ, & nul
Hier. li parcerent q non haberet signũ Thau. Quo loco Hierony. ait: Antiquis Hebræorum literis, quib. vsq; hodie utunť Samaritani, extrema Thau litera crucis habet similitudinẽ, quæ in Christianorum frontib. pingitur, & frequenter ma
Andr. nus inscriptione signatur, Hæc Hieron. Sanctissimus uero Andreas in Apocalypsim ait, crucem esse signum illud, de
Andr. quo ait Angelus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorũ. Si A
gnũ ergo liberationis, crux est. Et hoc dicunt aliqui fuisse signum, q in Exodo Ex. 12.
sup postes domorũ Israelitæ fecerunt ex sanguine agni, ut Angelus pcussor eorũ primogenita nõ tangeret. Et hac cruce Act. 1.
benedixisse creditur Christus dñs suos, cum eis benedixit, pfecturum in cęlum. Vnde mos relictus in Ecclesia est, ut oĩs benedictio cruce efficiatur. Crux Christi vere oĩa nobis est, illa est arca Noe, nos saluãs ex diluuio. Hęc virga Moysi, in qua mira fiũt. Hæc virga Aaron, quæ sicca cũ esset, refloruit, ac fructũ dedit, hæc virga, qua tetigit magni cõsilii An- Iud. 6.
gelus sacrificia nr̃a, sicut Angelus virga tetigit sacrificiũ Gedeonis, ut ab igne ab sumeretur, tanq̃ Deo gratũ. Hęc lignũ Ex. 27
est dulcorãs amaras aquas, & faciens enatare ferrũ, qa Deo immisso in aquas B
tribulationũ, homo exaltatus est, q ceciderat. Hæc altare holocausti, ĩ quã oblatũ est sacrificiũ pacis, & recõciliationis, Hoc lignũ, in quo exaltatus est serpens in deserto, ut hodie Christus ait. Euãgelij iam litterã difficilẽ explicemus. Dixerat superiore capite Ioan. Cum aũt esset Ioa. 2.
Ierosolymis in Pascha multi crediderũt in nomine eius, videntes signa, quæ faciebat, ipse aũt Iesus nõ credebat semetipsum eis. Sed qd est, nõ credebat semet ipsum eis? certe nõ cõmittebat semetipsum eis, nõ fidebat eis, ut secure cũ eis cõ uersaretť, ut cũ discipulis, subiũgit statim Ioannes capite tertio. [Erat aũt homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum, hic venit ad Iesum no- C
cte.] Vnus ergo erat Nicodemus ex ijs, qui crediderũt in Iesum, & licet alijs nõ se crederet, huic tñ se credidit, & secreta hodie reuelauit, & merito, nã postea Ioannis 7. pro Christo respondit, dicẽs, nunq d lex nostra iudicat aliquem, nisi prius audierit ab eo? Et demum Christũ Ioa. 7.
sepeliuit, & sanctissimus uir fuit. Dicit eum Pharisæorum, & principem. Phari Io. 17.
sæi genus hominum erat pp sanctitatis, & ueræ doctrinæ, & arctioris obseruantiæ opinionẽ inter Iudæos in honore habitum. Hi uero potissimi inimici Chri erant, ut tanq̃ mirum sit ex secta perse-

A cutorum Christi, vnum ad cũ venisse. Dicitur vero princeps, vel quia publica aliquam gerebat administrationem, vel propter nobilitatẽ, & epulentiam, quia caput erat alicuius familiæ. Venit ab Iesum, ut ab eo disceret uiam uitæ. Sicut prædixerat Oseas, tempus autem requirendi Dñm, cũ venerit, qui docebit uos iustitiã. Et sapiens ait appropinquare ad me indocti, & cógregabo vos in domũ disciplinæ. Quia vt Moyses ait, q appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius legẽ. Sed nocte accessit, q imperfectus erat, nec inerat perfecta charitas foras mittẽs timorem, timebat vero Iudeos, q iam inuidia maxima in Christum laborabant, ut dicit Cyrillus Sic & Gedeon nocte confregit statuam Baal, propter metum ciuium suorum.

Os. 10. Ecc. 51 Deut. 33. Cyr. 2 libr. 2. cap. 38.

[Et dixit ei: Rabbi, scimus q a adeo uenisti magister.] Idest, missus à Deo es, ut doceas veritatem tanq̃ uerus propheta Nõ amplius tũc nouerat Nycodemus, quia imperfectus fide erat. Sed certum est, venisse à Deo magistrum, quia a patre procedentes, totã cum substantia accepit Sapientiam patris, in eo enim oẽs thesauri scientiæ, Sapiẽtiæ patris sunt, imo ipse est patris Sapiẽtia infinita, Rursus, factus homo, eo instanti, quo carnẽ assumpsit oĩ scientia, & sapientia aiam sibi unitã impleuit, ut magister a Deo, ordinatus, & factus sit eodẽ tpe, quo factus est homo, Et ideo uenit a Deo magister q a gradũ ab eo accepit, & doctrina eius nõ humana est, qualẽ philosophi habue

B

C runt, sed cælestis, & diuina, qualẽ nemo huius sæculi principũ cognouit, dicit uero Nycodemns, se hoc scire, quia nemo poterat illa signa facere, nisi esset Deus cũ eo, & certe si attẽdere miraculorum multitudinẽ, & illa miracula prædicta a prophetis, à Messia esse facienda, & modũ, quo illa prẽstabas imperio, scilicet, et nutu, tanquam Dñs, & quod in confirmationẽ ueritatis, quod Messias, et filius Dei esse, fiebant, dicere potuit Nicodemus, nemo potest hęc signa facere, q̃ tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo. Sed cũ initio ꝑdicationis, ac miraculorũ Christi hanc cõfessionem fecerit licet imperfectam, laudabile fuit fateri Deum esse cum eo. A

[Respondit Iesus, & dixit ei Amen amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.] Illud tñ, significat certe. Et cum duplicatur, est idem, ac certè, & infabiliter sumitur enim ac deriuatur a uerbo Aman, qđ significat credere intelligendum ergo est, Nicodemũ interrogasse, qua ratione in regnũ Dei venire posset. Quam interrogationẽ licet Euãgelista non expresserit, subindicauit tñ in Christi responsionẽ. Ad quẽ Christus ait necessariam esse nouam nouitatem, qua nouũ esse acquireret, ut in cælestem beatitudinem perueniat, quam intelligit per Dei regnum Cyrillus lib. 2. in Ioannem capite 40. Et Augustinus libro, 1. de peccatorum meritis, & remissione, capite, 30. Cyprianus uero p regnũ Dei intelligit Ecclesiam Christi, quam nullus ingreditur, nisi nascatur denuo p Baptismum. Primo. n. natus hõ est ex Adã, & illa natiuitate acquisiuit esse humanũ, et esse filiũ iræ. Si aliud altius esse esse hõ non acquirat, puenire nequaq̃ poterit in æternã beatitudinem, & ideo oportet ut esse diuinũ acquirat alia natiuitate, qua denuo nascatur. Nõ intellexit Nicodemus hac natiuitatẽ spiritualẽ, sed putauit carnalẽ esse, & ideo ait. [Quomodo potest homo, &c.] Ad quẽ Christus, ꝓmulgans baptismi legẽ, ac necessitatẽ, ait. [Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto non potest introire in regnũ Dei.] Tanq̃ Deus, & ut homo potestate excellentiæ usus Baptismũ instituit, nouæ legis sacramẽtum, ad salutẽ necessariũ. Dicit uero Baptismus regeneratio, cum circuncisio sic dicta nõ fuerit, quia licet in circuncisione gratia daretur, sed homines in statu seruitutis ponebat, non in statu filiorum. Dicente Paulo. Non accepistis spiritũ seruituris iterum in timore, sed accepistis spiritũ, filiorũ, in quõ clamam⁹ Abba pater, Baptismus uero generãs filios Dei regeneratio dicitur nã generatio ad filium terminatur, & ultra ad ianuam cęlo aperi, hæreditas enim filio cõceditur. Et sicut in naturali generatione, generatio uni⁹ est

B Cyril. Augu. Cypr. Ep. 72 C Ro. 8.

A est corruptio alterius, ita in Baptismo nascit filius Dei, moritur vero verus homo & natus moritur peccato, & hac rõne p
Ro. 6. baptismum cõmorimur, & cõsepelimur Christo, & ideo Paulus ait, quicunq; baptizati sumus in Chro Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, cõsepulti. n. sumus cum illo p Baptismum in morte, ut quõ Xps surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Ecce baptismũ dicit mortẽ, & gene
Col. 2. rationẽ, id ipsum ad Colo. dicit Paulus. Mortem ãt suam Xps Baptismũ appella
Ma. 10 uit, dicens potestis bibere calicẽ, quẽ ego
Luc. 12 bibo, aut Baptismo, quo ego baptizor baptizari? Et iterum: Baptismo habeo baptizari, & quõ coarctor vsq. cũ pficiatur Dñ vero mors baptismus, primũ quia in cruce pprio sanguine erat abluẽdus, Baptismus vero idem est, quod ablutio, aut tinctio. Deinde quia mors illi fuit velut mortalitatis ablutio, & ad uitã cœlestem
B purgatio, ad cuius imitationẽ nos baptizamur, cũ regeneramur in Ipso. Sed forte melius, tropus iste acceptus est ab eo modo loquendi, quo ĩ scriptura p aquas tribulationes significãtur, & per aquarũ
Psa. 68 immersionẽ multorum malorum pposs-
Ma. 10 sio. ut cum Psalt. ait. Veni in altitudinẽ maris, & tẽpestas demersit me. Nã de Io. Euangelista dicit dñs esse baptizãdum Baptismo, q proprio sanguine nõ est tinctus, multa tñ est mala pro eo passus. Ex dictis colligit, cũ nos baptizamur, crucifigi nos, & cũ Chrs crucifixus fuit simul baptizatũ esse. Si crucifixus ĩ Baptismo homo ẽ, si peccato mortuus, quõ postea peccato uiue? Manus, pedesq. crucifixi tenent cruce, ne eo eat homo, qd uult sed ut ab alio ducatur, tu ergo in baptismo
C crucifixus cũ sis, noli putare liberũ te esse, ut discurras, quo uolueris. De hac re plura diximus in con. ione de cõi unius martyris, in illa uerba. tollat crucẽ suã.

Explicat dñs hanc generationẽ spiritualẽ per principium, (quod natum est ex carne, caro est, quod natum est ex spiritu, spũs est, non mireris, qa dixi, oportet te nasci denuo.) Quasi dicat. Nõ est ergo incredibile, quod dixi, oportet uos denuo nasci, non. n. de carnali natiuitate dixi, sed de spũali, qua homo ex diui- A
no spiritu nascitur, fitque homo spiritualis, nouum esse grãe accipiens, ex principio. n. generationis terminus illius agnoscitur. Sicut ergo à carne caro producit, ita à diuino spũ esse spirituale, ac diuinũ Hoc vero esse superadditur homini, nec destruitur esse humanum illius. Sicut. n. homo viuit vita vegetatiua, animali, & rõnali, nec vna vita destruitur, eo, quod alia simul sit, imo perficitur, ita in baptismo à diuino spiritu accipit homo esse spirituale, uitam super naturalem, per q̃ vita humana non perit, sed pficitur. Ait uero (non mireris.) Quia admiratio Nicodemi ex incredulitate processit, ideo reprehensione digna. Si uero ex fide procederet contẽplante rei magnitudinem, optima esset admiratio, & laude digna. Ioan. 6
Admirati sunt Iudæi dicentes qũo põt hic carnẽ suam nobis dare ad manducãdum, & male, qa in infidelitate. Admirati sunt alij dicẽtes, qualis est hic, quia, mare, & uenti obediũt ei? & recte admirati Mat. 8.
quia cum fide. Ita generationẽ hominis spũalem, qua Dei filius efficitur admirari possumus, quia oẽm excedit hominis captum. Et ideo nõ Christus Baptismũ ostendit, qa nulla humana lux illam attingit. Quinque etenim sunt Christi generationes, & vniuersæ illæ mirabiles, & humano ingenio superiores, quę ideo in nocte, ac tenebris factę memorantur ut significentur, lucẽ humanã eas attingere nõ posse. Prior est generatio æter- C
na, quæ à patre pcedit, quæ licet in se tota sit lux, quia Deus lux est, & tenebræ ĩ eo non sunt vllæ, ut Ioannes ait, sed nobis lux est inaccessibilis, & ideo posuit te- 1. Io. 1.
nebras latibulum suum, & in calligine habitat, & in nebula. Secunda eius generatio fuit, cũ ex utero Mariæ processit factus homo, mirabilis plane generatio, & qa supra intellectũ nostrũ est, nocte Sap. 18
ẽt nascitur. Dũ quietum silentium tenerẽt oĩa, & nox in suo cursu mediũ inter perageret, oĩpotẽs sermo tuus à regalib. sedib. uenit. Tertia generatio Christi re Act. 13
surrectio dr̃, de qua Paul. explicat illud Psalmi, ego hodie genui te, quia regeneratus est in uitam immortalem, & qui homo

A homo nō erat,homo factus est,ea ēt mirabilis,& iō nocte facta,quia cum tenebræ essent,venerunt mulieres ad monumentū,& ille iam resurrexerat. Quarta Christi productio fit in Eucharistia,per transubstantiationem,& licet in dubiū vocetur a doctoribus,an productio dicēda sit,certū tñ est,terminū illius trāsubstātiationis esse Christi corpus,quod cū ibi non esset prius,nunc est. Mirabilis plane res,& q̄ omnino intellectū supat & iō nocte facta est,dicente Paulo, q̄m dñs Iesus,in qua nocte tradebatur,accepit panem &c.Quinta ꝓductio Xpi fit

Eccl. 7 in homine spūaliter per gratiam baptismi,dicente Paulo,filioli,quos iterū parturio,donec formetur Xps in vobis. Mirabilis plane,qua ex filio iræ, filius Dei, & hæres agni constituit. Tanta uero res

B hæc est,vt intellectum superet, iō nocte eam edisserit cælestis magister. An non mirabile est,vt terra audiat , ego dixi, Dij estis,& filij excelsi omnes? Fide ergo nobis tenenda est,& admiranda.

Vt uero eam Xps explicet, ait.(Spūs vbi vult spirat,& uocem eius audis,&c. Difficillima verba sunt,& duobus modis exponuntur a sanctis. Prior expositio est Augu.trac.12.in Ioannem,Hier. in epist.ad Hedibi.q.9. Ambr.li.2.de fide,c.3.Greg.lib.17.mor.c.13.Hilarij li. 2.de Trinitate,& multorum,qui similitudinem hanc explicant esse inter Spiritum sanctum,& natum ex spū, tria.n. habet Spiritus diuinus,in quibus ei assimi-

C latur homo spiritualis. Primum est, quod spūs,vbi vult spirat,liber enim est, non est ei impedimentum,nulla præmitur seruitute,quia dñs est. Ita, qui natus est ex spiritu liber,non seruus est,liber quidem a lege Moysi. Liber à lege morali, non ꝙ eam non impleat. sed quia facile

Ro. 8. implet,nec legis seruitute præmitur,ut ille,qui gratia caret,qui eam perfectè im-

Hebr. 12. plere non potest. Liber à seruitute peccati,& diaboli. De qua re Pau.ait. Cum serui essetis peccati,liberi fuisti iustitiæ. Liber tandem a corruptionis seruitute, q̄ libertatem dabit spiritus in alia uita.vnde Paulus,viuificabit mortalia corpora uestra pp inhabitantem spiritum eius in vobis. Et ibidem ait. Creatura liberabit à seruitute corruptionis,in libertatē gloriæ filiorum Dei. Ideo Euangelium dr lex perfectæ libertatis. Secundo,spūs uocem audis,cum audis loquentes eos, in quib. spūs loquitur sed spiritum non uides,Ita opa exteriora iusta,q̄ iustus opatur,vides,sed eius spiritum non uides Tertio,nescis vnde veniat, aut quo uadat spūs,i.uias,& cōsilia spiritus nescis. Ita opera iustorum patent oīb.at cogitationes,fides,desideria,latent mundo,q̄ aīalis homo percipit,ea q̄ sunt spūs Dei, reputat.n.ebrios,& stultos eius,qui spiritu Dei sunt pleni.

Ge.22. Bon.

Secunda expositio horum uerborum est Dion. Areopagitæ de cælesti hierarc. c.15.Chrys.hom.25.& Cyrilli,& Aug. in quæstionibus noui,& veteris testamēti,c.59. Vt hic spiritus pro vento accipiatur,fitque sensus. Ventus impetu suo fertur,nec impediri ab homine potest,quin spiret in terras,& maria,& nos audimꝰ illius strepitum,nescimus tñ determinātè,vbi genitus sit, aut ubi desiturus sit, ita est ille,qui natus est ex spū,uides eum mutatum, audis eius uerba diuersa ab alijs,uides illius opera bona,sed vnde ꝓcesserit illa mutatio,nescis,uel quo tendat. Vel ut ait Lyra. in natiuitate spirituali uidentur aqua,& verba Baptismi, sed Spiritus sanctus, qui est principium generationis,& beatitudo,quæ est finis, non vī. Quasi ergo dicit Iesus Nicodemo,miraris,ualde generationem spiritualem,& ideo incredibile putas,sed nō ita est,si enim ventis uias non agnoscis cū tamen sint,quid mirum,si non assequaris uias spiritus diuini?

Ps. 108

C

Miratus Nicodemus,& ait.[quō possūt hæc fieri?] Ad quē Iesus.[Tu es magister in Israel,&c.] Vitio dat magistro legis,ꝙ hæc ignoret,ait Chry. quia in lege de hac futura regeneratione multę figurę,& ꝓcesserāt,vaticinia ꝓphetarū,] [ꝙ scimus loquimur,& ꝙ uidimꝰ, &c.) Idest. Testis oculatus sū eorū,q̄ dico,nō audita loquor ut prophetæ,sed uisa,ideo testimoniū meum accipiendum est.( Si terrena dixi uobis &c.(Chrys.& Cyril. aiunt,ꝑ terrena intelligi spūalē hominis ge-

A generationē, per cælestia uero verbi Dei processionem cuius cōparatione prior generatione terrena est, quasi ergo dicit si minora non creditis, quō maiora credetis [Et nemo ascendit in cęlum nisi, q descendit &c.] cōnexio horum verborū hæc est. Dixerat, quō credetis cælestia? nunc ait, & illa quidem credi mihi oportet, qa null⁹ ea sic ualet enarrare, vt ego, qa nemo ascēdit in cęlū, vt ea uideat, nisi ego, q eram in cęlo, & descēdi, ut uos docerem, credite ergo mihi, & si credidistis prophetis annunciantib. cęlestia, quę nō viderunt multo magis mihi credite, qui ea uidi. In eandē rationem ait Ioannes. Deum nemo uidit unquam, vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Ioan.1

Et sicut exaltauit Moyses, &c. [Quasi dicat. Nō solū mihi credere debetis, & in me, qa de cęlo sum, sed quia si in me nō credatis peribitis, qa sicut illi sanati sūt, qui respexerunt æneū serpentē, ita nunc illi salui fient, qui in me crediderint fide viua. Simul rōnem pbet, vt credatur, & credenda docet, passionē, s. suam, cui fidem facit figura illa serpētis. Nam serpens ille eneus nihil hēbat, ut sanaret infirmos, aliqd ergo mysterium Deus prętendit significante illud vero fuit Christū in cruce exaltatum remediū esse mūdi. Adinuētio mirabilis Dei fuit, dū exaltari uoluit in cruce. De qua Esa. ait. Notas facite in populis adinuentiones eius, & Psaltes, in adinuētionib. tuis exercebor, mirabilis profectio adinuentio, & ideo, hodie cū gaudio Ecclesia celebrat inuentionem crucis, quam Helena requisiuit.

B

Nu.21

Psa.12

Psa.79

C Iure uero inuēto hoc ligno, lętatur, & cruce gaudet ecclesia, atq; gloriatur, duo .n. sunt, q̄ gaudiū maximum hoi parere possunt. Primū, si nouerit, se a Deo diligi. Secundū si spem maximā concipiāt ęternę beatitudinis consequēdæ. Vtrūq; aūt in cruce maximè inuenit. Et de primo qdem facile id patebit. Nimiū lętari solet regis minister, si nouerit a rege se diligi singulari dilectione, cur ergo nō lętabitur hō, si a Deo diligi se uideat? Nō est Dei dilectio sterilis, aut impotens, si rex multa beneficia ei pstat, quē diligit, q̄ beneficia nō prēstabit Deus dilecto? Sed

vbi nā hæc Dei charitas i hominē apparuit? Certè in cruce eā ostēdit maxime. Vnde Paulus ait. Commendat aūt charitatē suā Deus in nobis, quia cū adhuc peccatores essemus ſm tēpus Christus pro nobis mortuus est. In cruce se ostendit bonū, & optimum, summūq; hoīs diligentē, Vnde agnitus tūnc mundo fuit. Et impletū est illud Psal. Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam Sion, s. Sed qn̄ suscepit Siō? quādo eam traxit ad se? qn̄ blāditijs deliniuit? Certè in foraminibus petræ cauerna materiæ, tunc diuinus amor, qui latebat, patuit, tunc diuina bonitas enituit. Ex quo sequtur, cruce non dehonestatum Xp̄m, sed glorificatum. Ipse crucem summe honorauit, efficiens illam cathedram, vexillū solium suum, altare, clauē cęli, & vt adoretur adoratione latrię, qua Deus colitur. Crux vero vicissim Xp̄m honorauit, cū eum ondit summe bonū, summe amantē. Licet cæli enarrent gloriā Dei, sed multo amplius crux. Et maior Deo gloria resultat ex cruce, q̄ ex toti⁹ mūdi fabrica, ēt angelorum, quia in oīb. alijs operib. non eam ondit bonitatē, ac charitatē, quam in cruce, quā ipsi seraphini attoniti mirantur, & iō quasi admirantes in propitiatorio positi sunt seipsos, & propitiatorū intuentes. Beatus ergo, qui nō fuerit scādalizatus in me, imo firmatus, quia vide immēsā bonitatē, ac amorem in cruce, q̄ precipue Deum decet.

A

Ro. 5.

Psa.47

B

Ex.25.

Ma.11

Ex quib. alia ratio gaudij facile colligi pōt ex cruce, qa in ea diuinā bonitatē videt immēsam, gaudet .n. iustus de Dei boni, qa i Deo sūt, sicut amicus de bonis amici. Sicut aūt ut potentiā suā, ostēderet, mirabilia operatus est, q̄ obstupescit intellectus, ita vt bonitatē suā nouā faceret, mirabili operari debuit, in qbus hærerēt hoīes, & angeli. Id uero in creatione factū non fuerat, diuina bonitate consider rata, mirabile nō est, si se creaturis cōiter, cum id solo verbo faceret, nihilq; difficultatis, ac laboris subeundū esset. Cum vero in cruce positus est, mirabilem ostendit, bonitatem, & diuitias misericordiæ, quas obstupesceremus. C

Altera rō gaudendi homini est, cum spem

A spem magna cōcipit bonorū. Hinc Pau
Ro. 12 lus. Spe gaudētes. Duo nobis optare pos
sumus, ac sperare bona, in hac uita, tum
corpori, tū aïæ, & bona æterna in alio
sæculo. Hæ vero vniuersa in cruce facilè reperiat homo, ex qua maximam spē colligere poterit. Qūo.n. bona temporalia nō speret homo ab eo, qui ei sāguinē dedit, & uitam? Qūo gratiam, peccati remissionem, auxiliaq; non speret ab eo, qui ideo mortuus in cruce est, vt ea
Can. 2 oïa nobis acquireret? Hinc sponsa, sub vmbra illius, quē desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Accede ò homo ad hāc vitæ arborē, ad eius vm-
Gen. 3 brā, ut a iustitia Dei fugias. Forte ad huius crucis figurā fugit Adā perterritus diuina uoce, vt iram Dei effugeret. Dic er
B go Patri si superbia mea magna, maior Iesu humilitas, si inobedientia maxima maior Xpi obedientia est, si in lege dura placabaris hircorū sanguine, cur in lege dilectionis filij sanguine non placaberis? Ad huius arboris vmbrā accede, vt aradijs diuinæ iustitię fugias, vt eius fructus participes, q virtutes, et gratię sunt. Positus est in cruce tāq̄ fons patens do-
Za. 13. mui Dauid in ablutionē peccatoris, in deficiēs fons est, aqua tibi nō deerit, si accedes, patens est, q̄ nulli negatur, nulli clauditur, qui.n. proprio filio non pepercit, sed pro nobis oïbus tradidit illum,
Ro. 8. qūo non cū illo oïa nobis donauit. Non ait donabit in futuro, sed donauit, in p̄terito, quia ita certa spes est, vt ꝙ futurum speramus, iā p̄stitum reputare dēamus.
C Et tandē spes gloriæ immēsam in cruce, est immensæ inquā, nō.n. p̄nt bona illa immensa non esse, pro qbus filij sanguinē pater postulauit. Nec.n. iniustus mercator ille est, qui plus exigat pretij q̄ par sit. Sed q̄ certum est, velle illa nobis clare eum, q sanguinem fudit, vt eā obtineremus? Argumentum conficit hac in te Paulus a maiori ad minus. Si cū nimi
Ro. 5. ci essemus, recōciliati sumus per mortē filij eius, multo magis nūc salui erimus ab ira per ipsū, oïs ergo gaudij materia in cruce est. Sicut uero in cruce nobis gaudēdū est, ita in tribulationib. q̄ crux nr̄a sunt gaudere nos oportet, q̄a diuini

amoris in nos signum est, & cęlestis glo A
riæ pignus quæ spes nostra maxime roboratur. Sicut ī dilecti Beniamini sacco Ge. 44
scyphum suum cōdi iussit Ioseph, ita dilectis calicem suum propinat Xps, dicēs calicē meum bibetis. Non ergo odij signum, sed amoris tribulatio est, quia quem diligit pater corripit, atq; castigat. Quod vero pignus sint futuræ glorię, ostendit Paulus. Non solum autē, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, Ro. 5.
quod tribulatio patiētiam operatur, patiētia autem probationem, probato vero spem, spes autem non confundit &c.

## In festo Sancti Ioannis ante portam Latinam

*The. Calicem quidam meum bibetis, etc.* B
*Matth. 20.*

CVm calicem suum bibendum a discipulis dilectis Xps ait, ingens eis promisit beneficium, & maius, q̄ illud erat, quod ipsi petebant. Nihil.n. in hac uita ęquari potest passioni, quę p̄ Deo, & eius dilectione suscipitur. Honestius enim, & gloriosus est Dei causa pati, quā ad eius sedere dexterā, vt Chry- Chry.
sostomus ait, cuius multa in hāc rem verba vide in cōcione nostra de vinculo Petri. Cum vero fidelis dominus sit in omnib. verbis suis, hodie promissionē hāc Ioanni dilecto factam impleuit. Cū Domitiani iussu inferuentis olei dolium missus est, vnde tamen purior, & vegetior euasit, quam intrauerit, & renoua- C
ta est uelut aquilæ iuuentus eius, vt in lō ga uiueret tempora. Aquilā enim renouari certum est, cum psaltes dicat. Reno Ps. 102
uabitur, vt aquila iuuentus tua. Quomodo uero hæc renouatio fiat, incertū est, Quidam aiunt. Aquilam quolibet decēnio, usque ad ignem elementarem uolare, & cum maxime incalueiit, in mare se demergere, vbi nouæ crescunt plumę, & sic re iuuenescit. At cum centesimo anno id agere tentet, destituitur viribus & a mortē euadere non potest. Augustinus in ea verba Psalmi, ait. Aquilam, cū ad senectam deuenerit, rostrum ac
quirer b

A quirere iam aduncatū, & unco superioris nostris claudere nostrum inferius,& sic cibū uix sumere pōt,& ideo virib. destituitur,sed naturali industria rostrum aduncū ad petrā atterit, & cibo sumpto
Hiero. uires labentes reparat;Hiero.in epistola ad presidium ait. Aquila quū senuerit,grauantur illius pennæ, & oculi, quærítque fontem,& erigit pennas,& colligit in se calorē,& sic oculi eius sanātur, & in fontem se ter mergit, & ita ad iuuentutem redit. Aquilam fuisse Ioannem,oēs sancti tradunt, quia super reliquos uolauit Euangelistas. Quō vero in nouatus, et a viribus corporis fr,ut inminentutem. radierit,nouimus fons.n. illi fuit doliū feruentis olei,in quo immersus fuit,ex quo
B purior,& uegetior exiuit.

In eo uero dolio calicem Christi bibit vitam.n.pro Christo exposuit, quā licet Deus miraculo seruauerit,ipsi tñ martyrij corona non defuit. Martyr.n.ille censendus est,qui eo vsque patitur,ut uitam profundat quantū ex se est licet eā Deus miraculo conseruet. Sed mysterio nō uacat,φ eius martyrum fuerit feruens oleū quo immersus est. Eo.n.significatur interior olei unctio, qua a Deo mirabiliter
Eccl.9. inunctus fuit. De quo oleō Sapiens ait; Omni tpe uestimenta tua sint cādida,& oleum de capite tuo nō deficiat. Oleum aūt purissimum sibi in sacrificijs offerri φ ex oliuis colligeretur,sępe in lege pce
Orige. ho. 33. & 35. pium fuit. Origenes ait, oleū significare sapientiam,& ueritatis doctrinam, quia oleum nutrimētum lucis est. Oleū ergo
C in capite iusti esse dēt,quia notitia, & cognitio ueritatis ei necessaria semper est.
Pro.21 Et ió alibi Sapiens ait. Thesaurus desiderabilis,& oleū in habitaculo iusti. Quo loco Hebræa hñt in habitaculo sapiētis. Hoc uero oleum lætitię dr̄ in Psalmo,un
Ps.44. xit te Deus Deus tuus,oleo lętitiæ. Licet .n.omnis ueritatis cognitio lumen sit,& oleum dici possit, sed oleum lętitię sola cognitio fidei,qua nobis diuina tradunt. Si uniuersa per legeris scripta Platonis, Aristotelis,& Philosophorum, aliquam assequeris cognitionē, sed oleum lętitiæ non habebis, non enim animam lętificat illa sapientia,sed sicca, ac sterilis est.

At uero diuinorum cognitio maximam A aīę uoluptatē affert,et ideo Euangelium dr̄,i.bonum,& lętificans nuncium. An non lętitiam in generat, nosse Deū sum me bonum,ac uos diligētem vsq;ad mortem, & bona æterna parantem? Certe oleum hoc lætificat cor hominis. Et ideo oleum,φ sibi Deus offeri uoluit purissimum, & ex oliua fuit, quia o'eū hoc ab illo colligim⁹,de quo Psaltes ait. Ego au Ps. 51. tem sicut oliua fructifera in domo Dei. Hoc certe est lumen cæli, φ animum lætificat, quo qui caret, dicere pōt cū Thobia, quale gaudium mihi erit,qui in tene Thob. bris sedeo,& lumē cęli non u[illegible] Nec vero reliquæ [illegible] olei [illegible] sunt, sed nec uniuersa bona terræ, q[illegible] gaudium,ac pacē promittant, non tñ [illegible]. Desiderasti filios,honores,digniates, promittens tibi in eis gaudium,& postea tribulationē, & dolorē inuenisti. Christus B uero,& eius perfecta cognitio inenarrabile,ad fuerunt gaudiū. Ideo illud Ange Luc. li eo nato annunciant dicentes Euangelizo vobis gaudium magnum,qa natus est uobis hodie Saluator,natus ex uobis oliua,ex qua oleū colligatis sapiētię,qua vulnera vestra curētur. Et io merito Hier. ait. Non glorietur sapiēs in sapiētia sua nec diues in diuitijs suis &c. Sed in hoc glorietur,q gloriatur,scire,& nosse me. Hoc est oleū lætitiæ, de quo Petrus ait: credentes aūt exultatis lætitia inenarrabili,& glorificata, reportantes finē fidei Iere.9 uestrę salutem animarum uestrarum.

Hoc oleo sapientiæ inunctus est Ioan C nes super omnes homines puros. Vnde 1.Pe.1 D.Tho. in prooemio in Ioannem ait. Licet reliquis Apostolis,& sanctis Deus sapientiam dederit, Ioanni uero maxime, D.Th. cui omnia sua secreta reuelauit. Et sicut nunc in feruentis olei dolium missus est corpore,ita eius anim⁹ in aliud vas olei feruentis missus est,ubi oleo hoc inūctus est cōpiose. Si uero quod hoc fuerit uas, quæras,illud certē fuit Christi pectus in quo in cæna recubuit, ubi mysteria diuina agnouit. Per similis factus Iacob,qui petram supposuit capiti suo,& inde cæle Ge.28. stia cōtemplatus est. Vt ostendere Ioannes infinitam Christi sapiētiam, cui credere

A dere debemus, ait, Vnigenitus, q est in si nit Deus. Ita Ioannes, est theca diuino- A
Ge.28. nu patris ipse enarrauit. Si in sinu patris rum sacramentorum.
vnigenitus est, uniuersam patris sapiētiā habet. Vt ergo nobis ostēderet idē Ioannes, summā, q̃ ipse assecutus est sapiētiā, ait, q & recubuit in cœna supra pect⁹ ei⁹, Chrs in pectore est Patris, Ioannes in pectore est Chri, Xps sapienti. est patris, Ioānes a Xpo sapientiā maximā participauit. Quis, n. ut Ioā. diuina secreta nouit? qs sic misteria trinitatis penetrauit? quis uniuersos Eccl. successus, ut ille nouit, quos in Apocalypsi scripsit? qui liber plura continet mysteria, q̃ literas. Certè in ipso impletū est, q ipse ait, vnctio docebit uos de omnib. Sed q̃ fuit in Ioa. dispositio, ut tantā acciperet sapientiam? Certè uirgo fuit mente, & corpore. Animalis hō non percipit ea, q̃ Dei sunt, sed spiritualis hō oīa iudicat. Diuinum. n. oleum istud non infunditur in uasis utilibus, q̃ sunt ad ignominiam, recipit vero in uas, q̃ sunt ad honorem. Ideo cælestis magister ait. Beati mūdo corde, qm ipsi Deū uidebūt. Hinc Sapiens ait. In maleuolā animā non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, q ergo purus est animo, & corpore, ntus est diuinę sapiētiæ pcipiēdę. Hęc D. Thomas. Qui etiā addit. Sicut amicus amico secreta releuat, ita Chrs Ioanni secreta reuelauit tanquam amicissmo, quē pcipuo amore diligebat. Hoc certe Ioā. ostēdit, cum pectus Xpi eligit, in quo recumberet, & Iesus, cū ei cū tribuit locum. In loco. n. cōueniēn uniuersa locauit Deus. Locus. n. debet cōuenire locato, & ideo alius locus auium, alius piscium, alius bestiarum, quis ergo Ioa. locus est? Certè amantissimi locus cor est, sic. n. amantes dicere solēt, amata in corde suo esse. Locus ergo Ioa. cor est Chri. Ideo in pectore, vbi cor est, reponitur tanq̃ in proprio loco. Et tanq̃ amico ei secreta uniuersa reuelat, & sapientię lumen tribuit. Hinc Iob. ait. Abscōdit lucem in manib. suis, & præcepit ei, ut rursum oriatur. Annūciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eā possit ascēderet. Amico ergo lucē tribuit, q̃ sapiētia est. Amicus Dei theca est, in qua thesauros sapientiæ reponit Deus.

Ioan. 1
Ioā. 12
1. Ioā. 2
B
1. Co. 2
Mat. 5.
Sap. 1.
C
Iob. 36

Sed paulisper sistendum est in hoc diuino Xpi pectore, q Ioanni locus fuit, illum. n. in pectore quiescentem, & mēte in cælestia raptum attendere uisus est, Psaltes cū ait, ibi Benjamin adolescētulus in mentis excessu. Ps. 67. Locutus fuerat de Apostolis plura, dicēs eos principes Zabulon, & principes Nephtalim, inter eos vero singulari rōne meminit de eorū uno, quē singulari ꝓrogatiua uidit cæteris ꝑponi, ac extasim mētis pati, quē dicit adolescētulū, & Benjaminū. Hūc ali q Paulū putant in paradisum raptū. Sed multa sunt, quę ostendunt illa verba ꝓci pue spectare ad Ioan. Primum. eum dicit adolescētulū, & ita erat, qm ut Hieronymus author est, uix tunc uigesimū annū attingerat. B Hiero. Beniamin uero merito Ioannes nūcupatur, qui Iosepho fuit dilectissimus, & frater fuit, nō sicut reliqui sed ex eodē patre, & matre natus, & ideo in cōuiuio omnib. prępositus, dum su p reliquos quinq; fercula, accepit, & uestes duplices, cui ēt scyph⁹ in os saccidatus fuit. Hęc uero oīa Ioa. maxime conueniunt, q dilectissimus Chro fuit, quē diligebat Iesus, qui frater Chri, non solū, sicut reliq Apostola, quos fratres nominat, quia filij patris sunt adoptione, sicut ille natura, Ioa. vero ultra hoc filius ēt Mariæ cū fuerit, frater Christi est pp eundē patrē, & matrē, & hinc factu. n est ut in cælesti conuiuio fercula quinq; habeat super reliquos Apostolos, gloriā, s. corporis, qua iā fruitur. C Et ideo duplici dicitur ueste donatus, cū reliquis una cōcessa sit gloriæ animę. Quia cum ius hæreditatis a Paulo tribuatur filiationis, q filius est patris, gloriā animę obtinet, qui ēt matris, gloriā corpori. Hęc enim corporis gloria statim data respōdet filiationi Mariæ, sicut filiationi Dei gloria animæ, quē reliq Apostoli habent ēt, ut Dei filij. Huic ēt tanquā Beniamino scyphus datur, cū nūc promittit Christus, calicē meū bibetis. Huic etiam cōueniēter aptatur mētis excessus, hūc enim excessum in cena passus est suscepta Eucharistia, & ideo corpus defecit, & Christi pectore,

caput

A caput reclinauit, qui somnum illum mirabile custodiuit, in quo uidit secreta cælestia, & mysteria diuina. Sitibūdus hō est, scire desiderat, sed cum philosophorum scientiam haurit, calicem aquæ turbidæ bibit, multis admixtam erroribus Sancti autē aquam puram, & salutarem biberunt, se in riuulis scripturæ, Ioānes vero fluenta Euāgelij in ipso dominici
Hier. pectoris fonte potauit, ut Hier. ait. Vn-
Ge. 28 ctus lapis ille Iacob, Christum dñm significauit. De quo Psaltes ait. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortib. tuis. Et ipse per Es. Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me. Et ideo Christus dr, i. vnctus. In hoc lapide reclinauit caput Iacob, et uidit cęlestia mysteria, in eodem reclinauit caput Ioannes,
B & uidit diuina. Sed Iacob ī lapide, q̄ vmbra, & figura fuit, Ioannes uero in veritate. Sicut ergo Chr̄s oleo lætitiæ inunctus est præ cōsortib. ita Ioannes hoc sapientię oleū sup Apostolos participauit.

Deinde oleum charitatem significat, quia sicut oleū supernatat cæteris liquo-
1. Cor. 13. rib. ita charitas omnib. virtutib. Maior horum est charitas, quę reliquis tribuit splendorē, uitam, & pretium, sine qua reliqua nihil prosunt. Sicut oleū diffunditur maxime, ita charitas se in proximos diffundit, non se putat diuitem, lætumq; nisi proximus diues, & lętus sit. Hinc Pau-
C lus, quis infirmatur, & ego nō infirmor?
2. Cor. 11. qui scandalizatur, & ego non uror? Hoc oleum defuit fatuis virginib. & ideo pe-
Mt. 25 rierūt. Hoc oleū mitt Samaritanus in
Lu. 10 vulnera eius, q̄ incidit in latrones. Hæc vero charitas abundantius diffusa est in Ioannē, iō oleo hodie exterius decoquit, vt interior unctio charitatis ostendatur.

Sed qua in re, inqs, hæc Ioānis charitas apparuit? Nō in una tm̄, sed in pluribus. Primo, quia discipulus est, quē diligebat
Pro. 8. Iesus. Ego autē, ait. Sapientia, diligentes me diligo. Certe diuinus amor efficit, ut
1. Io. 4. nos eū diligamus. Vñ Ioannes, non quia nos dilexerimus Deū, sed qm̄ ipse prior dilexit nos. Diligit ille nos, & dilectione sua trahit nos ad se, ut sit amor reciprocus, & eū nos diligamus. Cū ergo Ioannes sup oēs Apostolos dilectus sit a Xp̄o ipse uicissim Christū super oēs dilexit. A

Et hanc pcipuam dilectionem, ait Hie. Hier.
aduersus Iouinianum, ostēdit, dum cruci astitit, oīb. Apostolis fugientibus. Ipse interrogat, quis proditor sit, cū Petrus ad interrogare nō audet. Et cū post resurrectionē in littore Christus esset. Ioānes eum prius agnouit. Hęc uere uniuersa ab eximio amore Ioannis procedebant. Ioā. 21

Secūdo eadē charitas enituit in eo, q̄ vt nimiū diligēri, virgo Maria ei in cruce commendata fuit. Tunc similis Christus fuit duci, qui uictoria parta, militib. spolia distribuit, dedit tūc latroni ueniā peccatorib. merita sua, Ioanni Mariam, pręclarum profecto munus. Cum moram faceret Sisara anxiebatur mater eius, sed una sapientior cæteris uxorib. eius, hęc socrui verba respondit. Forsitan Iud. 5.
nunc diuidit spolia, & pulcherrima fæminarum elegit ei. Certe in cruce diuisit spolia Christus, & pulcherrimam fœminarum elegit Ioanni, eique tradidit, B
Et demum hoc oleum charitatis in Ioāne infusum ostēdit ipse, tū epistolis suis, tum prædicatione, qua nihil præter charitatem resonabat.

Sed uidēdum nobis restat, quomodo Christus præcipuam suam dilectionem Ioanni ostenderit, cui in euangelio negare uidetur concessum ad dexterā, vel sinistram in regno ipsius. Accessit. n. mater filiorum Zebedæi, adorans, & petēs aliquid ab eo [ Dic, ut sedeant hi duo filij mei unus ad dextram tuam, & unus ad sinistrā in regno tuo. ] Apparet id negatum esse à Christo, sed reuera cōcessum C
est, licet obscure id nūc in Ioanne uideamus impletum, qui ad Christi latus stat non in uno duntaxat Christi regno, sed & in duobus ut mox ostendemus, si prius, ostenderimus, duplex Christi regnum esse. Primum, quo in cruce regnauit, secūdum, quo in cęlis regnat. Sicut et Dauid geminum habuit principatum, primum cum fugiens Saulem afflictus, et pauper venit in speluncam Odolam, & conue- 1. Reg.
nerunt ad eum omnes, qui erāt in angustia cōstituti, & amaro animo, & factus 22.
est eorum princeps. Secundum, cum regnare cępit in Ierusalem, quod re mala

fuit

A fuit fælix, & opulẽtissimum. Cum vero
2.Re.5 Christo regi regnum Dauidis promissũ
Luc. 1 esset, dicẽte Angelo, Dabit illi dominus
Deus sedem Dauid patris eius, duplex si
mile regnũ habere debuit Primum ha-
Ma.11 buit hac mortali vitali princeps facta af
flictorũ, quos ad se uocat dicens. venite
ad me oẽs, qui laboratis, & onerati estis
Psa.95 & ego reficiã vos, Thronus vero huius
regni crux fuit. Vnde psaltes pdixerat.
Dicite i nationibus qa dñs regnauit a li
gno. Et ideo in cruce titulum regni Pila
tus posuit, Iesus, Nazarenus, rex Iudæo
rum. Secundum eius regnũ est, quo re-
gnat in cœlis in æternum. Nemo vero ĩ
hoc ẽm Christi regnũ deueniet, nisi qui
sub primo ei⁹ regno fuerit, sub regno. s.
B crucis. Et ideo vt agnoscamus, quem lo-
cum Ioannes obtineat in regno cęlorũ,
vidẽdum est, quem obtinuerit in regno
crucis, similem enim possidebit in cęlis.

In priori ergo Christi regno, quo re-
gnauit in ligno, ad dexterã ipsius Maria
est, quæ stabat iuxta crucẽ Iesu, ad sini-
Ioã.19 stram vero Ioãnes, q. ibi ẽt adfuit, & hoc
est, q nunc rñdet Christus, (calicem q-
dẽ meũ bibetis.) Quasi Ioãni dicat, petis
locum mihi proximu in regno meo, da-
bitur, qdem tibi, regnabo i cruce, bibam
calicẽ passionis, & eum tibi propinabo,
qa iuxta me eris in eo primo regno. Tu
.n. est Beniamin, cui scyphum meũ tra-
dã, ĩ quo augurari soleo, sicut Ioseph Be
niamino di ectissimo dedit, scyphus, &
calix idẽ sunt, cui calix datur, scyphus ẽt
C tribuitur. Sed quid est q ĩ illo augurari
Ge. 44 soleat? Certè quod in passionis calice di
gnoscat, qui ad eum pertineant, quia in
bonis non agnoscit amicus, sed in tribu
latione. Sed hoc in Ioanne mirabile est
q non solum calix ei tribuitur, sicut reli
quis, sed idem Christi calix, itaque calix
Xpi, calix est Ioãnis, scyphus Ioseph, scy
phus est Beniamin, & passio Christi, pas
sio est Ioannis. Mira profectò i Trinita
te circulatio est, cui similẽ in Christi cru
ce videbimus, Eadẽ potẽtia, q̃ est in pa-
tre, est in filio, eadem in Spũ sancto si-
militer de sapientia, bonitate, ac reliqs.
attributis dicendũ, quasi .n. ducimus per
Dama. tres personas eadẽ attributa, quod Da-
mascenus vocat circulationẽ. Ita in cru A
cis regno tres alias videbis psonas, & si
milẽ circulationem. Personę sunt. Chrs
Maria, Ioãnes, calix vero passionis circũ
fertur per eos bibit primum hunc calicẽ
Christus, qui de eo ad Petrũ ait. Calicẽ,
quẽ dedit mihi pater, nõ vis vt bibã illũ?
Bibit de eodẽ calice Maria vsq; ad fęces,
qa plus compassa est de Chri passione.
quam si illa pateref, qa plus eam dilige-
bat, quã se ipsã, cõpassio tãti fuit, vt tran
sierit i.d passionẽ, & sic eandẽ calicẽ cum
Xpo bibit. Circumfertur idẽ calix, & p
pinaf Ioanni, datur illi scyphus Ioseph,
bibit eũdem calicem, & quodammodo
moritur compassione passionum Xpi.
Iõ postea non moritur, & seruatus adeo
est i feruẽtis olei dolio, qa iã cõmortuus B
fuit Xpo in cruce. Reliq. Apostoli fuge-
runt, nec cruci adsi terunt, debuerũt ve-
ro testimonium perhibere, q Xpm dili-
gerent vsq; ad mortem, & iõ sanguinem
fuderũt. Sed Ioẽs dedit prius testimo
nia in hoc assistẽs cruci, & ibi offerẽs se
morti pro Xpo, & comoriens ei, ideo o-
pus alia morte non est. Reliq. martyres
vexilla deferũt sãguine rubra de mudo
triumphantes, & Ioãnes simile profert
vexillum, sed reliqui vexilla sua sangui-
ne pprio rubra deferũt, ac Ioa. isignius Cant.7
profert vexillum sanguine Christi ma-
didũ. Vnde de eo cõuenieter dici potest.
Coma capitis tui sicut purpura regis iun
cta canalibus. Sicut enim vermis punge
bat, & ab eo sanguis prodibat, q purpu- Psa.21
ram regiã tingebat, ita in cruce q vermis C
ille, q sic se appellare in psalmo uoluit,
pũctus est, & ab eo sanguis pfluxit, q ca
put Ioa. tinxit, & vexillũ illius illustrius
reddidit. Seruatus ergo Ioa. fuit post om-
niũ Apostolorũ mortem multis annis,
nã vt ait Hieronymus superuixit. Chri- Hiero.
stus sexaginta octo annis in ecclesiæ lu-
cernam, ad q̃ omnes confugiebãt in om-
ni dubio. Impletus qdã hodie oleo est,
non in mortem, sed in ampliorem dura
tionem, sic enim impleri lampades oleo
solẽt, ne extinguantur, & ideo vegetior
factus est, ac fortior, ne extingueretur lu
cerna hæc ecclesiæ. Sicut olim dixerunt 2.Reg.
duces Dauidi, non agredieris nobiscũin 12.
prelium,

A prælium,ne extinguas lucernam Israel. Ita Ioannes seruatus nunc à morte est, & per multos annos,ne extingueretur lucerna Ecclesiæ,impletur ergo oleo, ut diutius viuat,& illuminet.

Vidimus in crucis regno Ioannē ad Christi sinistram, ei proximum fuisse. Sed quo in loco est in altero Xpi regno, in cęlo,scilicet? Certè sicut in crucis regno Maria ad dexterā Xpi est,& Ioannes ad sinistrā,ita in cęlesti regno Maria ad dexterā filij est,& Ioānes ad sinistrā, et sedes regni cęlestis tribuuntur, iuxta sedes regni crucis,qui hic proximior cruci est, & Xpo crucifixo ,in cœlo proximior est throno regni. Astitit ergo regi-

Psa.44 na à dextris tuis,& discipulus dilectus à

B sinistris,suscitatus in corpore, ut Eusebius,& Nicephorus aiunt Vt significaret Xps,quē locū in cælesti regno præparauerat Ioanni;cū in terris versatus fuit eum in pectore suo posuit,& sinu, sicut .n. Xps in sinu pris est ad eius dexteram ei proximus,ita Ioannes proximus Xpo est,& ideo hic in sinu eius requiescit,qa in cœlesti regno in sinu ēt requiescere debebat. Dum vero in sinu Christi quiescit, didicit simul, quō cruci assistēdum fuit, quia in dulcedine orationis discenda est nobis constantia in tribulatione.Sic ex-

Greg. ponit Gregorius illud Psalmi. In die mā-

Psa.41 dauit dominus misericordiam suam,& nocte canticum eius. Legit uero Gregorius , & in nocte declarauit,quia in no-

C cte tribulationis declaratur,quod in die consolationi accepimus.

Bibit ergo Ioannes calicē Chri multipliciter,bibit.n.illum multa passus,relegatus.n.in Patmos fuit , & nunc in dolium feruentis olei missus est. Bibit etiā

Ecc.15 Chri calicem,dum ei compassus in cruce est,quo loco meruit Mariæ filius esse, q ei nomen æternum est. Impleturq; in eo illud Sapientis. Iucūditatem,& exultationem thesaurizabit super eum , & nomine æterno hereditabit illum. Loco mestitiæ,& doloris,quem in cruce sustinuit,thesauros exultationis ei contulit, & nomē inclytum in æternum. Omnis quidem iustus recipit æternum nomen,

Apo.2. de quo in Apo.dr, dabo ei calculum candidum,& in calculo nomē nouum scriptum,quod nemo scit, nisi qui accipit. A

Hoc certe nomen est,q filius Dei dicat, q tantam dignitatem dræ se fert, ut soli sancti eam agnoscant,qui Deum uidēt. Hoc nomen Ioannes cum reliquis sanctis habet in æternum. Sed & alio insignitur singulari nomine ęterno,& illud est,quod filius Mariæ sit. In tanto apud Deum pretio est,cruci assistere,ea.n.de causa hoc nomine fuit insignitus.

Sed nunc à vobis quæro, potestis bibere calicē Chri? poteris ne ò homo,multa pro Christo pati? Pro salute animæ tuæ poteris amaram aliquam potionem sumere? Trepidat humana infirmitas,horret,ac auersatur hunc calicem. Mirādū id ualde est. Facile tibi uisum est,bibere B

calicem dæmoniorum calicem iræ Dei, calicem mulieris Babylonicę, plenū veneno. Hunc bibisti calicem,cum peccasti,& obstrictus ideo es,ut calicem bibas inferi. Quis hunc calicem bibere poterit? quis uestrum poterit habitare cum igne deuorante,& cum ardoribus sempiternis? Audi Psaltem hunc calicem describentē,ignis,sulphur,& spūs procellarum pars calicis eorum. Si hunc calicem bibere non uis,euomenda est patio,quā bibisti ex calice meretricis Babylonicæ, & ad hoc Christi calix tibi propinatur. Biberant Ioannes, & Iacobus calicem illum,cum superbierunt,& locū primū voluerunt,ut illam potionem euomant calix eis Christi datur. Idem tibi nunc porrigit,poteris ne bibere illum? Calix Ioānis ex oleo est;quo euomere solet homo venenum. Poteris tu aliquid pati? pęnitentiam agere? Hunc calicem proponit Christus Ioanni,& Iacobo,q ambitionis uitio laborabant,& ideo proximi erant perditioni,si non sanarētur. Sicut .n.pomum interius à uerme corrosum ruit facile ex arbore,ita superbus proximus est casui,ipse cadet nullo impellēte sicut Angelus de cęlo cecidit. Ideo cauēda super bia,& ambitio est,& calice Xpi sananda. Ideo.n.calix salutaris dicitur , quia salutem adfert. Hinc Psaltes. Calicē salutaris accipiam. Et calix meus inebrians quam præclarus est , licet aliqua

Esa.33

Psa.10

C

Psa.115

Psa.22

Sanct. G sit

A sit amaritudo in Christi calice, sed salutaris est, bibe illum.

Iustis quidem tribulationis calicem propinat, & iniustis etiam, cum eos ad iustitiam reducere disponit, cũ uero impios derelinquit, ut omnino pereant, ultiones adhibere non solet. Hinc Ierem. Subito

Iere. 5. cecidit Babylon, & contrita est, ululate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur, curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & eamus vnusquisq; in terrã suam quoniam peruenit usq; ad cœlum, iudi-

Simile cium eius, & eleuatũ est, vsq; ad nubes. Cum in tempestate gubernator clauum tenet, & nautis præcipit, q̃ agenda sunt, spes restat salutis, si uero gubernator na-

B uim deserat, quo pericula euadet? Si auriga deserit quadrigam equis ferocibus exultantibus, quorsum demum perueniet. Ita cum Deus peccatorem tenet, aut deserit

Psa. 80 Hinc Psaltes. Et non audiuit populus meus uocem meam, & Israel non intendit mihi, & dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Irati Dei uox hęc est. Cõtra vero paterna uox illa est, quam in Psalmo profert. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, &c. Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, miam autem meam non di-

Heb. 6 spergam ab eo. Hinc Paulus. Tanquam filijs se uobis offert Deus, quis. n. filius, quem non corripit pater: Quod si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non

C filij. Qua ratione Dei supplicium man-

Psa. 89 suetudinem dicit Psaltes, quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur. Ostenderat eo Psalmo Dauid huius uitæ miserias, quas dicit mansuetas castigationes, ut ex eis agnoscamus iram sęculi uenturi durissimam, & eam fugiemus. Et Socrates apud Platonem in Gorgia, ait. Secundum meam sententiam o Pole, qui iniuriatur, iniustusque est, omnino est ante alios miser. Miserior autem si iniuriarum pœnas nunquam luat, minus vero miser, si luat, suppliciumq; iustum dijs, hominibusq; reportet.

Cum uero Deus hominem flagellauit, statim eius miseretur, unde cum A-

Abac. 1 bacuch dixisse Babylonis supplicium subiungit. Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit, & corruet, hæc est fortitudo eius Dei sui. In quæ uerba Theodoretus, & Theophylactus dicunt, uerba illa significare, quod ultione sumpta de Babylone, Deus permutabit spiritum, i. indignationem, & pertransibit indignatio Dei. Quam benignitatem diuinam Propheta miratus dixit, hæc est fortitudo Deo meo. Sic. n. septuaginta transferũt, quoniam talis uirtus castigandi, ac rursum miserendi, conuertendiq; punitionem in oleum dulcedinis, nulli alij, quã Psa. 76

Deo nostro conuenit. De quo Psaltes, ait. Nunquid cõtinebit in ira misericordias suas? Ideo Abacuch addit. Nunqd B

non tu à principio domine Deus meus sancte meus, & non moriemur. Quasi dicat. Licet punias nos, sed es Deus noster, nõ ad interitum nostrum id facies. Ideo addit, domine in iudicium posuisti eum, & fortem, ut corriperes, quasi dicat, potestatem ei dedisti, ut puniret: nõ ut perderet. Nos ergo cum Ioanne calicem Christi bibamus, & in dolium olei feruentis ingredi curemus, curantes, ut diuina Sapientia, & gratia in nobis sint & perseuerent. Sicut. n. pictor imaginẽ pingere solet, vt uulgo dicitur, al olio q̃ C

durat maximè, aliam uero sine oleo pingit, quod vulgo dicitur, al fusco, ita quidam in se Christi imaginem perfecte, & perseueranter depingunt, quidam uero imperfecte, & ad modicum tempus, Ioannes oleo delibutus, imago Christi factus est perseuerans, eum tu imitare, &c.

De Apparitione S. Michaelis, vide mense Septembris.

Festa

A Festa Iunii.

## In festo S.Barnabæ Apostoli.

*Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. Ioan. 13.*

Eph.2. SPirituale Ecclesiæ ædificium Christus dominus instituens. Apostolos in eius fundamenta elegit. Vnde Paulus. Super fundamentū Apłorum, qui sunt pretiosissimi, lapides huius ędificij. In duodecim vero lapidib. fūdamē Ap.21. ti cęlestis Ierusalē dr̄ Apoc.21. esse scripta noīa duodecim Apostolorum agni.

Ijs vero, q̄ summè commendauit, illud fuit, q̄ hodie ait. [Hoc præceptum B meū, vt diligatis īuicē.] In illis vero oēs fideles instruebat, ideo nobis uidendū. qua rōne, tū illis, tū nobis hanc dilectionē adeo cōmendauerit, & primum de Apostolis, & eorū successorib. dicamus.

In naturalibus, q̄uidēs Deus filiorū educationi, tum hoīum, tum iumentorū, cū multa tædia, & difficultates in illa essent, multiq; proferendi parentibus labores, disponēs oīa suauiter Deus maximum amorem parentibus dedit erga filios, quo oēs difficultates facile superarent, quæ cum filiorum educatione coniunctæ sunt. Quæ dilectio si nō esset im mēsa, succūberet laboribus, nec filij educarent, ut par erat, ideo tantus hic ab authore naturæ insitus est amor, ut illū in- Plato. ter maniæ species referat Plato in Phæ- C dro. Simili vero rōne in spiritualib. mūdi parentib. eximius erat necessarius amor, labores. n. huius educationis pluri mi erant difficultates superandæ immēsæ. Quod in Chro primo oīum parente uidere licet, qui summis doloribus in uita, & morte perpessis nos genuit, & educauit, ut ei simus Benoni, i. doloris fi- Io.12. lij. Et ipsi hoc ait. Ioan.12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multū fructum affert. Putant aliqui patres spūales, sic se fructum ferre, si alios putrescere faciant, sed non sic ferendus fructus, sed si ipsi mortui, et putrefacti fuerint, & multa sustinuerit, A sic.n. Christus multum fructum dedit. Similiter Apostoli mundi parentes, qui ta sustinuerunt, ut mundum Xpo educarent, q̄s sermo cōsequi possit? Audi Paulum. Filioli, quos iterū parturio, donec Gala.4 formetur Xps in uobis. Erat quasi in cōtinuo partu per multos annos, quis tantum laborem ferre possit? Et idē ait. Supra modum grauati sumus, supra uirtutem, ita ut tæderet nos etiam viuere. Et de omnibus simul Apostoli loquens 1. Corin.4. Puto.n.q̄ Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tanq̄ morti destinatos, quoniam spectaculum facti sumus 1.Co.4 mundo, angelis, & hominibus. Nos stulti pp Christum, uos autem Sapientes, nos infirmi, vos autem fortes, nos ignobiles, vos autem nobiles. Vsque in hanc B horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus. Maledicimur, & benedicim⁹ persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus, tāquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema, usque adhuc. Et tādem ait, in Christo Iesu per Euangeliū ego uos genui, ò dura, & aspera nimiū generatio. Futuri erant sal, qui vt saliat, deficit nubes, quæ vt terram irrigent euanescunt. Et tandem in hoc opere ipsis profundenda vita fuit uniuersus mūdus percurrendus, mare, & terra circumeūda? An non eximius ad istā necessarius amor est? Ad hoc ergo Christus dominus suos tanto uoluit amore flagrare, vt dicere possent illud. 1. Tim.2. Omnia su C stineo pp electos. ut & ipsi salutē conse- 1.Ti.2 quantur in Christo Iesu, & illud. 2. Co. 2.Cor. 12. Ego autem libentissimè impendam 12. & superimpendar p̄ animabus vestris abundantius licet plus diligens minus diligar. Sed vide hac Christi exhortatione, quo Apostoli processerint in dilectione. Ad Philippens. 1. Quid eligam ignoro coarctor vero è duobus, desiderium Phil.1 habens dissolui, & esse cū Christo multo magis melius, permanere aūt in carne necessarium propter vos, & hoc confido, & scio, q̄a manebo, & permanebo oībus vobis ad profectum vestrum. Et

idem. Cupiebam & ego aliquando anathema esse a Christo pro fratrib. meis,
Chry. Chrys. ait, pœnas sensibiles inferni desiderasse. Maximus profecto amor, sed oĩ no necessarius, vt filij spirituales educarentur. Hinc colligere oportet prælatũ, & omnem qui spiritualis patris officiu exercet, quanta debeat ardere charitate in suos,, debet enim sperare, ac uincere carnales patres in filiorũ amore. Hinc
Nu. 1. Nume. 11. ait Moyses. Cur imposuisti pondus uniuersi populi huius sup me? nunquid ego concepi omnem hãc multitudinem, uel genui eam, ut dicas mihi porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terrã, pro qua iuraui patribus eorum? Paratiesse debet vitam profundere pro grege, nulli labori illis parcendum est, nulli substã
B tiæ. [Quia hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut ego dilexi vos, vitam exponens pro uobis.

Licet autem singulari, quã diximus, rõne pertineat hoc præceptũ ad Apostolos, tñ etiam omnib. fidelibus loquitur Christus. [Hoc est præceptum meũ, vt diligatis inuicẽ.] Sed dices, qua ratione ait, [præceptum meum.] An non etiam legis naturæ, & scriptæ hoc fuit præceptum? qua ergo ratione suum Christus
Augu. dicit? Aug. trac. 83. rñdet. Idem esse, hoc mandatũ esse suum, & quod dixit c. 13.
Io. 13. mandatum nouum do uobis, ibi tanquã non fuerit ante mandatum, hic tanquã non fuerit aliud ab illo. Sed ibi dictum est nouũ, ne in uetustate perseueremus, hic dictum est meum, ne contemnen-
C dum putemus. Sed dubium est, qua ratione hoc mãdatum dicatur Christi mãdatum, & nouum mandatum, cum ante in lege fuerit præceptum. Cyrillus li.
Cyril. 9. c. 23. rñdet. Nouitatem nõ in dilectione esse positam, sed in qualitate dilectionis, quæ exprimitur uerbo illo. [Sicut dilexi uos.] Vt sicut Christus nos dilexit, nostram salutem suæ uitæ temporali anteponẽdo, ita nos omnia bona temporalia, & uitam ipsa debemus ꝓ spirituali proximorum salute post habere, & hoc dicit Cyrillus, esse diligere proximũ super se. Prius enim dictum est, diliges ꝓ ximum sicut teipsum, at nunc præcipi- A
tur, dilige supra te, & idcirco nouum dicitur, Euthymius sequr Cyrilliũ. Hanc Euth.
tantam charitatem explicat. 1. Ioan. 3. 1. Io. 3
In hoc cognouimus charitatẽ Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Sed adhuc videtur hoc non satis esse, vt nouum dicatur mandatũ etenim etiã ante Christum in lege id præceptũ erat, & mercenarius dicebatur, q dimittebat oues uenies lupo,, quod erat temporalẽ vitam spiritualem proximorũ saluti anteferre. ideo Chry. hom. 71. aliter respõ- Chry.
det, ait enim nouitatem in modo consistere, q exprimitur illis verbis, sicut ego dilexi vos. Sed modũ aliter explicat, nẽpe, sicut ego dilexi vos, nullis vestris me B
ritis præcedentibus, sed prior incipiens ita, & uos oportet alijs benefacere, eosq; diligere non solum amicos, sed etiam a quibus nullo estis affecti beneficio, eos præuenientes. Doctrina quidem uera est, sed non adhuc satisfacit nouitati: in lege enim erat etiam hoc præceptum. Augustinus tract. 65. non admodũ hanc Augu.
refert nouitatem, sed ad affectu, ut mandatum nouum dicatur, quia per dilectionem exuit homo veterem hominem, & induit nouum, vt nouum preceptum dictum sit, quasi innouans, & renouans. Sed adhuc dubium manet, cur hoc præceptum detur innouatis discipulis, & fidelibus, & adhuc nouum dicatur. Dicẽ Toleti
dum ergo est, hoc nouum mandatum, & Christi mandatum non esse illud de C
dilectione proximi, quod ad omnes homines diligendos extenditur, nullus. n. excluditur a præcepto hoc, sed est mandatum de dilectione, quam Christiani inter se ipsos, eo quod christiani sunt, habere tenentur. Debemus enim Christianos diligere, non tantum tanquam proximos propter Deum, sed ut Christianos, sub vno capite, & ut unius corporis membra propter Christum, ut sicut Christus eos dilexit singulari quadã ratione, tanquam membra suis corporis eis summè bene faciens, sic fideles fideles reliquos maxime diligant, quia mem
bra

A bra unius sunt corporis. Hæc est dilectio illa Christiana, q̃ initio Eccl. æ viguit, cũ ut dr̃ Actorũ. 4. Multitudinis credentiũ erat cor unnm, & aĩa una, q̃ dilectio est
Acto. 4 fideliũ inter se mutua, maximaq; amicitia, q̃ ad infideles nõ extendit, licet alia s charitas extendatur. Hæc est, quã Tertu.
Tertu. lib. de patientia dicit, esse summum fidei sacramentum, i. signum, & symbolum
Ioã. 13. Crristianorũ. Et de qua Chrs, in hoc cognoscent oẽs quod discipuli mei estis, si dilectionẽ ad inuicem habueritis. Nulla, n. natio, nec unius secte professores ita se tenaciter, ac uehemẽter dilexerũt, aut diligere debuerũt, ac Christiani hoĩs ꝓfessores. Et ad hanc dilectionem sup oẽs gentes, & populos Dñs suos inducit his uerbis. [Hoc est præceptũ meum, ut diligatis inuicẽ.] Et hoc Christi est præce-
B ptum, & nouum, non legis, aut nr̃æ. Sed attende, quantã inter fideles unionẽ voluit. Quia. n. unius regni hoĩes mutuò se diligunt, ut duo Hispani, cũ in Italia uersantur, ideo vt nos inuicẽ diligamus, fecit nos unius regni esse, fecisti nos Deo nr̃o regnũ. Sed qa in uno regno plures sunt ciuitate, & qui unius ciuitatis sunt, plus se diligunt inuicẽ, ideo fecit nos con
Eph. 2. ciues. estis ciues sanctorũ. Sed qa in ciuitate solent factiones esse diuersæ, & qui unius domus sunt plus, se diligunt, fecit nos unius domus. Et domestici Dei. Sed
Eph. 2. quia inter domesticos solent esse iurgia, & fratres plus se diligunt, fecit nos fratres. Oẽs uos fratres estis, & ipse est pri-
C mogenitus in multis fratrib. Sed qa &
Ma. 23. inter fratres dissidia esse solent, ut inter
Ro. 8. Cain, & abel, Iacob, & Esau, Ioseph, & fratres, ut summus inter nos conciliaret amor, fecit nos vnũ corpus, & unius corporis mẽbra. Vt Paul⁹, ait mẽbra de mẽ
1. Cor. bro. Et sicut oĩa mẽbra vnius corporis
12. eodẽ viuunt spiritu, eodẽ alimẽto utunt, & vno cibo, in nobis dedit eundẽ Spiritum Sanctũ uiuificantẽ, et copus, & sanguinẽ suum in cibũ. Qñ vnquã duo mẽbra inter se diuidunt, aut rixantur? Tãta deniq. uoluit hãc esse charitatẽ, & unionẽ, ut illã summis verbis amplificaret, et extolleret, dicẽs. Pater oro, ut sint vnũ, sicut ego, & tu unum sumus, ut credãt mũ

dus, qa tu me misisti. Mira ꝑfecto chari A
tas, & unio his uerbis exprimit. Primo, vt tãta simus inter uos coniuncti charitate, ut sit similis ei, q̃ est inter diuinas ꝑsonas, q̃ infinita est, & tãta exterius appareat, ut ex ea mundus colligat, Deum in mundũ aduenisse, qui eã efficeret, & sit summum Christianæ reipublicę miraculum & symbolum, ut Tertu. dixit. Et denique in hoc voluit suos agnosci, in hac summa dilectione. August. Di ectio pro Aug.
pria, & specialis uirtus est bonorum cũ cæterę uirtutes bonis, & malis pòs sint esse cõmunes. 2. Ioan. 3. Nos scimus, quõ 1. Ioã. 3
translati sumus a morte ad uitã, qm̃ diligimus fratres. Sicut. n. naturalis uita ab aĩa procedens, ꝑ motum, & sensum cognoscitur: sic uita gratiæ per dilectionẽ Simile
proximi, est. n. dilectio effectus proprius B
gratiæ Dei, per quã agnoscitur, illam aĩę assistere, qui uero non diligit, manet in morte. Hic uero locus Ioan. 13. In hoc Ioan. 1
cognoscent, &c. Ostendit uerba superiora, mandatũ nonũ do uobis, intelligi de hac Christianorum inter se dilectione, qua voluit Christus suos a cæteris deserni populis. Et vere olim vt ex historijs habemus, tãta hęc fuit dilectio, ut fratres uiderẽt oẽs fideles, quos nec lingua nec natio, nec patrię consuetudo diuidebat, & quam gentes admirabantur, ut refert Tertu.
Tertul. in Apolog. c. 39. dicentes, & murmurantes, uidete quomodo se inuicẽ diligunt. Hæc facit fideles beatos, & fortissi Chrys.
mus, si adest eis. Notat vero Chrysostomus homil. 71. Hoc priuilegium, ut cognoscantur Christi discipuli, nõ datum C
esse miraculis, quę ẽt a malis fieri possũt, 1. Ioã. 3
sed dilectioni, quæ solis bonis inest. 1. Io. 5. qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est. In hoc dignoscendus est Christi discipulus, ut in proprio, signo, non in ieiunio, quia ẽt Ioannis, & Pharisæorum di- Hierc.
scipulis ieiunauit, nec in relinquẽdo oĩa, hoc enim & Socrates fecit, ut refert Hieronymus, & eius discipuli, sed in mutua dilectione, summaque coniunctione. [Sicut, ] inquit [dilexi uos.] id est, sicut sũme ego vnitus sum uobis, uestrã naturã assumens in personæ unitatem, sicut uitã pro uobis dedi, sicut sũmi uos charitate,

A & extensione ad inimicos, nihil nūc meminit Xp̄s. Declarat ergo non Xp̄s modum, quo nos dilexit, ut nos similiter diligamus. Sūma dilectio est, qua uita exponitur ꝓ dilecto, hāc ego in vos habui, eā uos inuicem hēre, ut pro mundi salute nulli labori parcatis, nec ipsi etiā vitæ.

Quia in eo primum Xp̄i dilectio est, nobis aduertenda, qua posuit vitam pro

Ro. 5. amicis, & inimicis. Vn̄ Paul. Commendat aūt charitatē suā Deus in nobis, qm̄ cū adhuc peccatores essemus, ſm tēpus, pro nobis Chr̄s mortuus est. Et rursus. Vix pro iusto quis morit, nam pro bono

Bern. forsitan q̄s audeat mori. Bern. ser. feri. 4. maioris hebdomadæ. Maiorem charitatem nemo hēt, quam ut aīam suam po-

B nat quis pro amicis suis maiorem tu habuisti Dn̄e, ponens eam ꝓ inimicis. Maior q̄dem hæc est non appretiatione, sed extensione, sed q̄ rarior, & admirabilior, iō maior dr̄. Gre. ò mira in nos tuæ

2. Reg. 18. charitatis dilectio, vt seruum redimeres filium tradidisti. Mirabilis dilectio Dauid in Absalon dicētis fili mi, quis mihi det, vt ego moriar pro te, sed q̄d ille uerbis dixit, Christus opere pfecit, ꝓ nobis vitā exponēs. De qua re multa in cōcionibus de aduentu, & in cœna, & passione dn̄i, & trāsfiguratione reperies. Quo exēplo docet Apostolos, qūo nec vitæ illis sit parcendū, vt proximorū saluti con-

Ioan. 1 ca.c. 3. sulant, vt exponit Ioa. 1. can. c. 3. In hoc cognouimus charitatē Dei, qm̄ ille aīam suam posuit pro nobis, & nos debemus pro fratrib. aīas ponere. Id ipsum, & oēs facere monemus pro spirituali proximo-

C rum salute, sed & pro temporali consi-

Plato. lium sępe esset. Refert Plato in conuiuio de amore in oratione Phędri, in Grecia Alceste Peliæ filia elegit ꝓ viro suo mori, q̄ sic placuit hominib. & Dijs, ut cum paucissimos Dii suscitauerint, & hos prę clarissimos, hāc suscitauerunt, tam egregio facinore delectati. Tanti amorē Dij æstimant. Sed ubi iam ista dilectio, cum nec parum substantię pro proximo dare uelimus, nec parum incōmodi pati?

Hinc tn̄ aduertendum, aīę salutem exponendam non esse ullo modo pro amico, nec vllum vnq̄ admittendum peccatum, oīs quidem pœna subeunda est pro

A fratre, cum in æterni pœnas exoptauerit Paul. at culpā nullo modo. Ideo inordinatus amor. Talis amor Adæ comedentis pomū, ne contristaret Euam, talis amicitia multorū, qui ut Dn̄s obsequantur uel amicis gratū faciant, peccata facile admittunt, & ad ea perpetranda adiutores se præbent. Hanc dicimus inordinatam amicitiā, tum q̄a salutem aīæ suæ pro tēpali alterius commodo, aut uoluptate exponimus, tū q̄ Deus priori loco sit habendus amicus, & ab eius discedimus amicitia per peccatū, ut alterius amicitiam cōseruemus. Cum tm̄ Deus

B noster sit, ut nō solum graue peccatū in eū non sit admittendū pro totius mundi salute, et æterna, sed nec leuissimū ueniale peccatum, oīs. n. creatura Deo collata nihil est, vn̄ cum ille in hac statera sit nihil pōderis in alia poni pot, q̄ ei ullo modo possit conferri, & nec illum uel leuiter tāgere, aut offendere, licet ēt si æterna salus vniuersi mūdi ex eo penderet. Vn̄ nec leue unq̄ mendacium dicendum est vel ut uitētur scandala, vel uita proximi eripiatur, nec ob aliam causam, q̄ possit intercedere. Et cum dilexio proximi debeat esse ꝓpter Deū inordinata est oīs

C dilectio, qua Deus offendit, illa. n. nō ꝓpter Deum est. Addit cæłestis magister.

[Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego prę̄cipio vobis.] Vt facilis eis appareat tanta dilectio, proponit maximū q̄, quo eos alliciat ad hāc dilectionem, hoc vero est q̄ amici Dei erat, q̄ maximum est, plurimiq; faciēdū. Amicus regis maximi in precio habet, amicus Dei quanti

Iud. 8. erit estimandus? Iud. 8. Pr̄ noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes ꝓbatus, amicus Dei est effectus,

Ps. 138 & Ps. 138. Nimis honorificati sunt amici tui Deus nimis confortatus est principatus eorum. Et Sapien. 7. In eximiam,

Sap. 7. Sapientię laudem dr̄, & amicos Dei, & ꝓphetas constituit. Sed quis nobis modus, ut ad hanc perueniamus amicitiā? nullus alius, quā facere, quæ ergo præcipio vobis. Alibi ait, q̄ est mater mea, &

Luc. 11 qui sunt fratres ei? qui fecerit voluntatē patris mei, q̄ in celis est, ille meus frater,

A soror,& mater est. Et beatificati matrē suā respondit. Quinimo beati, q audiūt verbū Dei,& custodiunt illud. Et petentib. dexterā,& sinistram dr, quib. paratū est a patre meo, illis vero paratæ sunt sedes excelsiores, qui præcipue ea faciūt, q̄

Ma.20 eis sunt mandata. Nulla ergo nobis via aperta est, vt grām Dei cōsequamur, ut

Io. 14. amici eius simus, nisi facere, q̄ pcipit ille nos facere. Qui diligit me, fermonem meū seruabit, & pater meus diliget eū, & ad eū ueniemus, & māsionē apud eū faciem⁹. Nō ergo nobilitas, nō dignitas, nō diuitię nos Deo cōciliant, sed sola uirtus, et obediētia præceptorū eius, sine qua

1. Re. 15. oīs uictima abominatio est Dño 1. Re. 15. Nunqd uult Dñs holocausta, aut uictimas, & nō potius obediat̃ uoci Dñi?

Iā nō dicā uos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dñs eius] exponitur pro missionem factā, nō, inq̃, uos iā dicā seruos, ut antea dixi, sed amicos dicam, ostē

B

Augu. damq. hanc amicitiā, quia grę secreta uobis reuelaui, Aug. tractatu 85. dubium inquit est, qūo dicat, non dicendos iam seruos, cum dēant implere præcepta, q̄ seruorum est, & cum in die iudicij dictu

Ma.25 rus sit. Euge serue bone, & fidelis. Rndet. Sicut duplex est timor, seruilis, & filialis, illum perfecta charitas foras mittit, hunc complectitur, ita ēt duplex seruitus, q̄dam nascitur ex timore seruili, q̄dā ex filiali, seruitus seruilis excluditur nō filialis. Fuit ergo q̄dam seruitus legis antiq; in qua serui erant statu, & conditione, quia timore premebant̃, nec tunc

C manifestabant̃ secreta populo illi, nisi sub umbris, et figuris, iō nō fuit expressa notitia Trinitatis tūc, & aliorū mysteriorum, ut nūc. Quod si aliquib. ut pphetis reuelabant̃, nō erat rōne status sed quia euehebant̃ in amicorum statum ex priuilegio. Nobis uero nō ex priuilegio, sed rōne status hæc propalant̃, quia in statu Euangelij, filij sumus, & amici, iō a minimo usq. ad maximum oīa mysteria nota sunt, ut q̄ insignes illi prophetæ, & patriarchę tanq̄ arcanum diuinum conseruabant, nunc pueri, & puellæ per uias decantant, Ex quo colligitur, qua rōne in statu Euāgelij nobis sit Deo inseruiē dum nō timore tm̄, sed amore, nō ut serui, sed ut amici, non q̄ timor malus sit, non q̄ penitus excludat̃, sed quia pprīū legis fuit timor, licet ēt i ea aliquis amor fuerit, & proprium Euangelij amor, amicitia, filiatio licet aliquid sit timoris. Sicut ergo amicorū est idē uelle, idē nolle, sicut amici est, ut placeat amico, bona ei facere, sic tibi in Euangelio operandū est suaui dilectione tractus, ut placeas Deo, Deo per oīa placentes, quęrentes, q̄ sit voluntas Dei bona; bene placens, & perfecta. Si solo timore duceris, solo timore bene operaris, adhuc es sub lege, non satis tibi hoc est, cura, ut amore du

B ctus sis tanq̄ filius, & amicus. Ad hoc pertinet multa opera supererogationis facere, ad q̄ non teneris, sicut amicus multa pro amico facit, ad q̄ non cogit̃, sed amicitia ad illud impellit. Ne ergo dicas ad frequentandum sacra non teneor sub præcepto, & ad similia, non ergo hæc agā, hoc serui ē, nō amici. Satis ne tibi vr̃, si dicat tibi, aut vxor, aut filius, hoc non est mihi præceptū sub mortis pœna, non agā? At non satis vxori esset dēt, nosse in hoc se placere uiro suo? an nō id satis filio? sit ergo & tibi, si filius, & amicus es.

[Vos aūt dixi amicos, quia oīa, quę audiui a patre meo, &c.] (Ly quia) nō cām, sed signū dixit. Oīa. inq̄t, dixi vobis, ait

C Chry. Chrys. ho. 76. quę uos audire oportebat ēt si secreta hæc olim fuissent. Sed qūo oīa, cum multa non dixerit, & plurima fuerunt facta, & dicta illius, ut mundus nō capere libros, qui de his scribi poterant? Certe sicut videns, cęlū, dicis, oē uidi cælū, licet non oē videris, & vides mare dicis, oē pelagus vidi, licet non omne cōspexeris, quia vidisti, q̄ voluisti, & q̄ uidenda restabant, similia sunt. Ita oīa Christus dixit, quæ audiuit a patre, quia oīa dixit, quæ expediebant, & reliqua similia erant. [Non vos me elegistis, sed ego eligi vos, ut eatis, & fructum, &c.

Chry. Quasi dicat, ait Chryso. Diligite proximos, sicut ego vos, & sicut ego uos preueni, ita & uos reliquos præuenite. Vel sic, oportet uos alterutrū diligere, quia à me electi estis in præclarū munus Apostolatus, ut fructū plurimum efferatis in mundo,

A mundo, hoc uero sine mutua dilectione facere nequaq; potestis. Ideo diligite inuicē: posui. n. vos, vt fructū afferatis, & fructus vester maneat. Lex non mansit at Euāgelium perpetuo manebit vsque ad mundi finem. Aug. vero hunc fructū afferendū charitatē mutuam dicit esse, q fructus est, quia fructus spūs enumerās Paul. primum charitatem dicit esse, fructus, ait, spūs charitas. Vnicum dixisset: Xps dñs, ego posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. cōtinuo subiungit, hæc mando vobis, vt diligatis inuicē. Hic est ergo fructus nr̄, quem a nobis requirit, cum simus arbores in Ecclesia plantatæ. Simus ergo sicut arbor illa, de qua Psal. 1. Erit tanq̄ li-
B gnum, q plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suū dabit in tpe suo. Charitas ergo est fructus noster, & de hoc nobis mandat, sicut initio mūdi arborib. præcipit ut referant fructum iuxta genus suum. Fructus iuxta gen° hois dilectio est. Primus. n. effectus hois amor est, qui est principium, & mensura reliquorum affectuum. Amor ergo naturalis est fructus, reliqua insita hoi per amorem sunt. Plantatus in Ecclesia es, ī
Simile lege amoris, & grǣ, quis a te fructus petēdus, nisi dilectio. Sed aduertit Amb. arbores vno anni tpe referunt fructum, et extra tps illud, non oportet ab illis eum q̄rere, hō uero oī tpe dēt reddere hunc
C fructum, ideo Ps. ait, q fructum dabit in tpe suo, tps verò suum est oīs uita. Quo
Ex. 32. magis explicuit Hiere. 17. nunq̄ desinet facere fructum. Ideo arbor illa Apoc. iuxta fluuium plantata duodecim fructus dabat, per singulos menses fructū suum nunq̄ ergo erat sine fructu. Hac ratione Christus ficum maledicit, non habenté
Psa. 26 fructum, licet tempus non esset ficorum; quia hoīem maledicebat carentem fructu, quem sp hēre debebat. Hic ergo fructus sp à nobis reddendus est, quia semp
Eccl. 6. charitatē pīæ manib. ferre debemus. Vn est debitum inexcidibile, quod solui nunq̄ potest, sp debitor manebis, licet amplius, & amplius reddas. Vnde Paulus, nemini quicq̄ debeatis. nisi ut inuicem diligatis, hoc. n. debitum perpetuo perseuerat, perpetuo à nobis reddendū est. Ideo charitas nunq̄ excidit, nec in cælo, A & cum aliarum virtutum cessabunt opera, vt fidei, & spei, charitatis & habitus, & operatio non deficit, quia homo imago Dei est, q semper cognoscit, & amat, ita ergo homo sp amare debet, &c.

## In festo Basilii Magni.

*Thema. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Lucæ 14.

DVrus uidetur hic sermo, nec æquo animo, & placido audiri potest, ni B si adsit gratia, quæ amarum in dulcem uertet, mors quidem videtur in hac olla esse, quid. n. magis amarum, quam se, suaque odisse. Adsit ergo, necesse est Elisei farinula dulcorans omnia, hanc nobis concedi petamus per Mariam.

Enumerat Paulus eos, quos sui uicarios Christus Ecclesiæ reliquit, & ait. Et Eph. 4 ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores. ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi. Horum verò pastorum, & doctorum principem celebri C festo hodie colimus, qui tātus fuit doctor, & pastor, vt per anthonomasiam intelligatur, cū dicitur pastor, & doctor, nec opus sit proprio eum nomine compellare, vt ait frater ipsius sanctissimus Gre- Grego. gorius Nissenus in eius uita. Et tantus Niss. denique, | vt inter doctores, & pastores cognomentum magni meruerit. Contulit illum Gregorius Nissenus cū Moyse, Elia, Ioanne Baptista, & Paulo, cumque dicit eis æqualem, & à sanctis alijs dictus est par Apostolorum. Hoc verò ita accipiendum est, vt primus locus Apostolis deferatur, deinde Basilio, & similibus. Sicut enim corporis membra inuicem coniuncta sunt, & unum alteri continuum, ita sancti sanctis proxime

adhæ-

V adhæret merito, & gloria. Ex his ergo, q̃ proximi Apostolis sūt Basilius unus est. Qui sic fuit alienus cōuersatione sua ab his caducis, atq; terrenis, ut non homo, sed Angelus uisus fuerit. Et hac rōne euāgelium nobis hodie ꝓponitur quo omnium rerum abrenunciatio docet, addiūque vniuersorum, etiam animę proprię.

Sed graue nimis apparet uerbū istud sæculi huius dilectoribus, nec mirū, Sapiens. n. ait. Quam aspera est nimiū sapientia indoctis hoibus, & non permanebit in illa excors. Quasi lapidis uirtus probatio erit in illis, & nō demorabun- Simile tur proijcere illam. Sed obsecro dn̄e, cuius spūs sup mel dulcis, sub cuius lingua

B mel, & lac ubi est, quod aiebas. Venite ad me oēs, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā uos. Tollite iugum meum super vos, iugum. n. meum suaue est, & onus meum leue. Quid dulcius hac promissione? Quid verò durius, & laboriosius, q̃ sui, & omnium abnegatio? Iugū graue positum fuerat super filios Adam, iugum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuerūt, abstulit iugū hoc graue Christus, & iugum leue dedit. Quomodo ergo nunc grauissimā legē fert?

Rn̄detur. Lex hæc Christi grauis non

C est, nec in illa vlla est amaritudo, sed i nobis. Sicut. n. olim manna habebat oīs saporis suauitatem in se ipso, infectus uero peccatorum gustus effecit, vt dicerēt. Nauseat oia nostra super cibo isto leuissimo, eisq; erat insuauis, cū suauissimus in se esset, ita Christi lex dulcissima est, sed purgato palato. Hinc regius Ps. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo, & iterum. Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel, & fauum, & cum Paulus exprimeret legem istam ab renunciationis omnium, ait. Apparuit grā Dei oib. hoibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, & piè, & iustè viuamus in hoc sæculo. Et legem abrenunciandi oī sæculari desiderio. Cum uero eam Christus fert, dr̄ apparuisse grām ipsius, & beneuolentiam. Benigna ergo, & dulcis

1. Reg lex hæc est. Huic concinit Ioan. cum ait

Mandata eius grauia non sunt. Sicut ergo olim manna in uaue fuit peccatoribus eorum uitio, ita nunc malitia inimicorum fingit grauia esse Dei mandata, ad quos proinde loquitur regius Psaltes. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? Quasi dicat, iniusti criminantur Dei legem, ut durissimam, & laboriosam dicētes, non posse, dimouere se à uitijs, & praua consuetudine. Sed certè labor iste fingitur ab eis, nec enim labor in hac re est. Nec ei adhæret sedes iniquitatis, ut dimoueri nequeant, si enim vellent, id facile esset, ipsi uero nolunt.

Sed ais qua ratione in cruce pōt esse B suauitas. Q̄o potest esse crux non crucians, sed delectans? Onus non grauās, nec deprimens? Odium sui, & omniū, q̃ suaue sit? Hic certe latet secretum, hic est sapientia, & scientia sanctorum. Sed, vt Psal. ait. Vir insipiēs nō cognoscet, & 3. Reg. stultus non intelliget hæc. Verbum. n. 19. crucis pereuntibus stultitia est, ijs autē, 4. Re. 4 qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus, Act. 20 & Dei sapientia. Et iterum. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere.

Si ergo tu ex illis es, q̃ salui fiunt, attēde, quod sicut nihil honorabilius est, quā iniuriam pati pro Christo, nihil altius, quā humiliari pro Christo, ita nihil dul- C cius q̃ pro eo pati, & omnia ꝑ ipsum relinquere. Causa. n. pro qua ista tolerantur, mutat eorum naturam, & amara dulcia reddit, iniuriam uertit in laudē, laborem in requiem. Sic. n. tormenta martyrum, q̃ maledictorum erāt, gloriosissima reddita sunt ꝑ causam. Nouerat hoc ipse, qui relinquentib. oia sui cā, promittit in hac uita centuplum cum ꝑsecutionibus, persecutio ergo promittit, tanquam præmium, dulcis ergo est.

Huius uero rei duplex est rō: una ex parte hominis, altera ex parte Dei. Ex parte quidē hois Deum diligētis, efficit Dei lex suauis, crux dulcis, quia cū natu- Ioa. 14. rale sit amori, velle se ostēdere, & innotescere, amato, ijs gaudet, quibus ille ostenditur. Non autē agnoscitur in bonis

ami-

A amicus, ut Sapiẽs ait: sed ĩ aduersis, & in intolerantia laborũ & in renunciatione oium amari cã, iõ in his amor delectat. In ciuili humana, ac naturali amicitia hoc sępe uidemus, vt dulce sit amari, pro amato labore, sic.n. parẽtib. dulce sũt labores, quos filiorũ cã tolerant, & amicis suaue, quos amicorũ grã subeunt. Quid ergo mirũ, si id ipsum amor Xpi faciat? Hinc D. Bonau. aiebat. Nolo dñe vulne

Bona. re viuere, qa te uideo vulneratũ: Quod si Deus labores, & cruce ex iustitia nobis nõ dedisset tñ ex nrã a postulare deberemus, vt dilectionẽ in Deum oñdere possemus. Sicut.n. maxima Dei ĩ nos dilectio tũc oñsa est, cũm ꝑ nobis pati voluit, ita hoĩ dilectio in Deũ tunc pcipuẽ

B declarat, cũ Dei cã patitur, & oĩa relin-

Chrys. hom. d viculis Petri. quit. Hinc Chrysost. ait. Soluit a vinculis angelus Petrũ, mallẽ ego esse Petrus vinctus, q angelus soluens. Sũmũ.n. est pro Xpo vincula sustinere. Si.n. pcipua Dei dilectio ĩ corde est, delectat pati ens pro Deo, & oĩa relinquens, sic.n. illa manifestã fit. Ex parte vero Dei rõ altera est, q ipse spũali replet dulcedine eos, q sui cã oĩbus renunciant, & crucem tolerant, & centuplum nunc dat ijs, qui oĩa relinquunt. Vis hoc manifesta experientia videre? Relinque consolationes futiles, ac vanas, vt Deo vaces, & intuere

Psa.76 cor tuũ, ac videbis in te illud Psalmi. Renuit cõsolari aĩa mea, memor fui Dei, et delectatus sum. Potiorem.n. ac ampliorẽ videbis in te consolationẽ, & quæ lõgẽ eam superat, q̃ reliquisti. Hac ergo ra

C tione efficitur, ut ex Dei, quæ aspera vi-

Esa.10 detur, dulcis reddatur. Hinc Esaias. Cõputrescet iugũ a facie olei, i. a pinguedine spũali, & donis cęlestib. deliniẽtibus. Ideo cum templum materiale dedicat, cruces in parietib. formatæ oleo deliniũtur, ut moueat tẽplum viuum crucẽ nõ perhorrescere oleo delinatam spũ. Nouit dominus, ac potens est, dulcedinem punire, vbi libuerit, posuit vero in cruce, vt mortificationem, in vita spirituali & omnium abrenunciationem.

Qui secretum hoc non nouit, crucem fugit, quam si amplecteretur, dulcedine repleretur. Sic olim fugiebat Moyses ser-

pentem, ad quem dñs. Apprehẽde eam, A & uersa est ĩ virgã. Quid fugis Xpiane? quid times a facie crucis? Non est coluber deuorãs, sed baculus sustentans. Apprehende eum, & uidebis virgã, in qua mirabilia facias. Hac.n. virga aperitma re, educitur aqua de petra, & introitus paratur in terrã promissam. Hac cruce patet ianua regni cælestis, hac superatur dęmones, hac diuina dona pcipies. Quę tãta erit asperitas, q̃ his utilitatibus non deliniat. Sicut olim immissę in ollã colocynthidæ eã amarã reddiderũt, donec farina ab Eliseo imissa ipsã dulcorauit, ita immisit Adã in naturæ humanæ ollã labores, & dolores, qui sunt amaræ colocynthide, non est, q hæc gustet p̃ amaritudine, donec farinula cęlestis consola- B tionis immissa a Xpo dulcoratur. Post Xpm ibant Apostoli gaudentes a cõspectu cõcilij, qa flagellis pro Xpo cæsi. Attende catervas martyrũ, ad colocynthidas properantiũ, vt ad epulas. Noli ergo tu putare in uita spũali, in mortificatione, in renunciatione oĩum asperitatem esse, ac in suauitatẽ. Est.n. dulcedo maxima delectatio pcipua, qa potens est Deus facere, ut suggeras mel de petra, & oleũ de saxo durissimo, & ĩ deserto hortos, & vastæ solitudinis inuenias mãna dulcissimũ, & petrã fundentẽ riuos olei, & butyri. Vidimus legis Xpi dulcedinem, nũc legẽ audiamus. [Si qs uenit ad me, & nõ odit prẽm, &c. Mira ꝑfecto verba hæc, quõ.n. in lege amoris, & dulcedinis, odiũ pręcipit? quõ qui inimicos diligere præcepit, nunc ꝑpinquos odio hñi vult? Rñdeo naturale eẽ, vt ꝑ lege, & inclinatione vniuersa particularis inclinatio relinquat. Ideo aqua ascendit, & terra, ne uacuũ det. Ita ergo, ut Deus diligatur, uniuersa, q̃ ipedimẽto sunt, reliquũtur, qm hæc est lex vũs, inclinatio prioris creaturæ. Amor quidã unit, sed id nõ efficit, nisi separet, ut nos Deo vniat ab impedientibus separat, i. dr fortis est, ut mors dilectio, quia sicut separat amara mors, ita & amor, separat tñ, vt coniungat, sicut ignis separat heterogenia, vt cõgregat homogenea. Cũ ergo ait, vniuersa odienda, docet, uniuersa ĩ pa amputanda

Exo.4

4.Re.4

Acto 5

C

Can.8.

A tanda esse, q̃ nobis impedimẽto sunt, ne in Deũ tẽdamus. Nec.n. p̄r odio prosequendus est, vel mater in seipsis, sed relinquẽdi, si Deo cõtrarij sint. De quo odio Psaltes, ait. Nõne, qui oderunt te domine oderã, & super inimicos tuos tabescebã. Perfecto odio oderam illos. Hinc
Ps. 138 Grego. i hom.
Gre. simul odisse possumus & diligere, vt cognatione nobis coniunctos ex pcepto diuino diligamus. Et quos aduersarios in uia Dei patimur odiẽdo, & fugiẽdo nesciamus. Hoc ergo odiũ nõ ex crudelitate, sed ex charitate p̃cedit. Pater ergo, mater, frater, & amicus, in qbus Deo aduersat, nesciẽdus est. Et ad eos, qui id
De. 33. p̄stiterunt Moyses ait. Qui dixerunt p̄ri suo, & matri suę nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios, hi custodierunt eloquiũ tuum, & pactum
B tuum seruauerunt. Hinc ẽt Paulus ait.
2. Co. 5 Itaque nos ex hoc neminẽ nouimus s̃m carnem, i. non sequimur carnalem affectum. Sicut ergo spiritus vehemens, fluuius inundatus, ignis maximus vniuersa tollit, ac superat impediẽtia cursũ suũ ita diuina dilectio omnia superare dẽt, & omne remouere prohibens.

Sed difficile nimiũ illud vr̃, q̃ seqtur [Adhuc, & aĩam suã,] Quõ.n. propriam aĩam odisse possum? Sed nõ semel hoc Christus docuit, nam ẽt apud Ioan. ait.
Io. 21. Qui odit aĩam suã in hoc mundo, in vi
Es. 49. tã eternã custodit eam, & Esaias ait. Sã
Au. 21. ctificat eum, q despicit animam suã. Au-
ho. 37. gust. in lib. 50. humiliar. Integram homi liam consumit in horũ expositione verborũ. Ait ergo. Duplex est amor in ani-
C mã, alter ordinatus, quo ei volumus gloriam, gratiam, & conuenientiã ad hoc
Psa. 10 mediam. Alter inordinatus, quo ei volumus delitias, voluptates, diuitias, nullo limite præscripto, Sicut ergo duplex est amor, ita duplex est odiũ, primum, quo aĩam nostram expoliamus bonis cęlestibus, & gratia, & de hoc odio ait Psaltes qui diligit iniquitatẽ, odit aĩam suam, & absolutẽ, ac simpliciter eam odit, cũ ęternum ei inserat malum. Scd̃m odium iustum, ac sanctum est, quo priuamus animam nostrã delitijs immoderatis. Qui ergo discipulus Xpi esse vult, adhuc, & aĩam suã odio prosequi dẽt, negãs illi cõ
A cupiscentias eius. Implens illud Ecclesiastici. Fili post cõcupiscẽtias tuas ne eas, & a voluntate tua auertere. Si præstas, aĩæ tuæ cõcupiscentias eius, faciet te in Ecc. 18
gaudiũ inimicis tuis. Demũ si nobis diligendus Deus est, vt quicquid ei aduersatur, reijciamus, ẽt p̄rem, & matrẽ, & vxorẽ, & substantiã, & vita illa odit patrem, cui dr̃. Audi filia, & uide, & iclina Psa. 44
aurẽ tuã, obliuiscere populum tuũ, et domum patris tui, & cõcupiscet rex decorem tuum. Vxorem nesciuit Iob, cũ ad Iob. 2.
eã dixit. Quasi una de stultis mulierib. locuta es, animam suã odiuit martyr, q vitã fudit. Xpi cã mundum vniuersũ, reges, imperatores, & uitã odiuit Basilius, dum religionis & fidei cã eis restitit, nihil ueritus eorum potentiã, & uitam p̄priam contẽnens eam exposuit periculo di'ectio.n. Dei super omnia dẽt esse. B

Ea, q̃ hucusq; dicta sũt precepti sunt, consilij uero est uniuersa relinquere, vt Deo liberius hõ vacare possit, & perfectionẽ cõsequi, vt hi faciunt, q̃ religiosã vitã susceperũt. Exẽplũ secuti Apostolorũ Ma. 19
dicentiũ. Ecce nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te. Fuit olim i lege veteri holocaustũ, oblatio, q̃ holocaustum erat, Leu. 1. & 2.
Deo soli offerebatur, totũ.n. ignis Dei absumebat. Qui vero oblatione offerebat, nõ sic, sed Deo pars dabatur, pars vero sacerdoti, & pars offerẽti seruabatur. Oblationẽ Deo offert, q uxorẽ ducit, licet.n. Deũ sup oĩa diligat tñ cordis partẽ vxori, & filij tribuit, vir.n. diuisus est 1. Co. 7
vt Paul. ait. Oblationẽ Deo sacerdos offert, qui licet eleemosynas prestet, sed potiorẽ substantiæ partẽ sibi sumit. At qui C
religioni se addicit, holocaustũ offert, q Deo se totũ tribuit, & vniuersa pro eo reliqt. Hoc vero Deo gratis simũ est, &, i. q̃ regius Psaltes ait, holocausta medullata offerã, tibi medullata vero offert, qui Psa. 45
nõ corpore solũ mundum deserit, sed, & corde. Addit uero Xp̃s dñs. (Qui nõ baiulat crucẽ suã, & venit post me, nõ põt meus esse discipulus,) Chr̃s crucem suã baiulauit, q̃ nullus alius baiulare potest cuiq; vero propria crux a Deo data est, q̃ portare tenetur; hæc uero crux plura ligna

A ligna cōtinet, unū est pœnitentię debitæ labores sustinere. Aliud e, labores a Deo immissos patiēter tolerare, iniurias pati. Aliud est, carnē mortificare, & denique uniuersa aspera, q̄ in Dei uia occurrunt, subire, ea. n. oīa crucis nomine significa-
1. Co. 4 tur. Hoc pstabat Paulus cū diceret. Semper mortificationē Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & uia Iesu manifestetur in corporib. nostris, & ite-
Gala. 5 rum. Qui sunt Christi, carnē sua crucifixerunt cū uitijs, & concupiscentijs suis. Vt vero crucē baiulemus libēter, pcedit nos Christus Dñs, qui exiuit, baiulās si-
Iud. 9. bi crucē, & ideo nunc ait, [ & uenit post me. ] Abimelech, ascendit in montē Selmon eum omni populo suo, & arrepta securi pcidit arboris ramū, impositumq;
B ferens humero, dixit ad socios, quod me vidistis facere cito facite, igitur certatim ramos de arborib. præcidentes, sequebātur ducem. Quid ergo mirū, si Christus rex idem præcipiat. Ipse exiuit in montē crucē sui portans, nos ergo cruces tollamus nostras. Si. n. in bello rex onera magna sup humeros portaret, ut expugnaret ciuitatē, qs multum sine onere vellet ire? An nō illa imprudētia esset? Si opor-
Lu. 24. tuit Chrm pati, & sic intrare in gl̄a suā, qūo nos nobis in alienam si pati nolueris? Sed attēde, aliud esse crucē baiulare, & aliud, i ea crucifigi. Crucē. n. baiulare, est dolores subire pœnitētiæ, & labores, quos De⁹ dederit. At, crucifigi, e st nos sic coarctare, ut sicut cōfixus cruci non hēt
C potestatē se mouēdi, quo vult, sed ligatus tenet, ita qui cruci Christi affixus est, nō mouetur ſm uolūtatē, aut appetitū suum sed ſm diuinum beneplacitum. Qui ergo decreuit, in nulla re, uel etiā minima appetitum suum sequi, sed Deo in oībus placere, ille cū Christo cruci cōfixus est. Sic erat Paulus dicēs, Chro cōfixus sum
Gal. 2. cruci. Et huc ptinere vr̄ illud Esaię, q̄ de iusto loquēs ait. Cōfortauit faber ærari⁹
Esa. 41 pcutiēs malleo eum, q̄ cudebat tunc temporis, dicens glutino, bonum est. Et confortauit eū in clauis, ut non moueret. In quē locum Hieron. ait, verba ista nōnulli Hebræorum de Abrahā dicta putāt, q̄ vocatus est ab oriente iustus, cui tradidit Deus gnq; reges, cui occurit Sem filius Noe, q̄ usq. ad illa tpa uixerat, quem dnt fuisse Melchisedech, q̄ uenit obuiā Abrahę, de pl̄io reuertenti, & cū benedixit, & Dei benedictionib. corroborauit, & ipse fuit faber ærari⁹, q̄ Abrahamū cōflauit, & malleo suę artis ad meliora pduxit, in que dixit, bonū est, ut timore Dñi glutineris, & iungatis ei, & cōfortauit eū siue solidauit in clauis pceptorū Dñi, ut non moueret, sed in timore illius pmaneret. Hæc Hiero. Quod uero in iusto Abrahā factum p Melchisedech tradūt Hebræi, hoc quotidie perfecti uiri pstāt, dū clauis cruci Chri affigunt, ut ab ea nō dimoueātur, ut a uolūtate Dñi nunq̄ discedat. Et
Iob. 7. hāc crucifixionē Iob optabat, cum diceret. Suspēdium elegit aīa mea, & mortē
B ossa mea. Mortē uero suspēdio cōiūgit, quia tunc q̄cquid roboris est in hoie ad
1. Pe. 5 peccatum, morit. Ideo Pet. ait, Chro igit passo in carne, & uos eadē cogitatione armamini, quia qui passus est i carne, desijt a peccatus, ut iā nō hominum desiderij, sed volūtati Dei, q̄ reliquū est in carne uiuet tēporis. Attēde uerba illa, qui pasus est in carne, desijt a pctīs. Idest, qui crucifixit carnē suā, nō peccat, nec desiderij hominum ducitur, sed Dei uolūtat. En hoiem crucifixum, & mortu, pecca to, morit. n. tu: homo uerus, & uiuit, nō iā homo, sed in hoie Chrs, & his, q̄ hoc pstiteru nt dr̄. Mortui. n. estis, sed uita ve-
stra abscondita est cum Christo in Deo. Colo. 3

Tradita doctrinā duob. exēplis Chrs dñs explicat, dicēs. [ Quis ex uobis uolēs turrim ędificare, &c. aut quis rex iturus &c. ] Hæ uero similitudines primo ci fi-
deli applicari possunt. Secundo uero ijs C
duntaxat, q̄ perfectionē pstitei i uolunt. Vtrūq; vero nobis explicandū est. Et p expositione norandū. Vitā spiritualē ędificiū quoddā esse turris altissime de quo
dr̄ ad Dauid. Qd̄ cogitasti in corde tuo 3. Re. 8
ædificare domui tuo bene fecisti, hoc ipsum mēte tractatus. Hoc uero ędificiū ex uirtutib. cōsurgit. Perfectio vero ędificio Deus in homine habitat. Vnde dr̄
3. Reg. 9. Cum pfecisset Salomō ædificiū 3. Re. 9
domus Dñi, apparuit ei Dñs, & maiestas ēt Dei in tēplum, cū perfectū esset, intrauit.

1.Ti.3. docendum, ut Paul. ait, Apostolis ēt sciētiam dedit, quia sine longo studio, & pręmeditatione rńdere possent oī műdi sapientiæ, & eā confutare. Nos verò, q paratí esse démus, ad reddendā rōnem de eā, q̄ in nobis est spes, vt Petrus ait, mul
1.Pe.3. to studio opus est, sed nō anxia solicitudine. (Trademini āt a parentibus, fratribus, cognatis, amicis, &c.) Maxime profecto hoīem torquet, cū videt, à sibi propinquis mala venire, natura.n. tūc vim pati vr̄, cum ab eo, à quo bona sperare debuimus, mala sustinemus. Hinc Iuli⁹ Cæsar cum inter interfectores Brutum videret, ait. Et tu quoq; fili. Hinc Psalt.
Psa.54 B Si ininicus meus maledixisset mihi, sustinuisse vtique. Tu verò hō vnanimis, dux meus, & notus meus? Vt vero nobis exēplo Xp̄s esset, vt pateremur patiēter mala, ēt cum à propinquis procederent, voluit à discipulo tradi in mortē, & à suis dānari, dicēte Pilato, gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Adijcit verò quid maximū. (Et eritis odio
Ioā.19. oībus hoībus.) Quia oīum ritus tollebant, legē Mosaycā abrogabant, & dicebāt illud Pauli, si circundamini, Xp̄s uo
C bis nihil proderit, vniuersā tolebāt ido-
Gal.5. la. Nec illis sat erat, si Xp̄s coleretur, nisi euacuarent oēm principatum, & potestatem. Cultores etenim idolorū nō curabant, si idola alia colerent, dummodò sua in honore hērentur, vt Xp̄i discipuli, non solum Chr̄m coli curabant, sed nullum alium præter ipsum. ideo oibus infensi erant. Deinde dæmones vniuersos hoīes concitabant contra Chri Apostolos, à quibus uidebant aīas hoīum vinculis absolui. Et p̄terea, cū similitudo cā sit amoris, dissimilitudo cā est odij, erat uero maxima dissimilitudo inter Chri discipulos, & mundum, ideo eos mundus odio prosequebat̄. Vnde Chr̄s ait. Si de A
Ioā.15. mundo fuissetis, mundus, q̄ suū erat, diligeret: nunc verò, quia de mundo nō estis, sed ego elegi vos de műdo, ppea odit vos mundus. Quæ vero conuentio lucis
ad tenebras, Christi ad Belial? 1.Co.6

Aspera, ac dura sunt, quę hucusq; Chr̄s nunciauit, sed aliquid dulcedinis in finē Euangelij reseruauit. Non.n. crux tota aspera est. Sed sicut summitas virgæ Ionathe melle intincta est, ita crucis terminus dulcedo est, q̄ in fine Euāgelij exprimit, cum dn̄s ait. (Capillus de capite vestro non perhibit.) Sicut ēt alibi dixerat, nā & capilli capitis vr̄i numerati sunt
oēs. An non dulcissima verba ista sunt? i.Re.14
an non ex mellifluo corde procedunt?
Quæ.n. vnq̄ fuit adeo amantissima filij Luc.12
mater, vt capillos filij numeraret, & ne
unum quidem amitti permiserit? Ne ergo B timeatis vniuersos persecutores, ego vobis adero, ita, vt nec capillus vester pereat, tm̄ abest, ut in ijs, q̄ maiora sunt, vobis deficiam, noui oīa, quæ ad vos pertinent, & ea curabo, ut propria, quia pro noīe meo patimini, & quicquid aduersum vos mundus fecerit, in me factū reputo. Capillus ergo non peribit, quia, ut ipse ait, vulnerasti cor meum soror mea
sponsa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Si vnus capillus cum Can.4.
vulnerat, merito non peribit. Adeo.n. nos diligit, vt vno capillo eum ducere, C & vulnerare possimus, quia sic Deo placent iusti opera, vt minimum opus muneret seipso, ēt calicē aquæ frigidæ æterna remuneratione donabit, & ad hoc gressus nostros dinumerat, vt nullus eorum sine mercede sit. Nunc ergo ait, capillus uester non peribit. q.d. si adeo vr̄a curat, & in pretio hēt, ut minima vestra magnifaciat, etiam capillum, quo pacto magni ducet maxima, quæ ei offertis?

Sed est pręterea an notādū, esse Chri capillos, & esse capillos n̄ros. De Chri capillis dr̄. Capilli eius erant candidi, sicut lana alba, & tanq̄ nix, in quem locū Aug. Ansel. & Richar. per capillos Chri sanctos intelligi dn̄t, qui Chro adhærēt, quia sicut capilli non sunt de substantia capitis, vt caro, & os, vegetantur tn̄ uir- Apo.1. Augu. Ansel. Rich.

 tute

A ture capitis,& pendent ab eo, ita sancti, Christo. Dñi vero albi,vt lana,aut nix pp vitę candorem. Sed in Cãticis nigri dñr ijdem capilli,pp exteriores persecutiones,vel pp imperfectiones,quibus in hac vita sunt obnoxij. Sicut ait sponsa, nolite me considerare, quod fusca sim, & nigra sum,sed formosa.Sed alio in loco dicitur.Capilli tui,sicut greges caprarũ,quæ ascenderunt de monte Galaad. Quia sancti, ait Greg. contemplatione similes sunt capreis, quarum acutus est visus.Sed potissime martyrib. hoc cõuenit,ait Gregorius,Galaad.n. interpretatur aceruus testimonij, id verò martyribus cõuenit,qui plures fuerunt,vt aceruus dici possit,& testimonium Christo dederunt,martyr.n.testis est latinè. De
B quibus alibi dicitur. Comæ capitis tui,sicut purpura regis iuncta canalibus. Similes purpuræ uocat propter sanguinẽ
Ps. 44. fussum. Hic vero attendendum est, capillos capitis in honore esse,dum capiti adhærent,nihil autem esse si à capite separentur,ita homo magnus est,si Christo adhæreat. Ideo,ait,quidam,mihi adhærere Deo bonum est.Si uero a Christo separetur,nihili ducitur. Ideo ad Hieremiam ait. Tonde capillum tuum, & proijce,& sume in directum planctum, quia proiecit dominus,& derel.quit ge-
1.4.Co.9 nerationem furoris sui. Caue ergo, ne à Deo proijciaris.

C Sed capillus noster cogitatio cordis est, quam dominu s non prętermittet, absque mercede,quanto minus sanguinem pro eo fusum.

[In patientia uestra possidebitis animas uestras.] Impatiens animã perdit. Hinc Iob. Quod perdis animam tuam in furore tuo?
2.Co.7 Patiens verò seruat. Ideo melior est patiens viro forti, quia se cohibet, & ideo se possidet, &cęt.

## In festo B. Mariæ Magdalenæ. A

*Thema. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7.*

SCripsit B. Timotheus ad Dionysiũ Areopagitam, inuenisse se multos philosophos Athenis,qui de Dionysio conquerebantur,quia contra eorum dogmata prædicabat. Cui respondens Dionysius ait,Nunquam equidem contra hanc,uel illam sectam prædicaui,solummodo ueritatem docui,qua stabilite,ac cognita,mendacia vniuersa ruunt nullo ea impugnante. Mira profecto veritatis vis. Sed hæc ueritatis potentia cõ B
tra falsitates omnes in amore Dei inuenitur contra vitia vniuersa. Si enim in huminibus corde constitueris Dei amorem perfectum,statim sicut coram arca Dagon cecidit, cadent peccata, & uitia omnia,nec opus erit ea sigillatim impugnare,vniuersorum enim uictoriam amor reportabit solus. Hoc uero quadã fabula significauerunt prisci prisci phylosophi referente Palmireno ex Plutarcho. Contenderunt Aquilo,& Sol inter se se quis eorum prius posset nudare hominem, cœpit Aquilo uehementius insufflare,& pallium tollere,sed homo illud sibi magis coaptabat,ut frigori resisteret. Sol uero æstuare hominem sic fecit,vt vestibus nuditatis se proijceret in C
aquam. En quid amoris vis in Magdalena fecerit,exuit omnia, quæ mundi sunt,& in lachrymarum fluuium se iniecit.

Si quis uero sine Dei dilectione vitia impugnare uelit,ei accidet,ait Ambros. quod poetę de hydra narrant,cuius vnũ caput cum præscinderet Hercules, septem oriebantur, nec eam uincere potuit,donec assumpto igne,eum applicabat absciсso capiti,& sic alia non prodibant: Sic sic,qui sine diuina gratia, ac charitate passiones, ac uitia superare studet,ut olim phylosophi, uitia non superabant, passiones non uincebant, imo denuo vitia exoriebantur,qu a dilectione Dei non seipsos mortificabant, sed

A sed passionibus,& vitijs alia vitia expugnare uolebãt,qui vano honore,aut cupiditate impellẽte,vitia alia tollere curabant,sicque vulnus vlnera curare volebant,qđ impossibile est. Si ergo a radicibus vitia euellere vis,ait Ambrosius caritatis ignẽ applica,quo vniuersæ passiones,ac uitia superantur. Ideo dilectione
Can. 1 sponsus ait. Fortis est,vt mors dilectio. Sicut.n.mors oĩa tollit, ac rapit ab homine,nihil ei relinquit ex his,quæ mundi sunt,. Ita Dei dilectio animã mortificat,& a corpore,ac mundo alienat. Huius uero rei mirabile hodie,uobis ꝓponit exẽplũ in Magdalena, quis.n. alius, quã amor, a corde eius radicitus abstulit amorem sui, contemptũ Dei vanum mundi honorem, delicias quis eam extra
B seduxit,nisi amor? [Quoniã dilexit multũ] Amor.n.extasim facit, & amantem extra se ducit,ut amato inhæreat.

1. Co. 12 Tanti uero pretij dilectio Dei est, vt virtutes omnes superet sicut aurum metalla vniuersa. Ideo disertissimus Paul. de charitate, postq̃ de alijs dixerat uirtutibus ait,adhuc excellentiorem uiã vobis demonstro. Reliquæ virtutes sine charitate nihil sunt, a charitate uitam accipiunt,& pretium. Similes literæ. C. quæ in rõnibus,ac numeris poni solet,q̃ sola nihil valet,addita uero numero multũ. Ita virtutibus oibus pretium tribuit charitas,illa tã̃ regina imperat reliquis virtutibus. Et ideo earum opera ei tribuit
C Paulus,dum ait,charitas oĩa credit, oĩa sperat,oĩa sustinet. Et deniq; charitas sũmum est diuinorum donorũ,multa, & pretiosa nobis ꝓmissa donauit,sed pretiosissimũ oĩum charitas est,quę iõ expe-
Col. 3. tenda est super alia. Ideo Pau. super oĩa aũt hæc charitatem habere,quo est vinculum perfectionis. Et rõ manifesta huius est,quia quicquid a Deo cõceperis, si charitatem non accepisti,Deum nõ habes,dilectione.n. Deus possidetur à nobis,& dilectio possessio Dei est,dilectio Deum nostrũ esse facit. Si sine charitate es sine Deo es,qui vero manet in charitate,in Deo manet,& Deus ĩ eo vt Ioannes,ait. Quid vero tibi prodest,oĩa habere,si Deum non habes. Et charitas est,

pp q̃ hoĩs Dij vocantur. Et rõ est,quia A
sic vt punitur vt latro,qui latronem diligit,quia latro est, quia efficit effectũ latro, ita qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet,q̃a ꝓpheta, & prædicator effectus est. Ita qui diligit Deũ, dat Deo affectu suo vniuersa bona,quę Deus hẽt,mercedem ergo Dei accipiet, quia efficitur Deus affectu, & ideo eius merces Deus est, diligenti enim Deum solꝰ Dei possessio est plenum præmium, & ꝙ Dei gloria est ipsi gloria esse debet. Ma. 10

Ex dictis Magdalenæ dignitas,& excellentia facile colligitur. Si prius nouerimus, in eo excellere sanctos, in quo à Christo dñs laudati, & cõmẽdati sunt, 2. Cor. 10.
cum.n.oĩum sit artifex,oĩa plene nouit,
non.n.qui seipsum commendat,ille probatus est,sed quem Deus cõmendat. Legimus ergo aliquos sanctorum à Christo cõmendatos. Laudauit Nathanaelis simplicitatẽ,dicẽs,hic est vere Israelita,ĩ quo dolus nõ est,Centurionis fidẽ,dum dixit,nõ inueni tanta fidem in Israel. In Chananæa similiter fidẽ laudat, ò mulier magna est fides tua. In Petro diuinorũ cognitionẽ cõmẽdat, dicẽs, beatus es Simõ bar Iona,q̃a caro,& sanguis non reuelauit tibi,sed pr̃ meus, qui in cœlis est. In Magdalena uero supremũ oĩum laudat,charitatẽ, s.in hac ergo illa excelluit,cũ de hac laudata à Christo sit. Nec id nobis reliquit coniecturis inuestigandũ,manifestis.n. verbis illius excellentẽ charitatẽ ostendit,tum ait. [Dilexit multum.] Cũ uero præcipuũ Dei donũ hoc sit,maxima cẽseri debet, quæ in hoc excelluit meritũq; ad eam dictum est, optimam partẽ elegit sibi Maria. Vere optimã quę dilectionẽ elegit,vere optima, quæ Deum elegit, qui dilectione possidetur. Magnus planẽ est, qui qualibet excellit virtute,sed maximus,q ĩ maxima virtutum excellit. Qua in re illud mirabile in Magdalena est,quod ĩ die iceperit, quo peruenire solent præcipui sanctorum, cũ viam perfecerunt. Fęliciter sancti uiã egerunt, cum in fine vitæ diligunt multum,sed inde Magdalena initium sumpsit,in maxima dilectione primũ pedẽ posuit.

B Ioã. 1. Mat. 8 Ma. 15 Ma. 16 C Lu. 10

A posuit. De reliquis sanctis dr. Cum con
Ecc. 18 summauerit homo, tūc icipiet, de Magdalena uero asserere possumus, cū incipit, tunc consummat, quia initium illius cō summata charitas est. Vere fundamēta eius ī montib. sanctis altissima fuere.

Sed qm̄ summā laudem eam dicimus esse, q̄ a dilectione colligit, in ea solum nunc nobis immorandum est, ac ōnden dū, in quibus hanc excellentē in Xp̄m dilectic [illegible] Magdalena ostendent, latere. n. dilectio hæc nequit, sicut nec ingēs ignis. Tria eximia dilection s signa sūt. Primū vniuersa relinquere amati causa. Secundū, dulcia cū dilecto colloquia. Tertium, difficilia agredi amati gratia.
Simile Primū in Magdalena facile videbimus, si Euangelicā consideremus historiam,
B & reliq̄ eius vitā, uniuersa. n. & seipsā reliquit, vt Xp̄m frueretur dilecto, pretiosas vestes, omnem mundi ornatū, delicias. et deniq; oīa. Accidit. n. illi, q̄ accidere solet in domo, q̄ igne absumitur, p fenestras. n. proijciuntur vestes, vasa auri, & argēti pretiosa tapeta, & vniuersa,
Thr. 1. q̄ in domo sunt. Ita in Magdalena succēsus est diuinus ille ignis, de quo Hieremias: de cælo misit ignē in ossibus meis. & erudiuit me. Ardet igne vniuersa domus, q̄ mirū si pijciātur uestes ptiosæ, monilia. unguenta, & deniq; qeqd ī domo est? Hoc uero efficiēdū, cum Xp̄s in mundū ueniret, multis retro sęculis pre
Esa. 30 dixerat Esaias, cū ait. Et erunt oculi tui videntes pceptorē tuū, & aures tuæ audient verbū, post tergū monentis, hæc
C est uia ambulate in ea, & nō declinetis, nec ad dexterā, nec ad sinistrā. Et contaminabitis luminas sculptiliū argēti tui, vestimentū conflatilis auri tui, & disperges ea, sicut immunditiā menstruatæ, egredere, dices ei. Viderūt oculi Magdalenæ præceptorē Iesum, audiuit vocē eius beati eius oculi, & aures signis, succensus est in ea, proijcit uestes pretiosas, unguēta, laminas auri, & argenti, & oībus ait, egredere. Aliqua quidē reliquit vt Xp̄o
Simile victo i i offerret, solet. n. victus ad victoris pedes prostratus, arma, q bus in eum militauerat, ei offerre, quo se victū testatur, & eius seruum esse Ordinauit ī me charitatē, uel i t alia habet literā posuit A
in me uexillum charitatis Magdalena, Can. 1
dicere potest, & tāquam a Christo deuicta, uexillum Xp̄i gestat in se, charitatem. s. sicut ī deuictæ ciuitatis ante uexillū uictoris erigitur. Cum ergo se uidet superatam a Christo, uictori affert arma, quib. in eum militauerat prius, quæ. n. arma illius erant, nisi unguenta capilli pulchritudo, hæc prius fuerant arma iniquitatis, quibus in Deum pugnauerat, sed ea nunc Deo offert, seque ab eo deuictam, & seruam illius fatetur ad eius pedes procumbens. Ecce nunc omnia relinquit, ut amato inhęreat.

Hoc ipsum ēt deinde præstitit, sequuta. n. Xp̄m dn̄m est usque ad crucem, &
discipulis fugientibus, illa ei adhæsit, in B
monumento eum quæsiuit, & cum Petrus, & Ioannes abirent ad semetipsos, Io. 20.
Maria stābat ad monumentū foris plorans, & cūm angelorum uisionem uideret, eos nō curat, sed cōuersa retrorsum est, eos derelinquens. Christo uero in cęlum sublato, iterū uniuersa relinquit, & in vastā solitudinē se recepit, in qua veluti ceruа sagittis confixa fuit, quærens fontem aquę uiuæ, & cum plurimi ad eam angel uenirent, aiebat eis nunciate 1 Can.
dilecto meo, qa amore langueo. O beatissima mulier, rn̄dēt nouissima primis, quis te uideret in deserto sole exustam, similē Aethiopissæ, nū tu illa pulchra es, q̄ similis regulo facta, inficiebas uniuersam Hierusalē oculis tuis? nū tu mulier illa Babylonica, uestita auro, & purpu- C
ra, mater fornicationū? quo pacto nunc Ap. 17.
deturpata es? Nolite (ait) me cōsiderare,
qm̄ fusca sim, quia decolorauit me sol, Can 1.
non hic solummodo sol, qui oculis corporis cernitur, sed ille potius, qui sol iustitiæ dr, qui ignem suum in me posuit, & colauit me, vt auferret oēm scoriam, fide purificans cor meum. Certē omnia reliquisti pro amato, sed vt melius dicā, in meliora cōmutasti, reliquisti seruos, ancillas amatores recipisti innumeros angelos, te circunstantes, reliquisti pulchritudinem corporis, & aīæ decorem, inuenisti, reliquisti monilia, & uestes, recepisti uirtutes, ac dona cælestia. O fœ-

lix

A lix mulier oĩa reliq̃sse videris, sed vere reliq̃sti nihil, & inuenisti cĩa, q̃a, quẽ di ligebas inuenisti, in quo oĩa sunt. Ille vere oĩa reliq̃rit Deũ reliquit, q vero, quę mundi sunt, nihil se reliquisse putet.

Secũdũ dilectionis signũ diximus esse dulcia colloquia cũ dilecto. Amor. n. dilecti p̃sentiam querit, & dum cum eo versatur, nihil illi molestũ est, & verba ministrat amor amãti, vt nunq̃ ei desit q loquar, licet negotia nulla sint. Sicut .n. ex visceribus aranea fila p̃ducit, ita & amans, q̃m, vt cęlestis magister ait, ex abũdantia cordis os loquit̃. Hoc signũ in Magdalena manifestũ fuit, diuinus. n. amor eã n̄ñc trahit ad Christi pedes, & idẽ eam ita X̃po copulauit, vt nullus eã separare ab eo possit, licet Pharisæus ob murmuret, licet conqueratur Martha. Amor. n. legib nõ adstringit̃, limitẽ nescit, amor sibi lex est, & licet rõni cõsentaneum uideretur, ut sororẽ adiuuaret, sed amor sui solicitus est, q̃uo crescat. Et licet iusta videret causa Marthę, sn̄ia lata est pro Maria, & à causa iusta Martha cadit, q̃a cõtra amorem pugnare uoluit; & cũ aduocaretur X̃ps in iudicẽ amor fecit, vt patronus & aduocatus Mariæ esset. Reliquę virtutes a prudentia, & iustitia pẽdent, a q̃bus diriguntur. Sed charitas regina cum sit oĩum, nec prudẽtia, nec iustitia regit̃, & quo magis excesserit limites charitas, eo perfectior est. A prudentia uidebatur alienum, vt conuiuij tp̃e importuno intraret Maria, & pedes Chr̃i lachrymis rec. eret, & q librã vnguẽti nardi pystici, ac pretiosissimi ef funderet in pedes, & caput. Sed cũ illud ab amore profici sceret, qui est sup prudentiam gratissimum Christi fuit. Hoc ẽt signum amoris ostendit, cum semper X̃pm sequuta est, vt cum audiret, & cum in vastam se recepit solitudinẽ triginta annis, vt cum X̃po conuersaretur, vt somnum illum dilectorũ dormiret, quo a terrenis oĩbus aliena soli Deo vacabat. Et hunc somnum ob seruabat spon sus, dicens, adiuro vos filiæ Hierusalẽ, ne suscitetis, nec euigilare faciatis dilectam. Vt vero non sp̃u solo dilecto frueretur, sed ẽt corpore septies in die ab angelis portabat in cælum, vt cælestis cęlestib. frueret. Sed operæpretiũ erit nosse, cũ primum Magdalena ad X̃pm accessit, q̃ ei verba dixit, quæ cũ eo colloq̃a habuit prudẽs illa atq; diserta erat, sau distillans labia eius fuerãt, cũ uanitati in seruiuit, nũc ergo quid loquit̃? Verbum nullum ore p̃mit, hæc maxima Magdalenę prudentia, hoc eximij signum amoris nũc est. Q̃n cordis anxietas verbis exprimi ualet, magna non est, nunc ergo summe diligens X̃pm, vehementissimo dolore tacta est, & cõtritũ oĩno cor eius & super nduta cõfusione nõ loquit̃, nullis. n. verbis eius dolor explicari poterat ideo signis ostẽditur. Cũ verbis dolor explicat̃, maximus nõ est, cũ summus est, signis, & singultibus exprimi solet. Qui p̃pe Deum agnoscit, & q̃tum sit peccati malum, q admis e corã Deo positus, non loquit̃, sed illud p̄stat, q Psaltes ait obmutui, & humiliatus sum, & dolor meus renouatus est, cõcaluit cor meũ intra me, & i meditatione mea exardescet ignis. Promiserat Deus p Ezec. hæc aliq̃n cum suis actuũ, vt verbum corã eo non loquerent̃. Vñ ait. Et suscitabo ego pactũ meũ tecũ, & scies q̃a ego dñs, vt recorderis & cõfundaris, & nõ sic tibi vltra aperire os p̄ confusione tua, cum placatus tibi fuero in oĩbus, q̃ fecisti, ait dñs Deus. En id in Magdalena impletũ non aperit os, verba non promit. Sed si ore non loquit̃, corde clamat, & lachrymis. Loquit̃ ergo nunc dilecto, vt conueniens fuit, eam loqui, cum primum ad Deum accessit post innumera peccata

Sed tertium amoris signũ in Magdalena videamus, q est, difficilia aggredi p amato. Est amor qua si oĩpotens ad negoria dilecti suscipiẽda, & cũ sibi negligẽs sit, q diligit, solicitus est in his, q ad dilectum p̃tinẽt, sibi infirmus, & impotẽs, dilecto fortis, & potens. In animalib. rõnis expertib. id facilius uidere licebit, cum rõnis fræno ac libertate nõ teneantur, amoris uim magis explicant. Imbecillis, & infirma gallina, si videat miluũ inuadentẽ pullos suos, ei se opponit, ac si aquila esset, & equamitissi lupum uideat in filium suum desęuire, cum eo pugnat,

Marginalia: Luc. 6. (beside "q loquar, licet negotia"); Psa. 38 (beside "non loquit̃"); Ez. 16 (beside "ignis. Promiserat Deus"); Can. 2 (beside "spon sus, dicens"); section letters A, B, C in both margins.

A gnat, ac si leæna esset, & vacca mansueta in taurum mutatur, ut uitulum tueatur suum. Magna profectò amoris uis est, cũ sui obliuisci facia, & infirmitatis suæ vt dilectio accurrat, & oĩa posse se credit, ut dilecto subueniat. Sed obsecro, fuit ne efferum animal ita forte, ut Magdalena, cũ Christi agebat causas? Dereliquerat pater filium in manus impiorũ & ideo a causis, secundis auxilium accipere non ualuit, qui a prima fuerat derelictus. Sed hora passionis elapsa, licet ui disset crudelissimos Christi hostes, impatiens moræ præ amore, diẽ nõ expectat, sed cum adhuc tenebræ essent, venit ad monumentum cum aromatibus. Non
B timet Scribas, Phariseos, non milites custodientes sepulchrum, non lapidẽ grandem, quo monumẽtum opertũ erat, non sigillum infringere. Sed obsecro Magdalena, quibus uiribus poteris prædam eripere a leonib. captã, & custoditã? nihil ei durũ, aut difficile est, oĩa põt, oĩa sperat, oĩa credit se posse in eo, q eã confortat. Deinde vero cum figurã hortolani Dñs
Io. 20. suscipiẽs ei apparuit, ait ad eum, Dñe, si tu sustulisti illum dicito mihi vbi posuisti eũ, & ego eum tollam? Quæ verba e-
Orige. narrans Origenes in hom. de Magdalena ait. Recte dicit, si tu sustulisti eum, cũ ad ipsum loquitur, ille. n. se a sepulchro sustulit, qui seipsum suscitauit ꝓpria virtute, alij non seipsos excitant, sed ab alio suscitandi sunt, Christus uero a se suscitatus est. Sed & illa uerba pẽsanda sunt
C vbi posuisti eum? Audierat. n. magistrũ dicentem, cum suscitare voluit Lazarũ, vbi posuisti eum? similia verba, illa vsurpat dulcissima illi verba magistri sũt. Se qui sic diligit Christi sermonem, quan-
Io. 11. tum diligit personã eius? Sed excessum amoris attende, cum ait, ego eũ tollam. Dic mihi o mulier si fuerit in domo Annæ, uel Caiphę quid facies? ego eum tollam. Si in domo Herodis, aut Pilati? ego eum tollam. Quasi ursa nunc est rapto catulo Magdalena, omnia se posse credit, o excessus amoris? vere dilexit multum, ideo prima meretur gaudia, quæ plus ardebat cæteris.

Audi nunc Magdalenæ profectũ. Initium eius fuit, dilexit multum, medium A fuit, plus diligere q̃ oẽs Apl'i tpe Resurrectionis, iõ Ecclesia, ait ipsi primum apparuisse, ut Apostola Apostolorũ esset. Deinde Apostolicum munus obiuit p̃dicãs Marsilijs Chrm. Postea triginta annis contemplationi oĩno dedita est, ut optimã partem eligeret, quo dutas ignem charitatis in ea excreuisse? Certe, sicut febris, q̃ prius sanguinẽ occupauit, deinde cum radicatur carnẽ, & ossa, sic occupat, ut hectica febris sit, q̃ nulla vi naturæ pelli, potest, dum cõfirmata fuerit, ita ignis dilectionis usq; ad Magdalenę ossa penetrauit, ut iure vsurpare verba illa possit. De cælo misit ignem in ossib. meis Thr. 1.
& erudiuit me. Et cum nullam nouerimus ægritudinẽ corporis fuisse, q̃ ei uitã ademerit, probabile est hac immẽsi amo B
ris uim animam a corpore separasse. Accidit. n. sępe, ut vis amoris humani, & anxietas ab ipso procedẽs hoĩes interemerit, & ideo mirandum nisi est, amorẽ diuinũ id aliqñ efficeri, pcipue cum supramodum excreuerit in Magdalena, Nobis uero imitanda proponitur illius dilectio, & dilectionis signa, ac mirabilis pænitẽtiæ. Primũ ergo diligamus Deũ, q̃m ipse prior dilexit nos, ait Ioãnes. Vis nosse 1. Ioã. 4
ꝙ ipse prior te dilexerit? Audi cũ te de nihilo creauit, & innumera alia creare posset, illa nõ cõdidit, sed te, cũ nihil fuisse, cũ nihil meritus esses, solo amore te eduxit ex nihilo, prior ergo dilexit te. Deinde vero, cũ ad nihilum redactus esses C
iterũ p peccatũ, & ad deterius nihil, cũ melius tibi esset, si natus nõ fuisses q̃ in peccato esse iterum ex hoc nihilo te eduxit, uitã, & sanguinẽ effundens, an non prior te dilexi? Merito Ioannes ait. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nr̃is in Apo.
sãguine suo, an nõ infiniti amoris signũ hoc est, vitã ꝓ inimico dedisse? An amorẽ non rependẽs tanto amori? Certe ardere amore deberemus, & impleri multo illo, ꝙ in utre veteres mittendum nõ est imo lãgunculas nouas disrũpit. Qua. n. alia recompensari amor põt nisi amore? Poteris uinũ frumento, frumentũ oleo, & uniuersa alia pecunia commutare, ut amori solo amore poteris r̃ndere, nulla

alia

A alia digna commutatio est. Unde sponsus ait, si dederit homo oẽm substantiã domus suę pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. In eadem, ut aiunt moneta amor persoluẽdus est. Tantæ dignitatis amor est, ut utilis, & abiectus nõ efficiatur, ẽt si in infima persona sit. Sicut lux, quia supremum accidens inter corporalia est, ẽt in re immunda constituta pura est, & munda. Nec satisfacies amori, qui in infirmitate es, nisi amorem rependas. Est tibi seruus Aetiops, qui te ex corde diligit, fidelis, & solicitus in tui obsequio, & ais, diligo seruũ hũc sicut aĩam
Eccl. 7 meã. Sic. n. Sapiens faciendum monet. Est tibi seruus fidelis, sit tibi sicut anima tua. Ecce amorẽ in vili seruo pretiosum. Qd si tibi dicã, in uili seruo dilectionem
B constituis? Dices, diligit me, fidelis mihi est, obsequitur mihi, qũo cum nõ diligã? Quid mirum cum, & catellum te diligẽtem diligas? Sed ò ingratissime oium homo, diligis vilem seruum, & dicis, debere te illi dilectionem, qui te diligit, cum tñ pro te flagella, spinas, crucemq; nõ sustinuerit, & Deum nõ diliges, qui infinito te amore dilexit, qui pro te sanguinẽ fudit? Despecis in Christo dilectionẽ, q̃ in seruo magnificas? Si ꝓ te seruus fecisset, quæ Deus pro te fecit, efficeres te seruum serui tui, ut ei gratus esses, & cum Deus ea ꝑstiterit, eius seruus esse nõ uis? Sed ais, Deum diligere uolo, sed qũo cum diligam? Dilige multum, ut Magdalena, infinitæ. n. bonitati infinitus a-
C mor debetur, hunc cum persoluere non possis, dilige eum ex oibus uiribus tuis, fortis sit ut mors dilectio, mors aĩam separat a corpore, mors a nullo superatur, omnia superat, ita dilectio Dei omnia superat, & a nullo superatur. Ideo ait Paulus, qs nos separabit a charitate Chri-
Ro. 8. sti? Oia relinquere facit pro amato, tu ergo si Deo placere uis, illud Pauli perfi-
Hebr. 12. cere cura, abijcientes omne pondus, & circũstans nos peccatum, curramus ad propositum nobis certamen, oia ergo abijcienda a nobis sunt, quę Dei dilectioni aduersantur. Secundo charitas conuictum, & colloquia cũ Deo querit, si. n. amicus tibi est intime dilectus, nõ opus est admonitionib. ut cũ eo colloquaris A amicitia Dei, & aiæ gr̃a ornate maxima est, amor. n. De infinitus est, amor aię super oĩa, qũo ergo colloquia dulcia inter se non misceat? Certe quia refrixit multorum charitas, & ideo orõni non incũbunt, gustate ergo, & uidete q̃ suauis est Dñs. Et Sapiens ait, non habet amaritudinẽ conuersatio eius, nec tædiũ conuictus illius. Eximium quidẽ Dei donũ, & misericordia fuit in hoĩes, cum eos in amicos recipere uoluit, tunc uero facultatẽ cõcessit, ut eum sępe alloqueremur ut amicum, amicitiæ. n. hæc lex est, ut cũ amico colloqui liceat. Hoc uero ingens hoĩs priuilegiũ est, persimileq; illi, quo reges aliquos nobiles honorare solẽt, vt sint clauicularij eorum, qui ita regib. familiares sunt, ut eis nunq̃ ꝓhibeatur ingressus ad regẽ, ꝙ summi honoris loco censentur, & manum regis beneficium quãtę ergo dignitas iudicãdum est, in authoris amicitiã, et familiaritatẽ admitti?

Ps. 33. Sap. 8.

B

Et tandem nobis proponitur Magdalena in exemplar penitentiæ, & asperitatis uitæ, ut sic difficilia Dei causa aggrediamur. Admiranda profecto asperitas uitæ tanta in Magdalena, ut per triginta annos in deserto moraretur, cum audisset a Christo, remittuntur tibi peccata tua, cum delicata, & tenera esset. Vere rectã lineã eam dicere possumus, de qua Matematici aiunt, extrema eius maxime distare, initia. n. uitę il 1° amor sui, delicitię, uestes ꝓtiosæ, unguẽta, lauta mensa fruere, sed extrema oĩno diuersa, amor Dei contemptus sui, asperrima uitę rõ. Sic ut ergo fuit prius exemplum peccatorum, ita postea relicta est in exẽplar pnĩum. Nos qdem miseri onerati peccatis sumus, fortes, ac sapientes ad faciendum malum, bene aũt facere nescimus, ĩfirmiq; sumus, ut peccata puia deleamur. Animi fortitudo nobis potius d est, q̃ corporis, & plura possumus, quam nos posse putamus, sed amor proprius nos decipit, & fortes nos credimus ad mala p etrãda, imbecilles ad bona. Fidimus uero diuina mĩa uane, si dignos pænitentiæ fructus non facimus. Sicut enim recte sperat agricola terræ fructus,

C

A ctus, cũ bene seminauit, sin minus uane eos expectabit, ita q̃ seminauerit homo,
Psa. 36 hæc, & metet, ut Paulus ait. Hinc Psal. Beatus vir, cuius est nomē Domini spes eis, & non respexit in uanitates, & insanias falsas. An non insania falsa est, tritici sperare, cũ spinas seminaueris? Spera ergo in domino, & fac bonitatẽ, & pasceris in diuitijs eius. Multi dicunt, Magdalena peccatrix fuit, & salutem consequuta est, ergo similiter cõsequar, & ita quidem erit, si sicut eam sequutus es errantem, sequaris, & pœnitentem, q. si secus feceris, secus accidet tibi, Dicit æger,
Simile ille ea ægritudine laborauit, qua ego laboro, sicut ille saluti restitutus est, ego restituar, nec attendit miser, hæc dicens,
B quod alter plura adhibuit medicamina, ipse uero nullum adhibere vult. Si ergo sanari uis, Magdalenam imitare amantẽ, & pœnitentem, & tunc implebitur in
Esa. 4. te illud Esaiæ. Si abluerit dñs sordes filiarum Sion, & et sanguinem Hierusalẽ lauerit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Spiritum iudicij uoca pœnitentiam, spiritum ardoris dilectionem Dei. Ex his salutaris conficitur medicina, quibus peccata purgat ille, qui uenit purgationem facere delictorum. Si uero potionem hanc amatã bibere nolueris, salutem non consequeris. Hinc Psalt. Pro nihilo saluos facies illos: in ira
Ps. 55. populos cõfringes, quo loco Hebræa sic habent, pro Aben saluos facies illos. Aben uero iniquitatem significat, ait ergo
C Psalt. pro iniquitate saluos facies illos? quasi dicat, sperant, uel potius præsumunt, saluandos a te esse, cũ iniqui sint, & uelint in iniquitate perseuare: non ita erit, sed in ira populos confringes, quomodo tu sperabis saluus esse pro nihilo, cum nihil boni feceris, cum iniquitates committas, cum uix eam æternam salutem sanctus speret? Si enim iustus vix saluabitur, impius, & peccator ubi parebunt? pœnitentiam ergo age cum Magdalena, ut cum ea regnes in æternum, &c.

## Concio Secunda, in festo Beatæ Mariæ Magdalenę.

*Them. Fides tua te saluam fecit, &c. Luc. 7*

EX his, quæ præcipua consideratione digna sunt unum est, bellum perpetuum, ac iugis pugna inter diuinam bonitatem, & misericordiam ex una parte, & hominis immensam malitiam ex altera. Hęc inter sese pugnant, & contendunt. Arma diuinæ bonitatis, & misericordiæ sunt, immensa, innumera beneficia, quæ congerit super caput nostrum, quasi carbones ignis, ut nos superet, ac ad se trahat. Quæ sunt sagittæ illæ acutę, de quibus Psaltes ait. B
Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis. Et iterum Ps. 44.
sagittæ potentis acutę, & carbonibus desolatorijs, quia carbones ignis congerit, dum cibat inimicos, & eis benefacit. Hic etiam est ille gladius, de quo Psalt. Ps. 119
ait. Accingere gladio tuo super fœmur tuum, potentissime. Arma malitiæ hu- Ps. 44.
mane peccata sunt, quibus in Deum pugnamus.

Licet nunc oculo mentis attollere, & bellum hoc instructum ex utraque parte inspicere, pugnatores ualidos, bellumque perpetuum, quod in alijs primum uideamus, deinde in nobis ipsis. Pugnam istam inter Deum, & filios Israel describit apprime Hieremias dicẽs Hi. 32.
Propter malitiam filiorum Israel, & C
filiorum Iuda, quam fecerunt, ad iracundiam me prouocantes, ipsi, & reges eorum, principes eorum, & sacerdotes & prophetę eorum, uiri Iuda, & habitatores Hierusalem, & uerterunt ad me tergum, & non facies, cum docerem eos diluculo, & eruditem, & nollent audire, ut acciperent disciplinam, & posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, ut polurerent eam, & ędificauerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij Enon. Et nunc propter ista. Hęc dici Dominus Deus Israel. Ad ciuitatem hanc, de qua uos dicitis,

A citis, q. tradatur i manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & i peste. Ecce ego congregabo vos de vniuersis terris, ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam cõfidenter, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deũ, & dabo eis cor vnũ, & viam vnam, vt timeant me uniuersis diebus, & bñ sit eis, & filijs eorum post eos, & feriam eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere. Hæc loquitur Deus per Hieremiã. In quib. verbis attendẽda primũ est multiplicatio verborum in peccatis describẽdis, qua multitudo peccatorum ostenditur, quę tanta erat, vt ipsi in se ipsos sniam ferrent dicentes, tradetur ciuitas in manus regis Babylonis, Deus ve-

B ro aliter se facturum dicit, promittit.n. innumera bona, ac beneficia, & qd nunquã desinet eis benefacere, & quod aduersus arma peccatorum armis beneficiorum pugnabit, nec se pmittet supera ri a malis eorum, sed potius vincet i bono malum. Mirabilis ꝓfecto Dei bonitas, stupendaq; i nos eius misericordia.

Hanc ẽt. pugnã mirabiliter describit Habacuc, qui videns Deum iratum in Israel ait. Cũ iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Sed vñ hoc nosti ò ꝓpheta? Hoc, ait, vt mihi sit certũ persuadent bñficia, q̃ olim pstitisti Israel, cum ei pp peccata debuisti irasci. Et.n. cum illi aduersum te pugnarent iniqtatib. suis, tu pro immẽsa tua bonitate beneficijs decertabas, & pro iniqtate eorum bona eis retribuisti, hoc significat propheta

C verbis illis, Etenim ꝓiniqtate. Ad hoc .n. verbum referuntur vniuersa, q̃ pręcedunt, & sequunt per figuram Zeugmatis, quia plura coniunguntur vna aliqua snia, aut verbo. Illo ergo uerbo, pro iniqtate, coniungit propheta uniuersa, q̃ i illo cantico dicit ab illis uerbis, misericordiæ recordaberis, q. d. in captiuitate hac Babylonica tuam spero misericordiã af futuram Israeli, licet iram mereatur, qm hoc belli genere hucusque usus fuisti, dũ innumera concessisti beneficia etiã maximis peccatoribus. Cũ.n. Israel in Aegypto idola coluisset, ut dicit Ezechiel, cũ

Hab. 3

contra Moyses, & Aron sæpe murmurasset in Deum non crederet, nec sperasset in salutari eius, tũc loco iræ, & uindictæ beneficia præstitisti, legẽ dedisti, apparẽs ei i Sina. Hoc mire describit Habacuc dicens, Deus ab austro ueniet, & sanctus de monte Pharam, &c. Quia ut ueniret Deus in Sina processit tãquam sol de mõtib. Seir, & Pharam, ut Delbora ait, & Moyses in Deut. Addit propheta: Cornua in manib. eius, stetit, & mensus est terrã, &c. Quasi dicat, pro iniqtate postq̃ legem dedit, licet eã transgressi fuerit ipse cornibus suis deleuit Chananæos, & Pherezeos, & dedit, ac destinauit eis terrã ꝓmissam. Et addit. Pro iniqtate uidi tentoria Aethiopiæ, turbabũtur pelles terrę Madian, pgit alia beneficia enumerare, quæ eis Deus præstitit pro iniquitate, i. loco supplicij quod pro iniqtate merebantur destruxit, ait, Madiã diuisit Mare rubrum, & Iordanem fecit solem stare, ut hostes superarent, q significat, cum ait, uidi tentoria Aethiopię, turbabunt pelles terrę Madian, qb. uerbis describit uictorias Otonielis, & Gedeonis. Nunquid in fluminib. iratus es domine? uel in mari indignatio tui? Quasi dicat. Cũ diuisisti mare, & Iordanem, non eras iratus aquis, q̃ in te non peccauerat, sed implens ꝓmissa patrib. exercebas potentiã tuam, denudabas arcum tuum, equosq; tuos, & quadrigas ascendebas, i. oĩb. belli instrumẽtis decertabas, ut impleres promissa, & hæc oĩa pro iniqtate. Hoc est n. ingenium tuũ, ut cum homo peccat, tu ei benefacias.

Sed hoc mirabile bellum iter Dei bonitatẽ, & hoĩs malitiam elegãter describit Ezech. cum ait. Hæc dicit dñs Deus in die, qua elegi Israel, & apparui eis in terra Aegypti, & leuaui manum meam pro eis dicens, ego dñs Deus vester i die illa leuaui manum meã pro eis? vt educerem eos de terra Aegypti in terrã fluẽtem lac, & mel, quę est egregia inter omnes terras. Et dixi ad eos, vnusquisq; offensiones oculorum suorum adijciat, & in idolis Aegypti nolite pollui, & irritauerunt me, noluerunt que me audire, nec idola Aegypti reliquerũt. Et dixi, vt effun-

Ez. 20.

Iud. 5.
De. 33.

Ez. 20

A effunderem indignationẽ meã ſup eos, & implerẽ indignationẽ meã ſuper eos in medio terræ Aegypti. Et feci pp nomen meũ, ut non violaretur coram gentib. & eieci eos de terr a Aegypti, & eduxi eos in deſertũ, & dedi eis iudicia mea, & pcepta mea oñdi eis, q faciens homo viuet in eis. Et irritauerunt me domus Iſrael in deſerto, in pcepta mea non ambulauerunt, Dixi ergo vt effunderẽ furorẽ meũ ſuper eos in deſerto, & conſumerẽ eos. Et feci pp nomen meũ, ne uiolaretur coram gentib. & pepercit oculus meus ſuper eos, vt nõ interficerem eos, nec cõſumpſi eos in deſerto. Dixi aũt ad filios eorũ in ſolitudine, in præceptis patrũ veſtrorũ nolite incedere, nec in idolis eorum polluamini, ego dñs Deus veſter, in pceptis meis ambulate, & exacer

B bauerunt me filij, in pceptis meis nõ ambulauerunt. Et cõminatus ſum, vt effunderẽ furorem meũ ſup eos, auerti autẽ manũ meã, & feci pp nomen meum. Iterũ leuaui manum meã in ſolitudine, ut diſpergerẽ illos in nationib. & ventilarẽ in terras, eo q iudicia mea nõ feciſſent, & non feci. Adhuc in hoc blaſphemauerunt me patres vñi, cum induxiſſem eos in terrã, ſuper q leuaui manũ meam, ut darẽ eis, viderũt oẽm collẽ, excelſum, & immolauerũt ibi victimas ſuas, certe in uia patrũ vñorũ vos polluimini. Et ego

C rñdebo vobis domus Iſrael. viuo ego, dicit dñs, qa nõ rñdebo vobis, neq; cogitatio mẽtis vñæ fiet dicẽtium, erimus ſicut gẽtes, & ſicut cognationes terræ, vt colamus ligna, & lapides. Viuo ego, dicit dñs qm in manu forti regnabo ſup vos, & educã vos de populis, & congregabo vos, de terris, in qb. diſperſi eſtis, et uos dom⁹ Iſrael. Hęc dicit dñs. Singuli poſt idola vñã ambulate, & ſeruite eis, in mõte excelſo Iſrael ſeruiet mihi oĩs dom⁹ Iſrael, ibi qrã primitias vñas, & in odorẽ ſuauitatis ſuſcipiã vos, & ſãctificabor in uobis in oculis nationũ, & ſcietis, quia ego dñs cũ induxero vos in terrã Iſrael, & recordabimini ibi viarũ vñarũ, & oĩum ſcelerũ vñorum, quib. polluti eſtis, & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro, in oĩbus malitijs veſtris, q feciſtis, & ſcietis, quia ego dñs, cũ benefecero vobis pp nomen A meum, & non ſm vias veſtras malas, neque ſm ſcelera veſtra peſſima domus Iſrael, ait dñs Deus. Hactenus Ezech. Oñdit vero his verbis lõgã cõtentionẽ diuinæ bonitatis cũ humana malitia, & tãdẽ in electis ſuperare diuinã bonitatẽ.

Hoc uero, q in alijs factũ audiſti, ĩ te ipſo videre licebit, ſi ob oculos proponas vitã tuã, q compoſitam, & compactã videbis ex diuinis in te collatis miſericordijs, & ex peccatis, & iniqtatib. tuis. Ex vtero matris innumeras tibi Deus miſericordias conceſſit, cũ uero ad vſum rõnis peruiniſti, ſtatim in Deũ peccare cœpiſti, & ide uſq; nũc, innumera bona a Deo B ſuſcepiſti, & innumera in eũ peccata cõmiſiſti, & cũ ſupplicia maxima meruiſti Eſ.40. bona accepiſti, expertus in te illud Eſ. ſuſcepit de manu dñi duplicia pro oĩb. peccatis ſuis. Phraſis hęc, ſcripturæ eſt, ſignificans, cũ pœnas pro peccatis dẽt luere, multa a Deo recepit beneficia. Hãc vero cõtentionẽ in uita Magdalenæ ſpectare licet, quæ peccatorũ multitudine contendebat cũ diuina bonitate, & beneficijs.

Sed quis tantæ cõtentionis, & pugnæ finis eſt? quis pualet? quis victor euadit? In electis quidẽ diuina bonitas ſuperat humanam malitiam, ac eam delet, vt pater in Magdalena, q ex duplici fonte oritur, primo, ex parte diuinæ grãæ, quæ electis præcipue cõicatur. De quib. proinde Pſal. ait. In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam, & teſtm̃ meũ fidele ipſi Sed quia peccata præuidebat filiorum C ſubiungit. Si autẽ dereliquerint filij eius legẽ meã, & in iudicijs meis non ambulauerint, ſi iuſtitias meas profanauerint, & mãdata mea non cuſtodierint, viſitabo in uirga iniquitates eorũ, & in uerberib. ſcelera eorũ, miſericordiã aũt meam non diſpergam ab eo. Sed quid eſt, q tot iteratis verbis dr. qd paucis dici potuit? An non ſatis dictũ erat, cũ ait, ſi de reliquerint filij eius legẽ meam? quid opus fuit addere, & in iudicijs meis non ambulauerint, & cætera, q ſequunt? quater .n. idẽ repetitur. Non delectatur ſpũs diuinus inani bathologia, ſed ſolet verbis facta, quæ narrat imitari, & ut amini con-

Pſa.88

A contẽtionẽ,ac feruorẽ ob oculos ponat. verba repetit. Sic de Baptista dr̃,& confessus est,& nõ negauit,& cõfessus ẽ,qa nõ sum ego Xp̃s,ter id ipsum repetit,vt intelligam⁹ Baptistã nõ solũ negasse,sed maxima asseueratione,& desiderio persuadendi,se nõ esse Xp̃m. Sic ẽt Dã. ait. Tũc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabãt,& benedicebãt Deum.i. magno aĩi feruore,oĩb. modis, oĩb. uerbis. Ita regius Ps. quater repetit peccata filiorũ Dauid, vt osñdat contentionẽ eorũ,qui sæpissime peccãt,q.d. ẽt si peccauerint sępe, eos erigam, bonitate, ac mia mea cũ illorũ peccatis certabo,non vincarã malo eorũ, sed vincã in bono malum. Ideo quater repetit,qa in his electis nõ hẽt locũ comminatio illa ꝓphetica. Sup tribus scelerib. Damasci,& sup quatuor nõ cõuertã eũ: nam ẽt sup quatuor

Ioan. 2

Dan. 3

B conuertet eos,si forte admiserint,ut patet in trãsgressione filiorum Dauid quatuor repetit. Amos uero non de electis loquit̃,sed de reprobis,quib. licet conceda tur diuinum auxilium necessarium ad conuersionẽ,sed negatur excellẽs,& superabundẽs,& ppea ait,non conuertam eum. Pro cuius loci explicatione notandũ est,numerũ ternariũ apud Hebræos multitudinẽ significare,qa prim⁹ numerus multitudinis est ternarius. Io. Chrysin Matthęũ,exponẽs illud,in farinę satis tribus,ait. Tria hic sata ꝓ multis posuit. Cõsueuit.n. hoc numero ꝑ multitudine vti scriptura. Tria ergo scelera Damasci

Chrys. ho. 47.

C multa scelera significat. Cũ vero quartũ addit̃ super tertiũ,excessus maximus intelligit̃. Sicut cũ dr̃,ò terq; quaterq; beati.i. sępissime beati. Vñ cũ quatuor dñr Damasci scelera,intelligit̃, excreuisse iã peccata vltra cõsuetũ numerũ, plurima que esse,ut nõ sit iã vindicta differẽda,et sic intelligit Theod. Non ergo cõuertit Deus impiũ,q terq; quaterq; peccat,cõuertit vero electũ,en diuersitatẽ ex parte diuinę grã inter reprobũ,& electum. Ex parte ẽt liberi arbitrij hoc interest inter electũ,& reprobũ, ꝙ elect⁹ eo vtit̃ in salutẽ,& propria uolũtate vtit̃ diuino auxilio,& discedit ab iniquitate post plurima peccata,ut Magdalena. Reprobus

vero idurat̃,ut Pharao. Hoc electi signũ ꝓponit Paul. simul cũ priori,cũ ait, Sed firmũ manet Dei fundm̃,hẽns signaculũ hoc, Nouit dñs,q sũt eius,& discedat ab iniquitate oĩs,q inuocat nomen dñi.

2. Ti. 2.

Huius vero rei pclarũ,ac illustre nobis hodie ꝓponit̃ exẽplũ,ac Magdalena,cui post tria,& quatuor pctã adfuit diuina grã,& illa libero suo arbitrio ei cooperata,fuit,mirũq; pctõrib. reliquit amoris. & pnię exẽplũ,ut nos Deo cedere nouerimus,& bellũ,ꝙ cũ Deo gerimus,in pacẽ mutare. Ecce ergo mulier,quæ erat in ciuitate peccatrix. Quæ prius bellum cõtra Deum gesserat,nunc vulnerata diui

B na sagitta ad Xp̃i pedes ꝓuoluit̃. Vulnerata fuit gladio verbi diuini,sagittis beneficiorũ. Ad quosdã Xp̃s ait,sermo meus nõ capit ĩ vobis.i. nõ insidet mẽtib. ur̃is, nõ eo ꝑfecistis,est quasi cibus,q stomacho nõ cõgruit. Aliqñ venator ferã sagitta vulnerat,& cor ei⁹ trãsfigit,vel herba apta intincta sagitta erat,& tunc fera ad pedes illi⁹ statim cadit. Aliqñ vero nõ in corde vulnerat̃,vel herba qa itincta erat nõ adeo potẽs est,& tũc fera fugit,& forte morit̃ in altis rupib. ubi oĩno deꝑdit̃, nec alicui ĩ uisum est. Viu⁹ qdẽ ẽ sermo Dei,& efficax,& penetrabilior oĩ gladio ancipiti,iõ vulnerat sp̃,Sermo,quẽ locutus sum vobis,ille vos iudicabit,ait cæ'estis magister. Licet.n. icassũ iactũ videat̃

Ioan. 8

Simile

Ioã. 12.

C Dei uerbum,nunq̃ tñ vacuũ reuertitur, aut inane. Si.n gladi⁹ Saul nõ ẽ reuers⁹, inanis,multo min⁹ Dei verbũ,ꝙ gladi⁹ Dei est. Vulnerauit qdã te,docuit te. Sed aliqñ cor trãsfigit,vel herba potẽti itinctũ est,vt statim deijciat hoĩem,& mutet,cũ.grã efficax adest. Tũc illud elã tur ꝙ Ps. ait, Sagittas suas ardentib. effecit.i. ardẽtes effecit,vel reb. ardentib. & ignitis itīxit,qb. vulnerat⁹ hõ,ad Dei pedes cadit,ut Magdalena. Sagittę tuę acutę,populi sub te cadent. Alios uero Dei verbũ vulnerat,sed nõ ĩ corde,q non statim uitã deserũt carnalẽ,q fero sagitt̃ę dñt,ergo errauim⁹,et ueritatẽ agnoscũt diuini verbi sine fructu,quorũ mors inutilis est,& pessima. Ecce,ergo mulier, q̃ fera fuerat,uagãs in mõtib. & quasi filia onagri se liberã putabat,sagitta vero di-

2. Re. 1

Psal. 7.

Psa. 44

A uini verbi transfixa est.q̃ potentissima in tinctam herba ostendit, anxietas illius, ac dolor, quo ad Christi accepit pedes.

Sed attende qd in Magdalena effecerit diuinũ verbũ. Quid nã ne moleste ferũt, si veritatẽ audiãt, similes profunde dormientib. quib. molestũ est, q̃ fenestrã aperit, vt excitentur. Sic moleste fert auarus, si ei dicas iniustos ipsius contractus, & inhonestus, si inhonestã, & turpẽ ei9 vitã pponas. Audiet luxuriosus, & displicebat ei, ait. Sapiens. Sic cum spõsus excitaret sponsam, vt ei aperiret, illa ait, Nunc tunicã exui, nũc lectum ingressa sum, pmitte me nunc dormire; surgam postq̃ dormiero. Ita quidã Deo rñdent vocãti, sine me mõ pauli spes quiescere, in mundo delectari, cõcupiscẽtijs seruire, postea Deo me tradã. Venit lux ĩ mũdũ, & dilexerunt hoĩes magis tenebras, q̃ lucem, & iõ fenestrã claudere curant, ne lux subintret. Nõ sic Magdalena, sed Deo gratias agit quia lucẽ ei dedit, & vt cognouit, quo loco lux esset, ad eã venit, dñs Deus aperuit mihi aurem, ego autẽ non contradico. Sic puer Samuel moleste non tulit, q̃ in nocte vocaret a Deo, sed ait, ecce ego, q̃a vocasti me. Sic Magdalena vocata, adest Christo, ecce mulier uocata ait, ecce ego, quia uocasti me.

Eccl. 2.

Can. 6.

B

Esa. 50

1. Re. 3

Sed cũ dr. [ Ecce mulier, ] aliquid insigne, & consideratione dignum oñditur particula. n. ecce, id significat, quid ergo noui nunc est, qd inauditum, q̃ attendamus? Certe q̃ mulier virũ q̃rat, eius domum circundet, in eum irruat, ei blanditias paret, ac delicias, lachrymas corã eo fundat, vnguenta deferat. Attẽde rei huius nouitatẽ, quã prædixerat Iere. Vsq; quo delicijs dissolueris filia uaga, quia nouum creauit dominus sup terrã, fœmina circũdabit virum. Hęc verba de beata virgine accepi primum dñr, quęvero suo portauit uirum perfectum Christũ dñm, sed aptẽ, ac conuenienter ad aĩam referuntur, quæ Christum quærit, eiusq. domũ circuit, & inuentum blanditijs, ac delitijs mulcet. Quasi dicat Deus vsque quo aĩa peccatrix a me recedes? ego hãc nouitatẽ in terra ponã, efficiamq; vt mulier me virũ q̃rat, domũ circundet meã, mihiq; adhęreat. Sicut. n. cõe, ac vulgare est, vt vir mulierẽ q̃rat, eiusq; domũ circuat, ei blandiat, nouũ vero, q̃ è cõuerso id fiat, ita nouũ nõ est, sed antiquũ, q̃ ego aĩam q̃ram, diligã, circuiã. Sed nouũ est, q̃ aĩa id cũ Deo faciat. Hoc ergo nouum pmitit Deus, facturũ se sup terrã. cũ ait, mulier circũdabit virũ. Hoc vero in Magdalena nũc impletũ videmus, illa. n. domũ suã reliqt, & vt cognouit, in qua domo Chrs esset, ad eã venit, illam circuit, pedes illi9 vngit, lachrymis lauat Immẽsus Dei amor in aĩam oñditur, cũ p Esa. ait, gaudebit spõsus sup spõsam, & gaudebit sup te Deus tuus. Quib. verbis inumeras Dei ĩ aĩam blãditias explicat, similes his, quib. spõsus blãditur sponsę. Sed hoc vetus, ac antiquũ De9 dicit, nouum vero, q̃ mulier Deo blãdiat, & iõ tanq̃ nouum pponitur ab Euangelista inspiciẽdũ, cũ ait. [ Ecce mulier. ] Deinde mirabile aliud innuitur, cũ ait. Ecce mulier, quę erat in ciuitate peccatrix an nõ mirũ, q̃ in vili fœmina, ac peccatrice tãtã Deus grãm cõstituerit? An non mirũ in parua, & infima terra omnẽ cęlestẽ virtutẽ, & ordinẽ collocari? Simile huic illud Ezech. 4. Fili hoĩs sume tibi laterẽ & describe in eo ciuitatẽ Ierusalẽ, an nõ impossibile videtur, ĩ paruo latere, rudi, & inæquali materia, rẽ tantam depingi. Sed hoc miraculũ Deus nũc operatur, dũ in peccatrice muliere oẽm cęli ordinẽ, ac virtutem collocat. An nõ hæc mulier coruus fuerat, de quo in Genesi dr, egrediebat, & nõ reuertebatur, quia corporib. putridis inhęserat? Quo ergo nũc colũba fit, q̃ reuersa est ad arcã? Mirabilis profecto metamorphosis, cũ ex coruo in columbã repẽte mutat, e terra in cęlũ, è carne in spũm. Sicut ergo eximij pictoris est, pulcherrimam imaginem pingere in tabula, vel linteo mũdo, æquali, ac terso, sed mirabile esse, si ĩ linteo immũdo, & plurimis figuris obscurato pulcherrima depingeretur imago. Ita mirabilius est in peccatrice fœmina Xpm depingere, q̃ in Angelis, in Adamo, & iustis? Quis põt facere mundũ de immundo conceptum semine, nisi tu, qui solus es? Iob ait. Quis nisi De9 infinita sua po ten-

A

Esa. 62

B

Ezc. 4.

Gen. 8.

C

Iob. 14

A iēria mundare potuit, immūda Magdalenā quis eā bonis replere cæleſtibus? Et ió opus hoc nō ſolum Dei opus dr̄, ſed opus dexteræ eius, in dextera.n. pci pua
Pſa.97 virtus eſſe ſolet. Hic Pſaltes. Saluauit ſi bi dexterá eius & brachium ſāctū eius.
Luc.1. Et Maria fecit potentiā in brachio ſuo.
Pſal. 8 Opa digitorū Dei dn̄r cæli a Pſalte, ſed opus brachij, & dexteræ pctōris ſalus, qa licet Deo utrunq; ſit æque facile, ex ſe rñ difficilior eſt pctōris remedium, & eius pfecta ſal⁹. Sed accedit hæc mulier. (Vt cognouit qa Ieſus accubuit i domo Phariſæi.) Non ſine diuino numine res ſuas agebat Magdalena, & opportunū elegit tps, cū Ieſus eſſet in cōuiuio. Primo, qm̄ licet a Phariſæo uocatus ſit i cō uiuiū, ſed dulcē cibū, qui ei bene ſaperet
B nō appoſuerat, illa vero hūc defert. Quis
Ioan.4 cibus tu⁹ ò dn̄e, quo libēter ueſceris? Ci
1.Th.4 bus meus eſt, vt faciat uoluntatē eius, q
Pſa.30 miſit me, vt perficiā opus eius. Hæc eſt aūt volūtas Dei ſanctificatio ueſtra. Cor ergo contritū, & humiliatum Deus non deſpicit, ſed amat, ſed libenter comedit, hunc ei dulciſſimū cibum Magdalena apponit, ne in conuiuio fame cōficiatur.
Ge.27. Sicut Rebecca parauit cibos, ſicut uelle nouerat patrem illius, & ſic benedictio nē accepit Iacob. Deinde in conuiuium Magdalena venit, qa Deo gaudiū eſt, & cōuiuium peccatori ignoſcere, non igno ſcit Deus, vt hō, qui moleſte fert cum ve
Lu.15. niā dat, ſed cū gaudio, vt oñdit in parabola filij diſſipatoris, facit.n. cōuiuiū, & choros inſtruit, & ait epulari āt, & gau
C de te oportebat, qa frater tuus mortuus erat, & reuixit. Qm̄ in re ſumma Dei ap paret mīa. Maximum quidem malū pec catum eſt, & maius oī pœna, quia pœna creaturam offendit, culpa vero Deum. Et cum infinitum ſit malum peccatum, quia in Deum eſt, alia parte nobiſcū be ne actum eſt, ꝙ Deus ſit offenſus pecca to, & non creatura. Tot.n. ac adeo grauia peccata ſunt, ut offenſæ eſſent creaturæ, nulla creaturę patientia ſatis eſſet, vt illa ſuſtineret, ſed ſtatim vltio ī pecca tores deſæuiret. Cum vero peccatum in Deum ſit, ui infinite patiens, & miſeri cors eſt, nō cito iraſcitur, ſed ſuſtinet in multa patiētia uaſa iræ apta in interitū
& miſeret oium, quia oia pōt diſſimulās peccata hoium pp pnīam, & parcis Sa. 11
illis, & leui pnia, ac facili ingētia donat crimina, & feſtiuis gaudijs, & conuiuijs peccatorē excipit. Ió hoc tpe Magdalena acceſſit, & ió ſe inuitari Xp̄s noluit, qa in Magdalenæ cōuerſione gaudiū, & lætitiā, & cōuiuiū parat. Sed nunc intue ri liber mirabilis Magdalenæ oculos, q ſunt tanq̄ piſcinæ in Eſebon, lachrymis pleni capillos pulcherrimos, manus vnguentis plenas cor amore ſeraphico, in his.n. videbimus diuinæ mīæ inſignē, & eiuſdē uexillū erectū i Magdalena, quæ quaſi ciuitas eſt a diuina mīa expugnata Simul et i tuebimur Magdalenę cooperationē ad ſalutē aīę ſuę. [Lachrymis cœ pit rigare pedes eius, & capillis capitis, B
ſui tergebat, &c.] En lachrymas, q̄ aquę ſunt, in qbus corui ſoti in colūbas mutātur, q̄ pnici volatu, ac velociſſimo ferun
tur. Initio mundi dixit Deus, producant Gen. 1
aquę volatile ſuper terram. Nūc idipſū impletū videamus in Magdalena. Volauit hodie tanq̄ aquila grādis, nō ſup nubes ſolū, nō ſuper cælos duntaxat, nō ſuper angelos, & archangelos tm̄, inter ſeraphinos nidū collocauit. Ex vniuerſis.n. ordinibus Angelorum aliqui ceci
derunt, ut ait D. Tho. Cum vero Ange D. Th.
lorum ruinę reſtaurā dæ ſint ex hoībus, 1. p. q.
q ut lapides viui in cęleſtem Ieruſa'ē dū 63. ar. 7
cuntur, cui dubium eſſe poterit Magdalenā inter ſupremos eſſe Seraphinos? Si plus ardebat cæteris, & ió prima meret gaudia, cur nō primas ſedes aſcēdit? Nō
repeſcet Seraphinorum regio, Magdale C
næ cōſortio, cum ea dilexerit multum, ſicut, & illi. En uolatile ingeniū, & altiſ ſimè uolans Magdalena eſt. Sed quis nā hoc volatile produxit? Certè aquæ cæleſtes. Qm̄ auis aquis immerſa eſt, a volatu retardari ſolet, at vero aīa lachrymis im merſa altiſſime uolat, quia aquæ iſtæ è cælo ortum hn̄t, & ideo in cęlum ducūt, quia vnde exeunt flumina reuertuntur. De his aquis illud merito accipi pōt, qd Pſaltes ait, aquæ, q̄ ſuper cælos ſunt, lau
dent nomē dn̄i. Cæli quidem iuſti ſunt, Pſ. 146
qui innocentiam ſeruauerunt, ut Abel,

A Noe, Abraham, & Isaac, q in Deū grauiter nō peccauerunt, & adeo peregrinā impressionē nō susceperunt tanq̄ cæli. Sed sup celos istos aquę sūt, dū Magdalena, & Petrus, lachrymis, & pnia excesserūt eos, ac supauerunt illos, q nō peccauerunt, & lachrymæ veræ pniæ fecerunt, ut cælos excederent. An nō id in diluuio illo maximo quasi in figura ostē sum nobis est? Scriptū est. Rupti sūt oēs
Gen. 8 fōtes abyssi magnæ, & cataractę cę i apertæ sunt, & uenit diluuiū, q oēm perdidit carnem, exaltauit vero in sublimes mōtes Armeniæ arcā, in qua iusti erant. Intuere nūc diluuium aliud mirabilius in Magdalena, tūc terra, & cęlum aquā dedere immensam, nūc in Magdalena aquę plurimę lachrymarū sunt, q proce
B dunt ex eius oculis, ut a terra, & ex diuina gratia, & auxilio, vt ē cælo. Vtrinque .n. lachrymæ veræ pnię procedere dēnt. In his vero lachrymis, & diluuio oīs caro cōsumpta est, è ē peccatum deletum, oīs carnalis cōcupiscentia mortificata. Spūs uero ī sublime elatus est tanq̄ arca, cęlosq; penetrauit. Si .n. diluuiū quadraginta dierū arcā sup mōtes Armeniæ cōstituit, quo nō euehet Magdalenam diluuiū lachrimarū, q durauit pmultos ānos.

Sed iā capillos Magdalenæ cōtemplemur. Capillis tergebat pedes Christi capillis illaqueabat Xpm, uel potius se ipsam ligabat cum Xpo, capillis suis, vt ab eo duceretur in sublimē Ierusalē. Sicut
Eze. 8. olim cum Ezech. factum est dicētem ip
C so. Et emissa similitudo manus apprehēdit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me spiritus inter terram, & cœlum. Nunc vero Xps magni consilij Angelus eleuat Magdalenā ī cincinno capitis eius. Illa pedibus Christi capillos applicat, ille vero manu sua è capillis eam apprehendens in cætū leuat. Simili arte in
Simile sublimem arcem miles ascendit, vt eam expugnet, cum auditus alia parte nō patet, si quispiā scalam demittat è superiori loco, q̄ alligat altissimæ petræ, ascēdit per eam miles, & arcem capit. Altissima profecto arx cęli est, & infimo in loco Magdalena iacebat, sed in supremo lapide arcis, in Christo Dño scalam capillo rū ligat, & p auream illam scalā in cœli arcē ascēdit, & vim eum capit. Mirabiles pfecto capilli, q scala cæli facti sūt, p
A Angeli ad tādescendūt, & illa ascendit in cælū. Si oī iusto dictū est, capill' d ca
Lu. 21. pite vestro non peribit, & capilli capitis
Mat. 10 vestri numerati sunt oēs, iure optimo de Magdalenæ capillis id pronunciari pōt, quia ad Christi pedes sanctificati sūt. Cū vero capillis cogitatio significetur hoīs, Magdalenā imitari possumus, si cogitatione, & meditatione pia nos Xpo ligauimus, vt ad cælestia ab eo ducamur.

Manibus vero vnguēta defert, quib. Christi pedes vngat. Multa illi erant ptiosa monilia, nec aliquod eorum defert sed dūtaxat pretiosum unguentū. Aspexit .n. vniuersam suā vitam, & pessimū peccatorum odorem sensit, quē Christo
B Dño, molestissimū fore putauit, & ideo alabastrū vnguenti defert, nouit .n. Deū bono odore delectari, ideo namq; phialas in tēplo esse voluit plenas odoramētorum. Licet vero vniuersa peccata fœtēāt, pcipuè tñ carnis, q proinde stercus dnr. Hinc Ioel Cōputruerunt vt iumen
Ioel ta in stercore suo. Et sapiens. Mulier for
Eccl. 4. nicaria quasi stercus in via. Sed iam bonus odor Xpi facta Magdalena est, & repleta est domus ecclesiæ ex odore vnguenti illius, & exempli pœnitentiæ.

Vidimus in Dna Magdalena diuinā misericordiam, ac bonitatē superātem illius militiem, ac penitus delentem, subijcientemq; sibi Magdalenā, q in oī ele
C cto similiter fit. Restat nunc uidendum, in reprobis quis superetur, num diuina bonitas hoīs malitiā, an malitia hominis Dei bonitatē? Et vt quidē diuinā bonitatē a malitia hoīs superari nō .n. superatur, malitia non vincitur in certamine. Diuinam vero bonitatem superari impossibile est, quid ergo dicemus? Superaret certe hoīs malitiā, nisi hęc duritia sua obstaret, qa vero Deus fecit hominem liberum, & reliquit eum in manu consilij, sui, cum oino subijci Deo nō vult, relinquitur a Deo, & certamē dissoluitur nullo superante. Sed ingens profecto malitia illa est, quæ à Dei bonitate non superatur in certamine. Ingens duritia, quæ

A quæ tot beneficijs resistit, ingens pertinacia, quæ tot uocationibus non obedit, impia fortitudo arcis, quæ tot machinis & tormentis non cedit. Oremus ergo Deum, ut rebelles nostras ad se cõpellat voluntates, non quidem vi facta, sed diuina gratia, qua nos cum Magdalena post se trahat, &c.

## In Festo S. Iacobi Apostoli, Patroni Hispaniarum.

*Thema. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Matth. 20.*

B Adest nobis festum patroni nostri cuit Hispaniarum fidem acceptã fert. Augu. in sermone cuiusdam
Augu. martyris, & quem solum inter Apostolos certum est in Hispaniam venisse, & in ea Christi fidem prædicasse. Licet.n. de Paulo, & Petro id aliqui asserant, nõ tamen est adeo certum, ut de B. Iacobo. Hispaniam etiam sacro suo corpore voluit honorare, ut uiuens, & moriens noster esset. Mortuus fuit prima die Aprilis, eadẽ die, qua Christus dominus Fuit ergo eius mors anniuersarium mortis Christi. Sed celebris ei dies hodie agitur quia hodie in Hispaniam corpus eius deuenit. Fuit illius martyrium celebre
C multis de causis, tum quia fuit primus Apostolorum, qui martyrium sustinuit, tum, quia omnes Apostoli ei morienti astiterunt, nondum enim dispersi fuerant per vniuersum mundum. Tum prę cipue, quia adfuit eis martyrio beatissima virgo Maria, soror matris Iacobi, & cum adesset virgo hæc, reginaque pulcherrima, quis nobilis vir coram ea minus fortiter agere posset? Maxime vero patronus nobilitatis, & decus illius Iacobus. Imo tam mirabilem ostendit fortitudinem, ac animi constantiam, ut eam miratus, is, qui eum ad tribunal adduxerat, se in Christum credere professus est, & cum ueniam a Iacob peteret ei respondit, pax tibi sit. Et simul cum eo martyr effectus est. Vt nos similiter accendamus, ad calicem Christi bibendum cum patrono nostro, gratia opus A est, quam per Mariam petamus.

Ex vniuerso mundo duodecim elegit Christus dñs in socios, vt essent cũ eo, et mitteret eos p uniuersum mundum, q principe Ecclesiæ extitere, qui duces exercitus dñici, qu primi Ecclesiæ parentes, & primogeniti Christi, quod primo loco uoluit esse in Ecclesia, tum militante, tum triumphante.

Sed inter hos duodecim tres elegit, quos præcipuo loco super alios esse voluit, in quos maiora dilectionis signa ostendit, sibi singulariter in socio adiunxit, quos transfiguratio ni adesse uoluit B & tristitiæ suæ in horto, & suscitationi filię Archisynagogi, & alijs multis, ut par est credi. Hi fuerunt Petrus Iacobus noster, & Ioãnes frater eius. Et ideo nobis præcipuo loco habendi hi sunt, ad quos reliqui Apostoli non peruenerunt. Cũ in 2. Reg. ponitur cathalogus fortium, 2.Reg.
qui militauerunt Dauidi regi, tres præcipui primum numerantur, deinde alij recensentur, sed semper scriptura de eis addit. Veruntamen ad tres primos nõ peruenit. Fortissimi profecto milites sunt in Christi exercitu, de quib. Paulus, fortes facti sunt in bello, sed tres præcipui fuerunt Petrus, Iacobus, & Ioannes. Et Heb.11
licet alij fortissimi, & nobilissimi sint, sed ad hos tres nullus peruenit. Hi pręcipuo loco habiti sunt a Xpo dño, & a nobis eodem in loco habendi, duodecim C
Apostolos elegit, soli Petro, Iacobo, & Ioanni nomina singulariter noua indidi, eo quod illos ex duodecim singularius sibi elegerat, quorũ opera ad Euangelium prædicandum præcipuè erat usurus, vnde eos præ alijs familiares habuit sicut etiam inter nobiles pueros, quos Nabuchodonosor elegit, noĩa imposita sunt noua. Danieli, Ananiæ, Misaeli, & Azariæ, qui regi cariores, & ei coniunctiores esse oportebat. D n 1.

En Iacobum nostrum principem inter principes. Eum uero appellauit Christus Dominus, & Ioannem fratrem, Boanerges, idest, filij tonitruir, Mar. ut Marcus explicat. Est uero Hebræa

A phrasis significans, eos tonitruũ mundo futuros fuisse, sicut filius pditionis, filius perditus, & filius iniqtatis iniquus dicit. Hoc ergo noie Boanerges nuncupati sunt Iacob. & Ioanes: quia similes tonitruo mundo futuri erant, qua rõne Ioannes tonitruũ fuerit, pter eis mirã prędicationẽ oñdit Euangeliũ eius, in quo uolui de cælo intonãs, oẽsq; sua voce percellẽs hæreticos inclamat, dicens: In principio erat verbũ. Iacob. vero nr̃ tonitruum dr̃ eo q diuina dogmata mundo intonuerit uelut tonitruũ: quodã de cælo auditũ. Id ab eo factũ, argumẽto est, q eũ Herodes ante oẽs alios neci dedit, eo gratificaturus Iudæis, indubie, q petrus præ alijs Apl̃is infestior Iudæi esset Euãgelij pdicatione.
B Singulari ẽr rõne Iacob. nr̃ tonitruũ appellat, quia primus Apostolorum martyr extitit. Tonitruum. n. fit ab igne in nube incluso, illã disrumpente, & tunc apparet lumen, q intus latebat. Ita lumen fidei, & charitatis in Iacobo inclusum apparuit in morte, qua ei⁹ corpus disruptũ fuit. Sicut. n. quandã, ut Ma
Iud. 7. dianitæ superarent, electi sunt trecẽti viri, qui cũ Gedeone essent, quib. dedit tubas in manib. lagenasq; vacuas, & lãpades in medio lagenarũ, & dixit eis, q me uiderit facere, hoc facite. Fregerunt lagenas, apparuerut lãpades, & tubis psonuerunt, & castra Madian turbata sunt,
C & superatã. Mirũ p fecto certamini genus, quo in figura nobis oñdit Deus qua rõne, et arte ab eo superandus mũdus esset. Thesaurus, fidei, & charitatis in uasi fictilib. erat abscõsus, tanq lampas in lagena. Apparuit vero lumẽ illud, lãpas illa, dũ cõfractæ lagenæ sunt, dum corpora morti tradiderunt pp Deum, & tunc tuba personantes, & sanguinẽ fundẽtes
Psa. 63 mundo admirationi, & stupori fuere, & conturbati sunt oẽs, qui videbant eos, & timuit oĩs hoĩ, & annunciauerunt opera Dei, & quasi tonitruũ mundo fuere, fra
Ps. 96. gore maximo edito, & luce prius inclusa apparẽte, & tũc alluxerũt fulgore eius
Ps. 135 orbi terræ uidit, & commota est terra. Et
Hiero. imp'etum est aliud. Ps. educẽs nubes ab extremo terrę, fulgura in pluuiam fecit. Vbi Hiero. ait. Fulgura in pluuiam factã sunt, dum prædicatione Apostolorũ ter- A
ra irrigata fuit. Qua ergo Iacob. primus Apl̃orum hoc martyrij tonitruũ mũdo erat daturus merito tonitruũ a Xp̃o dr̃.

Sed ecce in die solẽni. B. Iacobi, ppo- nitur nobis eius, & fratris ambitio. Quo in uiris tãtis ambitio reperiri potuit. Rñ deo. Hoies erãt, & ideo nihil humani ab eis alienũ fuit. Similitudine hoc perspicuum fiet, ut non mireris, qñ in iustis uideris defectum aliquẽ. Cũ in hac arbore inserere vis germen alterius arboris, ramos huius pscindit, & in summitate trũci ponis alterius arboris germẽ, & pcedunt inde rami sur sum, q sunt de natura inserti germinis, & fructũ illius reddunt. Sed qm̃ truncus inferior relictus est, qui de natura est prioris arboris, ramos aliquos in inferiori sui parte producit, q ei natiui sunt. Rami ergo arboris sursum ascendentes insiti sunt, qui uero deorsũ sunt, naturales arboris rami sũt. Ita plane nobis accedit. Hoies sumus, & natura filij irę, filij primi Adę, de terra terreni. Inserit in nobis diuinum uerbo iuxta illud Iacobi. Suscipite insitum uerbum, q põt saluare aĩas vestras, oĩa ope ra nostra, quæ ab hoc uerbo, & a gratia, & uirtutibus procedũt, cœlestia sunt, & diuina. Quia tñ in nobis relictus est trũcus prioris Adæ, quia hoĩes sumus, aliquos producimus ramos nobis natiuos, qui affectus humani sunt, quib. nos homines esse declaramus. Et hoc in Apl̃is etiam accidit, præcipuè ante spiritus diuini aduentum, & plenitudinem.

Simile

B

Iaco. 1

C

Sed petitionem Iacobi, & Ioãnis, per matrem factam attendamus, [Dic, ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistrã, in regno tuo.] Duplex quidem regnum Christi est, alterum, quo dñs regnauit a ligno, ut Psa. ait. Vbi crux thronus, spinea corona ei diadema fuit, & titulus regius ei inscriptus, Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum. Alterum regnum eius in cęlo est, ubi ad dexteram patris sedet cũ beatis. De quibus superius multa diximus in festo S. Ioãnis ante portã Latinã. Nunc ergo discipuli petunt dexterã, & sinistram in regno opulẽto Xp̃i, uel in cælesti, uel in ter re-

Ps. 95.

A reno, si eum regnaturum credebant in terra, Christus uero promittit eis calicẽ & dexterã, ac sinistrã in regno priori, in tribulatione, s. ut inde mercantur asseq dexteram, & sinistram in cœlesti regno quia uero nihil illi cogitabant de crucis, & tribulationis regno, audiunt.

[Nescitis quid petatis.] Sed cõtra esse vr, q illi petũt, sedere ad dexterã, & sinistrã, hoc vero est requies opulenta, hanc uero promisit Deus in lege grę, non er-
Esa. 32 go incongrue petunt. An nõ Esa. ait. Sedebit populus meus ĩ pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in reqe opulenta? Ecce quod discipuli petunt,
Ose. 12 qũo ergo nesciunt, qd petunt? Et Oseas
B ait. Adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. Et hac de re gloriabatur spõsa dicens? Sub um
Can. 2. bra illius, q desideraueram, sedi. Sub umbra Christi sedere volunt, qui ad dexterã, & sinistrã eius petũt sedere. Rñdeo, multa bona hoibus pmissa esse, quę tpe Messiæ danda erant, hæc uero erant bona glię, & beatæ pñię, q nobis Messias tribuit. Et pterea multa bona spũalia in hoc sæculo, ex quibus pax, & gaudium procedit, q est centuplum illud, q nunc promittit. Iudæi mundo huic affecti expectabant Messiam bonis caducis, ac perituris abundantem, ut Salomon, & horum bonorum copiã sperabãt à Mes-
C sia. Sed regnum Xpi non est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudiũ in Spiritu sancto. Discipuli ergo tpalia petũt, & iõ nesciũt qd petũt. Quis hoib. hanc suadebit ueritatẽ, nescire q petunt, cum tpalia petũt? Desiderat iuuenis substantiam multam, domum amplam, cateruã famulorum, vestes pretiosas, nõ est magnũ in terra desiderat puella, pulchra in oĩum oculis hñi, ab hoib. spectari. O hoĩes nescitis quid petatis, filij hominũ,
Simile usquequo graui corde, ut qd diligitis uanitatem, & q̃ritis mendacium? Similes estis pueris fabricantib. domunculas luteas, & nihili, q statim decidunt, illo uero multa cura his incũbunt. Vsquequo
Pro. 1. paruuli diligitis infantiã, & stulti ea, quę sibi sunt noxia cupient? An non tibi ue-
Simile nenum terra est, qd cã esuris? Videt mř filiã terrã comedentẽ, terrã esurientẽ, & lachrymat, aitq; cito morietur filia mea, terrã. n. comedit. Quid putas tibi terrena oĩa esse, nisi q terra corpori est? q si concupiscentias tuas sequeris, uenenũ comedis. Quæris alienã substantiam? venenũ q̃ris; quæris mulierẽ, ut cõcupiscas eam? venenum quæris, quæris vindictã? venenum quæris, nescitis, quid petatis.

Sed ais, in lege gratię promissa est requies opulenta, gaudium, & lætitia, ubi ergo hęc sunt? Rñdeo, in cruce Christi, in eius calice, ĩ vita studiosa, in uita aspera. Sed qua rõne, ais, id esse potest? Certe ita est, et iõ regnũ Dei dř thesaurus absconditus, quid magis absconditũ q̃ uita sub morte? gloria sub tribulatione? honor sub ignominia? gaudium sub asperitate? Sed certe ita est, sicut. n. est uenenũ abscõditum sub uase aureo Babylonicæ mulieris, ita in uasis fictilibus est thesaurus absconditus. Attendite ergo bona legis grę vbi sint, discite, ubi sit sapientia, ubi uirtus, ubi longitudo uitę, & pax in Christi calice, in cruce, in abnegatione sui, sub vita amara pnĩæ est Christiana dulcedo. Attende thesaurum absconditum in Christo, cui propheta ait. Vere tu es Deus absconditus, regnũ illius absconditũ in cruce est, ibi abscondita fortitudo eius, corona regni spinea, thronus, crux, ita abscõditus est eius thesaurus, q magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, q abscõdisti timẽtibus te? Dulcedo abscõdita est ĩ calice Xpi, & cũ hũc discipulis donat, eis dat, q petunt; sed nõ qũo petunt. Sitiunt illi petũt potũ; sed petũt calicẽ mulieris Babylonicæ, q aureũ est sed ueneno plenũ, dat eis Xps calicẽ suũ nõ aureũ, sed luteum, at nectare diuino plenũ. Bibite ergo amici, & inebriamini charissimi. Petunt illi potũ, quẽ si daret, eis vita adimeret, dat ille potũ, q vitã tribuat, & sitim extinguat, calix meus inebriãs, q pclarus est? Nõ ergo eis thesaurũ negat, sed potius vbi sit, oñdit ĩ calice ergo Xpi nos eũ q̃ramus, ibi abscõditus ẽ. Pręterea [nescitis qd petatis.] Sed ego audeo dicere sciunt, quid petũt. Sed cum veritas dicat, nesciunt, quid petunt, qũo dici põt sciunt, quid petunt? Certe sciũt,

Margin (right column): A; Ma. 13; B; Esa. 45; Psa. 30; C; Ap. 17.; Psa. 22

A & non sciunt, sed quo id fieri pōt? Audi
Simile Phrænetіcus hō aliqñ cordatè loquit, &
putāt, q eū audiunt, non eā infirmari, &
ideo medicamina nō adhibēt. Sed aliqñ
insanias loquit, & tunc infirmitatē ostē
dit, & nesciens qd dicat, dicit qd ei expe
dit, vt sanitas eius qrat, & medicina ei
adhibeatur. Erāt hi discipuli phrænetici
Ap. 17. ambitione, biberant de calice illo mulie
res Babylonicę, & insanierāt superbientes
Nō se agnoscebāt, ne superbiā suā uide-
bant, ideoq; medicinā non qrebant, qa
infirmitatē suā nesciebāt. Nūc ergo per-
mittit Xp̄s Dn̄s, ut insane loquant, ut pe
tant, qd nesciūt, ut ab eo curent, & sanē
tur, & illi infirmitatē agnoscāt, & humi
liatis medicinā sumāt, & sic nūc sciunt,
qd petunt, qa aperiūt occultam ægritu-
B dinē. Sed quoties nobis simile quid acci
dit, est hō sibi igni incognitus, & dicit, qa
diues sum, & nullius egeo, cū sit pauper,
miser, ac miserabilis, cecus, & nudus. La
tet in mēte ægritudo superbiæ, ambitio-
nis, impatiētiæ, immortificationis, & qa
id nō agnoscit hō, si non medetur. Per-
mittit uero Deus, ut in opus exeat exte-
rius, qd intus latebat in mēte, ut se agno
scat, ut medicinā adhibeat. Sic Petro cō-
tigit nimiū sibi fidenti negauit, agnouit
Ro. 8. infirmitatē suā, & sanatus est. Idē accidit
nunc Iacobo, & Ioāni. Et ita diligentib.
Augu. Deum oīa cooperant in bonum, et pec-
cata, ut Aug. ait, quia ex eis sui cognitio
Ps. 118. nē colligunt, & sanctitatem. Et tunc me
C rito dicunt cum Ps. Bonum mihi, qa hu
miliasti me. Cum ergo peccata tua uide
ris, ex illis prauas tuas affectiones, & in
clinationes agnosce, ut illis medearis.

[Potestis bibere calicem, quē ego bibi
turus sum?] En porrigit illis potū calicis
sui, aduersus uenenū, qđ biberāt è calice
Babylonico, ut illud euomāt, quod mor
tiferū est. Sicut. n. pomū putridū interi°
ex arbore facile decidit nullo decerpēte,
ita superbus, & arrogās intus putridus
decidet facile, sic è cœlo cecidit Lucifer
cū suis, qa inuenta est iniquitas superbiæ
in eo. Vt ergo uenenum hoc euom at,
adest Christi calix. [Dicūt ei possumus.]
Agnouerunt infirmitatē suā, & amarū
poculum, & purgatiuū accipere non re

cusant. Sed utiliter fidenter possumus, & A
uirilius pfecerunt, & opere impleuerūt,
q̄ verbis dixerūt. Attēde Iacobū nr̄um
quō impleuerit, q̄ promisit, Christo i cœ
lum sublato, pdicauit in Hierusalē, et cū
inde expelleret in Hispanias uenit lōgis
simo itinere suscepto. Et accepiā referā-
mus fidē nostrā, & recuperationē Hispa
niæ a Mauris, q ipso duce effecta est. Du
rior quidē Hispania fuit, nec facile fidē
Xp̄i suscepit. Sed similis petræ fuit, q dif
ficile figurā recipit, sed diu retinet. Sic
Hispania, q̄ difficile suscepit fidē diu reti
net nec unq̄ deseruit. Qua rōne aliq de
Hispania intelligūt illud Es. Laudate ha Esa. 4
bitatores petræ, de uertice mōtiū clama-
būt, ponent Dn̄o gloriā, & laudē eius in
insulis nunciabūt. Hi habitatores petræ
Vel ecclesiā, quæ petra est, habitātes, uel
agrestes hoīes, & barbari, q mōtana in- B
colunt accipi pnt, vel hispani, q terrā pe-
trosam, & montib. plena incolūt. Quod
si, ut cōiter doctores accipiūt, p petra ec
clesiā, vel mōtana accipias, pcipue tn̄ de
Hispania pphta loquitur, cū ea sola pl°
in hoc ope pfecerit, q̄ reliquæ oēs. Quæ
eīn natio unq̄ tot regna, & puincias in
cognitas inuenit, ut Hispania? q gens ue
xillū crucis, & Christi gloriā nunciauit
insulis, & remotissimis regionib. ut Hi
spania? Hæc insulas, hæc in Indiā Oriē
tis, & Occidētis fidem deduxit, hęc in re
motissimos Iaponis, & Sinas penetrauit C
& gloria Christi inter illos posuit, Et an
no proxime elapso 1585. legati venere
tres principes in Ecclesiam usq. Roma-
nā, ut obedientiā vicario Christi darent.
Venerunt uero ex Iapone insula maxi-
ma, et remotissima, q ab Hispania distat
p sex mille leucas. & sūma gratulatione
atq; lætitia Greg. XIII. Pont. Max. illos
suscepit, & Sixt. V. humanissime tracta
uit, & plurib. affecit munerib. Venerunt
vero hi legati nōīe Regū, & puinciarū.
Hoc uero opus Hispania, et Hispani pa
tres perfecerūt è Societate Iesu q in In-
sula Iaponia Chri fidē prædicātes prin-
cipes, reges, prouin ias, & regna Christi
fidei subiugarūt. Et nunc in Sinarū la
tissimū regnū ingressi, idē opus perag ūt
Est uero apud Iapōes, & alios Indos rā
rus

A tus nostræ religionis ardor, tanta uitæ sinctitas, vt nobis timendum sit, ne nobis derelictis, illo transmiget Christus Dominus, solet diues, & præpotens vir, qui domum incolit veterem, & ruinosã nouam ædificare, vt in eam se conferat, derelicta priore. Dereliquit dñs ueterẽ synagogam, & in nouam transmigrauit Ecclesiam. Ab hac ecclesia recedet nunquam. Ab hac gente, & prouinciare cedere nouit. Sumus nos domus eius nunc, cum eius fidem tenemus, sed domus plane uetusta, & quæ ruinam minatur, videmus Deum nouam in Indis cõcedere domum, non nouam Ecclesiam, sed nouam gentem in ecclesiam suã coaptat. Caueamus, ne a nobis discedat, & illic habitationem suam collocet. Et no B bis dicatur, q olim synagogæ dictum est
Esa. 1. ab Esaia. Derelinquetur filia Sion, sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. Timẽdum ẽt nobis est, ne patronus noster Iacobus fiat nobis aduersarius, si rebelles fuerimus lumini, quod ab ipso
Ioãn. 1. suscepimus. An non de Moyse Iudæorum patronus Christus dominus, dixit est, Moyses, qui accusat vos, in quo vos speratis? Qui. n. obsequentibus patronus est, rebellib. fit aduersarius, Caueamus simile crimen, ne in simile incidamus iu
Simile dicium. Sicut. n. si flumini impedimenta ponas, ne hac via præterfluat, aliã uiam C inueniat, qua fluat impediri n. eius cursus nequaquam ualet. Ita cum diuinæ miæ in te fluenti obicem ponis, aliũ q̃ret, in quem dona sua effundat. Reijcis tu Deum, alius suscipit. Abiecit Iudæa Christum, transmigrauit in gentes reijcimus nos illum, properat in Indos.

[Calicem quidẽ meum bibetis, &c.] Calix dicitur certa sors bonorum, uel malorum, quæ a Deo cuiq; est ordinata, metaphora sumpta a ueterum ritu, qui
Esth. 1 in conuiuijs præponebat uirum, qui cuique dabat certam vini partem, quam ex hauriret. Hunc verò virum usus ita cõuiuio Assuerus. Aliqñ vero accipitur in bonã partẽ, vt significet bona, quę in hac vita, vel in futura a Deo iustis destinata
Psa. 15 sunt. Hinc Psal. dñs pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Et iterum, & calix meus A inebrians q̃ preclarus est. Quia vero iusti, & peccatoribus sua mala à Deo destinata sunt, hæc ẽt dñi calix. Vñ adagiũ, eodẽ bibere poculo, idest ijdẽ affici ma- Psal. 12 lis. Hinc Ezec. in uia sororis tuæ ambulasti, dabo calicem eius in manu tua. Q. d. eius subibis flagella, cuius, imitata es Eze. 23 flagitia. Nunc ergo cum ait, calicem meum bibetis, significat, sicut ego passurus sum, & vos patiemini, sicut multa mala in terra ego sustinebo, ita & uos sustinebitis.

In his vero verbis aliqua notãda sunt. Primum illud sit. Ingenium malorũ esse tribulationes, q̃ à Deo ei proueniunt B non à Deo sibi venire credunt, vel attendũt, sed ab his, qui potius Dei virga sũt, Exo. 5. sic Pharao à Deo flagellatus uocat maleficos, qui similia perficiãt, quia nõ credebãt flagella illa à Deo venire, ẽt si magi ei dicãt, digitus Dei est hic. Sic & Phi- 1. Re. 6 listęi, qui manifestè a Deo percussi sunt, quia arcam ceperant, aiunt, si quidem p viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis malum hoc grande, sin autẽ minime faciemus, quia nequaquã manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Sic tibi sæpe accidit, adest tibi tribulatio, infirmitas, persecuio, & casu C tibi accidisse putas, vel ab inimico tuo hæc uenire mala, ne Deũ cogitas, à quo malum pœnæ in nos proficiscitur. Iuxta illud prophetę. Si est malũ in ciuitate, q Amo. 3 nõ fecerit dñs. Hinc fit, vt tribulatione nõ proficias. Contra vero iustus, cũ tribulatur, diuinã agnoscit manũ ipsum flagellantẽ. Hinc X p̃s Dñs Petro ait, cali- Ioa. 18 cem, quem dedit mihi pr̃, nõ vis, vt bibã illum? Hinc Iob, manus Dñi tetigit me. Iob. 19 Hinc Dauid. Dñs præcipit, ut maledicat 2. Re. 1 mihi, & quis ei potest dicere, cur ita facis Hac rõne nunc Christus dñs ait calicẽ meũ bibetis. Calicem suũ, dicit, q a ab ipso eis propinatur. Hinc ẽt fit, ut iusti tribulatione proficiãt, & humilient sub potẽti Dei manu, & uias suas corrigãt flagellati.

Secundum ex his verbis Christi colligendum est, auide arripere hũc calicem, cum. n. sit Christi calix, non potest non esse nobis salutaris. Hinc Psal. ait, Cali- Ps. 115 cem

A cem salutaris accipiam, Amara quidem apparet potio, sed salutaris est. Similis amare potioni, quam medicus propinat infirmo, ut eum sanet, ejq. medeatur, sic tribulatio, quia hic à Deo affligamur, purgat peccata, humiliat nos, docetque, quod hoïes sumus, quod caro ĩfirma, sic cum Alexandro diceretur, non eum hominis esse filium, sed Dei Iouis. s. Amo-
Nu.22 nij, uidit se vulneratum, & ait, uulnus hoc docet me hominem esse, filium hominis, & mortalem. Sicut ergo olim docuit Deus prophetam Balaam, & per asinam eum erudiuit, quæ ostendit viam illius prauam esse. Sic sępe per carnem, quæ asina est spiritum edocet. Quid nã febris, quid dolor, quid deniq. uniuersa carnis miseria est, nisi loquela illius, qua
B nos edocet, peruersam uiã spiritus esse, Deoq; contrariam? Quid nobis loquit aliud, quam cinis es, puluis es? Sed atten de calicem iustis dari, qui breuis mensura est, quia momentaneum, & leue tribulationi nostrę, immensum gloriæ pon
Psa.79 dus operatur in nobis, Calix minor mẽsura est, quia vt Psa. ait, potum dabis nobis in lachrymis in mensura, nec in mẽsura solum, sed in breuissima mensura, Venit vero dies in qua audiamus, quod olim Iacob, non vocaberis ultra Iacob, sed Israel erit nomen tuum, Iacob lucta
C torem significat, Israel uidentem Deum
Ge.31. sm multorum doctorum sententiam. Ita Iacob patrono nostro accidit, fuit Iacob luctator, cum Christum sequutus est, cum audiuit, uos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, cum Christi Euangelium in Iudæa prædicauit, cum Hispanias veniuit, cum deniq.
Luc.22. decollatus est. Sed in morte audiuit. Israel erit nomen tuum, videns, s. Deum, ego dispono tibi regnum, ut edas, & bibas super mensam meam in regno meo. Fuisti ad Christi dexteram in regno tribulationis primum, eris ad dexteram eius in regno opulento, & magnifico, bibisti calicem passionis, bibes, & calicem gloriæ, ubi dominus pars hæreditatis, & calicis est, beata pars, præclarus uere, inebrians, & implens omni bono, &c.

## In Festo Beatæ Annæ matris Mariæ virginis.

*Them. Simile est regnum cælorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas. Matth. 13.*

MVlta in laudem B. Annæ dici possunt, sed omnium radix, ac origo fuit, q. mater Mariæ, & Christi dñi Anna fuerit, ut ei iure dici possit, quod Iaeli Delbora in cantico suo. Benedicta inter mulieres Iael, & benedicat in tabernaculo suo. In tabernaculo uero suo Iael, benedicitur, quia in eo Sisaram inter fecit. Vere benedicta inter mulieres Anna, & a nobis benedicenda in tabernaculo suo Maria, s. quam illa in Dei tabernaculum exstruxit. In eo tabernaculo occisus demon est, quia illa contriuit serpentis. Sicut ergo arbor ex fructu cognoscitur, & benedicitur, ita Annæ dignitatẽ ex Maria fructu illius cognoscemus. Benedicenda profecto arbor illa est, quę fructum uitæ Mariam nobis protulit. In hac verò die propitia nobis Maria erit, ut de laudibus matris dicamus, Eam salutemus, Aue Maria. — Iud. 5. — B

Traditio est Ecclesię, a grauissimis accepta patribus, Ioachim, & Annã nobilissimos filios Dauid Mariæ fuisse parẽtes. Ita tradit Hippolytus martyr discipulus Apostolorum, quem refert Nicep. lib. 2. ecclesiast. historiæ, c. 3. Et Epiph. 3 contra Coliridianos, hęresi. 79. Et Damasc. lib. 4. de fide ortodoxa c. 15. & B. Anatolius, in cantico de Mariæ natiuitate, Et Sergius Agipolita in homil. de eodem festo. Et Greg. Cedren. in compendio historiarum. Et Nicep. li. 1. cap. 7. & gloriosius Osiander in primum caput Matthæi, & multi alij. — Hipp. C Nicep. Epiph. Dama. Anato. Sergi. Cedré. Nicep. Osian.

De vita vero, ac moribus Ioachim, & Annę Augustinus lib. 23. contra Faustum Manichæum capite 9. & Epiphanius vbi supra, & hæresi 70. & Constantinopolitanus Patriarcha Germanus in sermone de Mariæ in templo oblatione & Gregorius Nissenus in homil. de humana Christi generatione, & Hieronymus, — Augus. Germ. Nisse. Hiero.

A mus, asserunt, eos fuisse nobilissimus, ac sanctissimos, & per viginti annos prole caruisse, quia Anna erat sterilis, & ideo a sacerdote despecti, orauerunt & ieiunauerunt quadraginta diebus, angelus vero eis apparens nuntiauit Mariæ ortum. Hieron. Asserit, in tres partes substantiã ab eius diuisam, quarũ vnã tẽplo aliam egenis præstabãt, aliam sibi seruabant. Sic ergo Annam salutare licet. Salue parens sanctissima, sacro beata côiuge, sacratiore filia. Nepote sacratissima. Et Rodulphus agricola ait. Conspicuos præstant alios bene facta parentum. Tu contra n. tæ nobilitate nites.

Ex dictis ergo Annę dignitatẽ, & sanctitatem pensemus. Tanquam ingens beneficiũ promisit Deus Abrahę, & Dauidi pgenitores Xpi dñi esse, licet a longe. Et hęc sunt illa maxima, q̃ Nathan dixit ad Dauid, cũ ait. Si hæc tibi parua vñt, adijciã tibi maiora. Enumerauerat tpalia Dei beneficia ĩ Dauid, maiora vero alia silentio prçterit. Sed q̃ nam illa? Certe quod Christus ei promissus sit ex eius semine nasciturus. Sed çur hoc nõ enumerauit Nathan? Certè ne desperaret Dauid, obrutus tanto bene ficio, cui ingratus extiterat, dum peccauit immẽsum. n. beneficiũ illud erat, & quod humanas vires longe superat, qua rõne Abraham, cum audiuit, ex Sara dabo tibi filium, cui benedicturus sum, cecidit ĩ faciem suam, pronos in terram, nõ solum gratias acturus, sed quasi pondus beneficij tanti ferre non sustinẽs, maximo sub onere deficit. Et hac rõne putat Hiero. fleuisse Ezechiam fletu magno, cũ ei nũciata mors a Propheta fuit, non pp mortem, sed pp pmissionẽ dñi ad Dauid, q̃ videbat ĩ sua morte periturum. Eo. n. tpe Ezechias filios non habebat, nã post mortem eius Manasses cum duodecim esset annorum, regnare cœpit, ex quo perspicuum est, post tertium annum concessæ vitæ Manassem esse generatum, ergo iste omnis est fletus, q, desperabat Christum de suo semine nasciturum. Si ergo esse Christi parentem a longe, res tanta est, vt cadat in faciem Abraham, cum ei promittitur, & maximum, quod Dauid concessum fuit, id esset, & quia id in Ezechia nõ cõplebatur, fleuit fletu magno, quanta obsecro res erit parentem esse Christi adeo prope, ut auia est? Nec solũ Anna auia Christi est, vt reliquę mulieres nepotum suorum, sed multo magis, nepos. n. tuus non adeo tuus dici potest, quia licet filius sit filiæ tuæ, sed nõ illius filius duntaxat, qa alium habet parentem. At Xps filius Marię, vt homo est sine patre, & ideo cũ solius virginis filius sit, magis ad Annam pertinet, q̃ alij nepotes ad auias, & sic est illa quasi mr. Quo vero res propinquior est principio alicuius rei, eo de illa magis participat, quo igni propinquior, eo ca lidior, quo soli, lucidior, quo Xpo dño, eo magis gratia, ac dona participat. Attende nunc, q̃ sit propinqua Anna Xpo domino gratiæ fonti sola Maria media est, & sũ gra prçcipue ornata, Maria arca est diuinorum sacrorum, in qua Deus inhabitat, Anna sancta sãctorum est, in cuius vtero Maria est. Si verò sancta sanctorum quod ol m arcæ præparatum est, tãta ful sit gloria, atque diuitijs, quot gratij ornatam putabis Annam, vt Marię locus conueniens esset? Solent auiæ nepotes suos nimium diligere quia côicatio illa remota perfectionẽ arguit, dum agit in longinquum, et videt se auia magis ęternitati mandari in nepotibus, & ideo eos præcipue diligit. An nõ Anna nepotem Christum summa prosequitur dilectione? Ille vero diligẽtes se diligit. Quod si forsan Anna defuncti non est ante Xpi ortum, desiderauit. n. illa summo desideria tm̃ videre ne otem, vt tunc dimitteretur, sicut, & Simeon, quo gaudio ipsum cõplectetur in sinu, foueret in gremio, quis dicendo consequi valeat?

Sed iam expendamus aliam ipsius dignitatem, quod Mariæ mater sit, qua 16 ne multas ei concessas gratias, manifestum est. Vt Deus Baptistam, & præcursorem summi omnibus commẽdaret, sanctissimos dedit parẽtes. Quales obsecro Mariæ parentes esse debuerunt? Si essicienda à Deo esset mulier, quæ mater esset oĩum electorum, tum hoĩum, tum et Angelorũ, qui humana carne fruerentur,

Marginalia: B (left, beside "uidi pgenitores"); 2. Reg. 12. (left, beside "ge. Et hęc sunt"); C (left, beside "gratias acturus"); Es. 38, Iie. 16 (left, beside "fleuisse Ezechiam"); A (right, first line); C (right, beside "Attende nunc"); B (right, beside "ortum, desideravit").

A tur,quanta obsecro mater hæc esse debe ret, vt digna mater tantorum filiorum esset? Si parum grę quisq; filiorum ei ob tineret, maximus efficeret, grę cumulus. Sed plus est, plus valet, plus obtinet Ma ria, q̃ vniuersus cętus sanctorũ, & q̃ di gna mater Marię futura est, dignior esse dẽt, q̃ quæ mater oĩum electorũ, & plus obtinuit Maria matri suę, q̃ cẽs electi ob tinerẽt matri oĩum. Maria grę est dispẽ satrix, & pcipue matri suæ deuincta est, q̃ ergo plurib. obtinuit grãm, & sanctita tẽ, cur eã, & maximã matri nõ obtineat? Sicut se habuit, ac gessit Xps cũ Maria, implens pceptum de honoratione parẽ tũ, & ideo eã pcipue exaltãs, sic se habuit Maria cũ Anna matre, vt in oĩb. Xpm imitaret. Sicut sũma vnio Xpi cũ Ma

B ria, ita summa vnio Mariæ cũ Anna. Si cut Maria dedit Xpo esse humanum, & inmẽsas ab eo recepit grãs, ita Maria ac cepit ab Anna esse humanũ, ei vero con tulit multa dona grę, ea ipsi impetrãdo: Cũ infimus de plebe in regnũ, aut maxi mã, dignitatẽ assumit, si iustus ille sit nõ obliuiscit parentũ, licet paupes sint, sed qd dico parentũ? imo nec aliorum, q ad eũ nõ adeo ptinẽt. Ita de regina Esther

Esth. 2 memoriæ proditũ est, q̃ patruus Mardo chæus nutrierat, cũ adhuc regina esset, Esther ita cũcta obseruabat, q̃ ei Mardo chæus pcipiebat, ac eo tpe solita erat, cũ eã nutriebat paruulã in domo sua. Ele uata fuit Maria ĩ Dei matrẽ, & cęli regi nã, sed nõ obliuiscit matris suæ, imo illi

C obediẽs ei⁹ iugẽ habebat ĩ orõne memo riã, qd ergo ei nõ obtineat? Certè maxi ma gloria Annæ Maria est, filius sapiẽs gloria est patris Christus ergo Mariæ gloria est. Annæ vero gloria Maria est, magna profecto gloria.

Sed sigillatim cõceptionẽ, natalem, et cõuersationẽ Mariæ expẽdamus, ex qb. Annę grãm colligemus. Et primũ cõce ptionẽ. Nouimus, tantã sanctificationis grãm Ioãni cõcessam, ut redundaret in matrem, q̃ Spũ sancto repleuit, vt Beda ait in Lucã. Cur hoc ipsũ non credamus in Mariæ sanctificatione effectũ, cũ hęc fuerit copiosior illa? Fuit Mariæ gaudiũ uniuersi, expectatio mundi. Aurora con surgẽs, stella maris irradiãs, cur magno, A bona in matre sibi ppinquissima nõ effi ceret. Non solũ aromata odorem spar gunt, sed ẽt panni, uel theca in qua sunt. Fuit in Xpo odor agri pleni, cui benedi xit dñs, nõ ergo ille solum odorem spar git grę, sed & Maria, quæ eum cõtinuit.

Sed iam felicissimã horam illam cõn tẽplemur, in qua Maria nata est, & mũ do affulsit. Nata qdem filia Annæ fuit. Sed nunc ideo minus lætata fuit, qa nõ filiũ, sed aliã pperit? Certè summo gau dio pfusa fuit, q filiã perperit, nec vll⁹ esset filius, q ei similẽ lętitiã conferre pos set. Et hãc Marię natiuitatẽ respexisse vr Ez. 36 diuinus spũs, cũ p Sapientẽ dixit. Omnẽ Lyra. masculũ excipiet mulier, & est filia me lior filia. Quo loco aliq, vt Lyra legunt, est filia melior filio, ait ergo Sapiens, oĩs B mulier, cũ parit, delectat cum masculũ edit, nec adeo gaudet, si fœminam pariat. Nihilominus tñ filia edita aliqñ magis gaudendũ est, qa est filia melior, q̃ alia fi lia, est mulier sup reliquas mulieres, vel est filia aliqua melior, q̃ filius, qa multis viris potior est. Hæc vero nulli ita cõue niunt vt Maria, q̃ melior est oĩ filia: qa licet multæ filiæ cõgregauerunt sibi di uitias, sed Maria supergressa est uniuer sas, & prior est oĩ filio, q puta creatura sit. Vt vero id manifestũ sit, attendendũ Pro. 31 est, tres ob causas desiderari potius filiũ q̃ filiã à parẽtibus. Primo qm viri digni tates reipublicæ obtinent, & loca supre ma, ac munera pcipua, fœminę vero non ita, sed carũ fortuna est, si probæ sint, Se cundo, pp educationis diuersam rõnem C fœmina. n. seruandæ sunt, ac custodiẽdæ maiori cura. Tertio quia in statu collo cet fœmina, multo opus est pecunia, vir vero multis alijs rõnib. sibi puidere põt. Hæc aũt oĩa in Maria locũ nõ habẽt, & ideo illa est filia melior oĩ filia, imo, & fi lio. Primũ. n. q ad bonores, ac dignitatẽ ptinet, tãta ei dignitas seruata est, vt in finita sit, tãtus honor, ut ab oĩ creatura, imo, & à Deo maximo in honore habea tur, tanq̃ regina oĩb. præcipiet creaturis imo, & ipse Dei filius fuit subditus illi, p ipsius intercessionẽ oĩa dona creaturis dãda sunt, denique ipsa est domina vni-

ver-

A uersorũ. Deo dr, dñs uniuersorũ tu es, Mariæ suo in gradu dr dña vniuersorũ es. Id uero olim in figura pcessit in Sara q̃ prius Sarai dicebatur, q interpretatur dña mea, sed postq̃ ei pmissus Isaac est,
Ge.17. dicta est, Sara, i. dña nullo addito. Prius nunq; q̃ Maria filiũ hrẽt Deũ, dña fuit huius, uel alterius, sed Dei mater effecta dña uniuersorũ est. nihil ergo est, cur Anna de filiæ ortu tristetur, cuius dignitas est immensa, nullũ potuit edere filiũ purũ hoiem, q ei similis esse posset. Secũm ẽt in Maria locũ non habet, nec.n. opus est parentib. nimia cura, ut Mariam seruent. Præcipua.n. mulieris custodia uirtutis studiũ est, & diuina gra, hanc uero sic participauit, ut in illa fuerit cõfirma-
B ta, ut nec veniale peccatũ ad mittere, aut imperfectionẽ posset, ut nec leuis simũ appetitus motũ in rõne sit passa, uel qa fomes ligatus, uel melius, qa penitus sublatus ab ea est. Sup hæc oĩa e cælo data ei
Can.3. custodia illa est, de qua in canticis dr. En lectulũ Salomonis sexaginta fortes ambiũt est fortissimis Israel. Qui illa custodiã uideret, diceret plane, castra Dei sũt
Ge.32. hæc. Eã uidit Dion. Areopagita Angelis circũseptã. Cum hæc ita se haberent non multa cura parentũ opus erat, ut Mariã seruarẽt. Nihilominus tñ in tẽplũ puella ducit, ut nos doceat occasionem fugere, cũ infirmi simus, quas illa fortissima fugit. De qua re multa, & pclara Chrys. in
C hom. contra cõcubinarios, ubi inter alia
Chryf. ait. Audi Iob fortissimũ, qui oẽs diaboli
Iob.31. vicit incursus durior ęre, q ferro ad oĩa aduersa, qui dicit, nõ reprehendit me cor meũ in tota vita mea. Adhuc tñ se custodit, & ait, pepigi fœdus cũ oculis meis, ut nec cogitarẽ de virgine, uidit.n. difficile esse aspicere, nec desiderare. At si paruus uobis vr ad pugnã Iob, q̃uis reuera nec stercore eius digni simus, si te eo fortiorẽ putas, audi Paulũ, q totũ circuit orbẽ, q raptus est iterum cælũ, plus oib. laborauit, q dicere potuit, uiuo ego iam non
1.Co.9 ego uiuit vero in me Xps post tot certamina, post tot triũphos, & uictorias, adhuc ait, castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, qũe tu absq; castigatione audebis tibi securitatẽ promittere, Addere possumus his, quæ Chry. dicit Mariam, A quæ terribilis est, ut castorum acies ordinata, q̃ insuperabilis, & inuicibilis, in templum se colligit, ut occasiones fugeret, quid nobis miseris est faciendum?

Tertiũ ẽt in Mariã locũ non hẽt, dos.n. a Deo ei cõcessa est, parentes non grauabit. Adamauit verbũ diuinũ Maria, eiq; despõsari voluit eãq; dotauit dote bona tot.n. ei gr̃as cõtulit, ut eas explicare Seraphini nõ ualeat. Et queãdmodũ Isaac Ge.24 futuræ sponsæ murenula, & inaures misit, aliaq; monilia, ita verbũ diuinũ Marię misit dona q̃ plurima. Et si ea, q a natura sunt, attendamus, ut in terra nuberet Maria, opus ei nõ esset dote. Erat.n. de semine regio, oium fœminarum pulcherrima, ingenio, ac moribus ornatissima Et ideo in reliqs cõiugijs donat fœmina, B ut q illi ex natura deest, dote suppleatur, ac uiro par sit, in Maria uero despõsatione nõ ita actũ est. Excedebat illa in imẽ sum uirũ, & iõ spõsus Ioseph dotandus est, ut Marię cõiugio sit dignus. Et ideo Ioseph sanctissimus pluribus a Deo muneribus affectus est, ut dignus cõiugio tanto sit. Iã uero tertiũ, q initio pposuimus expedamus, de conuersatione. s. Mariæ cũ Anna mr̃e. Si aliqua fuit Mariæ, uel fuisset pedisequa serua, sãctissima redderet Marię conuersatione, q d obsecro de Anna mr̃e credendũ. Ad suauẽ Dei pui dẽtiã prinet, ut ea, si fieri cõueniẽter pñt cõi, ut ita dicã, cursu, ac uia fiãt, & nõ miraculo. Modus vero cõis, quo bona educat filia est, si bonã hẽat mr̃em, Ita vulga C ti puerbio dicit sole, ex bona mr̃e, bona pcedit filia, licet.n. aliqñ id ita nõ fit, sed vt in plurimũ mr̃e bona fructũ pfert bonũ, multũ.n. recta educatio cõducit. Vt ergo Maria istituatr ĩ oĩ pfectione, cõcessa ei Anna est oĩ ornata pfectione. Sed qualis obsecro futura Anna est, q̃ mater magistra, doctrixq; Marię futura fuit, et exẽplar deniq. Mariæ, in q illa intuens, opa virtutũ pstaret? Certũ est superatũ esse à Maria exẽplar ei ppositũ, sed illud procul dubio excellentissimũ esse debuit. Deinde cõuersatione Marię, in qua gra supra modũ abundauit, indubium est, Annam maximos fecisse progressus.

Sed

Sed illud silentio prætereridũ nõ est, ex quo maximas grãs Annę concessas, colligere possumus, ꝙ maria in templo Deo obtulerit tanq̃ munus p̃clarũ. Vulgo iactari solet, dona nõ solũ corda, sed et rupes frangere, tm̃ ergo domũ, q̃tum Maria est, quo diuinũ cor nõ tangat, ut maxima ei donet, q tã p̃clarũ offert munus Duo munera oblata Deo sunt, gratissima. Primũ X p̃s dñs est, quẽ ei obtulit Maria in tẽplo, Scdm uero filio singulari quadam rõne oblatũ, Maria est, q̃ offert Anna post primũ mun⁹ nullũ huic ęquale est, nec est, aliqd, ꝙ huic conferri ualeat. Quid ergo magnificentissimus Deus faciat? Nunquid Annã vacuam remittet? Credi ne potest, ꝙ Anna magnifica, ac diues fuerit in Deum offerens rẽ B tantã summe dilectã. Deus uero auarus in eã sit? An non ille diues est in oẽs, qui inuocant illũ? Nihil in munere, ꝙ anna obtulit Deo desiderari põt, oĩa.n.q̃ præclarum reddunt munus, hẽt. Primũ, conueniens est Deo, cui offeretur. Conuenit maximè Maria Deo. Vnde ait: Dilectus meus mihi, & ego illi. Et Angelus ad eã, inuenisti grãm apud Deum. Sciti olim Adã videns Eua sibi similẽ, ac conueniẽtẽ ait: hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, q.d. nunc inueni, ꝙ mihi cõueniebat, hæc mihi similes est, q̃ est ex carnẽ mea. Ita Christus dñs uisa Maria, q̃ ei offert, ait: hoc cõueniẽs mihi donũ est, ex hac carnem assumã, ut simus C ambo vna caro. Deinde aptũ hoc mun⁹ Deo fuit, ut carnẽ indueret humanã. Tũ vero Anna munus illud obtulit p̃cipua voluntate, maxima deuotione, nihil ego in munere desiderari põt, ut Deo s t gratissimũ? Cum altera Anna offerret Deo Samuelẽ in templo, ait ei Heli sacerdos. Reddat tibi dñs semen pro fœnore hoc, ꝙ cõmodasti dño, & ita factum est, reddidit.n.ei Deus filios plures ꝓ Samuele Vnde illa cecinit. Donec sterilis peperit plurimos, Multa ergo sine dubio dona Annæ cõcessa sunt, cũ Mariã obtulit. Solum modo cogitauit Dauid ædificare domũ dño, & ait Salomon. Voluit Dauid p̃r me⁹ ædificare domũ nomini dñi Dei Israel, & ait dñs ad Dauid patrẽ meum.

Ro. 10.

Canti.

Luc. 1.

Gen. 2.

1. Re. 1

1. Re. 2

3. Re. 8

Qd cogitasti in corde tuo, ædificare domũ nomini Deo benefecisti hoc ipsum A mente pertractãs. Et iterum dñs ad Dauid, quia voluit ei domum ædificare ait. Fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsque in ęternum ante faciem tuã. Dñm ergo æternam ei promittit, quia voluit ædificare domũ dño. Sed Anna multo plus pręstat Deo, ędificatam.n. domũ ei affert, cum Maria obtulit, & domum nõ quale templum fuit, sed digniorem cœlis Thronus, ac Seraphinis. Maxime ergo accipere dona debuit a Deo.

2. Re. 7

Sed qs nũc cogitatione asseq poterit, qua gloria, et gaudio p̃dita sit in cęlo Anna, cũ uideat filiã suã ad dexteram X p̃i in eminẽtissimo loco sup oẽs cælos? De B bonis.n. Marię multũ illa participat, qa mater est, Sicut.n. immẽsa Mariæ gloria resultat ex X p̃i bonis, qa filius illius est, cuius bona mater quasi propria hẽt. Ita de Mariæ gloria ad Annã magna pars ꝑtinet, qa mater est. Quo gradu quisq; diligit alterũ, eo delectat de eius bonis, & hac rõne beatus plus gaudet de Dei bonis, q̃ de suis, qa Deũ plus se diligit. Cum ergo Anna summa dilectione Mariã ꝓsequatur, de eius dignitate, ac bonis in immẽsum gaudet, qa bona sunt dilectissimæ filiæ. Ille gaudiũ hoc Annæ explicabit, q Mariæ immensam dignitatẽ, & gloriã, ac honorẽ dicere valuerit. Id uero explicare qs poterit? Beatam illã dicunt C oẽs generationes, ex his vero immensis laudibus Anna participat, qa mater est, q̃ summe gaudet exaltatã videns filiam.

Sicut aũt illa Mariam præcipuo amore diligit, naturali, & supernaturali. Ita a Maria diligitur amore maximo naturali, & gratuito. Nec.n. gratia naturam destruit, sed perficit, nec amorem tollit, sed auget. Maximũ profecto dicendum est, quod tanto amore a Maria diligatur. Summum est bonũ diligi a Deo, huic proximũ est, diligi a Maria, quæ oĩa Dei bona dispensat. Quibus obsecro oculis Chrs respiciet Annam, quam tanta dilectione prosequitur Maria? Annæ dicere possumus, ut Mariæ iubeat, tanquam filię ‹…›

Sed qm̃ tũc p̃cipue sanctos laudamus cum eo imitamur, uidendum restat, in quibus

A quib. Annā imitari debeamus Certe in multis. Primo in maxima fide, ac spe cū viginti annis orauerit, vt proles ei cōcederet, & licet se viderit sterilē, & grādeuā, nō considerauit corpus suum emortuū, sicut Abrahā, & sic tandē obtinuit. Plurimi hoium pusillanimes sunt, ac modicæ fidei parumq; sperātes, vel de salute æterna cōsequendam vel de morū correctione, vel de spūali profectu in spiritu. Hæc vero diffidentia multa mala in aīa operatur sicut cōtra, spes, multa bona. Qui n. q desperat, tristis primū efficit, deinde ineptus operi exercēdo. Id in te ipso facile dephendes, si cor tuū attenderis. Et in Cain manifestū est, ad quē Dñs ait. Quare tristis es, & cur concidit vultus tuus? nōne si bene egeris recipies? Sicut spes gaudiū, ita desperatio tristitiā ingenerat. Spes gaudētes, ait Pau. desperatione tristes. Et inde pcedit opa bona relinquere, ait. n. q eiusmodi est. Inutilis ē labor meus, derelictus à Deo sum, ois operatio mea similis est ictib. mallei ī ferro nō cadēti. Hinc Sapiēs. Si desperaueris lapsus in die angustiæ, imminuet fortitudo tua. Vt opa bona non omitteret, dixit Deus ad Cain, nōne si bñ egeris recipies? Cum ergo verū sit illud Sapiētis. Manus remissa egestatē parat est, manº aūt laborātiū impinguabit, fit cōsequēs, vt is, q minus q̄ dēt, speret uirtutis laborē relinquat, & insīma deueniat egestatē.

Gen. 4

Ro. 12 B

Pr. 29.

Pro. 10

Sed q nā radix tati mali est. Certe spei fundm̄ est diuina bonitas, eius pmissio ad nos facta, Christiq; merita. Ideo ipse ait, Creditis in Deū, & in me credite, i. sperate ī meritis meis. Ita desperationis C fundm̄ est, miseria nr̄a, ac defectus, cum n. sciamus, conatum nostrum ad salutē esse necessarium, eius defectū vidētes desperamus. Inde ēt occasionē desperandi sumimus, quod differri, & in lōgū prrahi diuinas promissiones cernimus. Oramus, nec exaudiri cernimus. Ita diuæ Annæ cōtigit orāti p viginti annos. Hic pfecto opus est magna fide, quali pdita Chananæa fuit, & Anna Samuelis mr̄, cuius uultus non sunt amplius in diuersa mutati. Et Anna nr̄a, q per uiginti sperauit annos. Hæc vero magna fides

1. Re. 1

riæ gressus, dũ ĩ hoc mũdo cõuersati fuit, sed pulchriores multo gressus. quos nũc ĩ cęlũ ascẽdẽs dat, quos spõsus cõtẽplat̃. Notat vero nõ discalceatũ, sed calceatã pcedere, & iõ ait, in calceamẽtis. Sed vt hęc Mariæ calceamẽta explicemus, notãdũ est illud, q̃ Moysi accidit. Erat Deus ĩ rubo ignis ardẽs qdẽ, ac splẽdẽs, sed nõ cõsumẽs. Ait vero Moyses, vadã, & videbo uisionẽ hãc magnã. Accedebat itrepidos, sed audit. Ne accedas huc, solue pri⁹
Exo. 3. calceamẽtũ de pedib. tuis. De⁹ qdẽ nr̃ in hac vita ignis est, sed ignis ardẽs, & cõsumẽs. Sic. n. Moyses ait. De⁹ vr̃ ignis cõsu
Deu. 4 mẽs est. Qm̃ si ĩ te Deus est, statim plura cõsumit, corp⁹. n. macerare facit diuitias in paupes erogari passionib. resistere, & sic aliqñ hoies iustos cõsũptos mũd⁹ ap
B pellare solet At vero Deus ĩ cęlesti beatitudine ignis est ardẽs, lętificãs, & illuminãs, sed nõ cõsumẽs, nec. n. ibi corp⁹ macerãdũ, nec passiones mortificãdę, nec diuitię ĩ paupes erogãdę, De⁹ ergo ĩ rubo, vbi ardebat, & nõ cõsumebat, significat Deũ ĩ pr̃ia, vbi nihil est, q̃ cõsumat. Ibi visio magna ẽ, de qua Moyses ait, vadã, & uidebo uisionẽ hanc magnã, uisio pfecto magna illa est, qua De⁹ vr̃ facie ad faciẽ. Eo uniuersi tẽdim⁹ cũ Moyse. Sed audiã⁹, qd Moysi dicat̃, id ipsũ. n. & nobis dr̃. Solue pri⁹ calceamẽta de pedib. tuis. Quid uero p calceamentũ nisi mortale corpus significat̃, ac Ber. quo aĩa calceata ẽ, quasi pelle emortui aĩalis? Hoc ergo corpus mortale exemplũ nobis est ut ad
C Deũ accedam⁹. Sola etem aĩa nũc ĩ cęlũ admittit̃, ĩ resurrectione vero cũ surget corp⁹ spñale, ac gl̃iosũ, dignũq; cęlo, nũc & ipsũ in cęlũ intrabit, nũc vero ĩ terra mãere oportet, iõ solue calceamẽtũ. Sed Maria, tãq̃ filia prĩcipis singulari gaudet priuilegio, vt ĩ calceamẽtis nũc pcedat ĩ cęlũ. Cũ. n. nobiles viri regẽ comitãt̃, aut reginã, pcedentẽ in aulã regiã, uniuersi ante ianuã aulæ regis equos deponũt solus rex, aut regina equo, quo vehit̃ aulã ĩgredi pmittit̃. Eq corũ caro, ait Es. Hos
Es. 31. equos, hæc corpora relinquere nos oportet, vt aĩa cęlũ ĩgrediat̃, Sed Maria tanq̃ filia principis equo suo vehit̃, & eo intrare pmittit̃ in cęlũ, corpus. n. q̃ ineffabili ra-

A li rõne Deum suscepit dignius est cælo suscipiẽdum ergo statim a cęlo est. Si n. domus Raab libera ab euersione est, qa exploratores suscepit, cũ reliquæ domus diruuntur, multò potiori ratione Marię domicilium incorruptum seruandũ est, quod dñm suscepit. Pulchri ergo Mariæ gressus sunt in calceamentis. Sed q̃ nam calceamenta Mariæ sunt? Ioãnes ait. Luna sub pedib. eius, luna ergo calceus Mariæ est. Sed quid in hac re innuit? Certè ante uniuersalẽ resurrectionem Mariæ corpus resurrecturũ. Et huius rõ est, q̃m ex Planetis Luna est, q̃ uelocius cursum suum cõsummat. Saturnus etenim triginta annis, Iuppiter duodecim annis, Mars duob. annis. Sol anno uno cursũ cõsummat ꝓpriũ. At uero Luna uiginti & octo dieb. ut ergò signet Mariæ corpus in cælum priusquã reliquos deueniré, luna calceus eius fit. Nos verò hos Marię gressus contẽplantes, & eos, quos in terra dedit, curramus post eã in odorẽ vnguentorũ eius, ut eã imitantes, eò perueniamus tandem, quo ipsa iam peruenit, &c.

Ap. 12

## Concio Secunda in Assumptione beatæ Mariæ.

*Thema Mariam optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Lucæ. 10.*

C DEsiderandus nunc esset a nobis concionator, qui de Mariæ morte, & assumptione uerba haberet, unus certè ex his, q morti, uel assumptioni eius astiterunt, ille. n. de re tãta aliqd dicere posset. Exaltata hodie Maria sup oẽm creaturã, & merito, quia humillima oĩum. Quis eã in hoc mundo uideret, & nũc aspiceret, in terra humillima parua, nunc maxima, & sup oẽs exaltata, oĩa subiecit Deus sub pedib. eius. Sed qs nũc ad eã accedat, si adeo alta est? Nũ memorat paruulorũ? nũ benigna nunc est, & oẽs recipit, sicut cum in terra fuit? aiunt. n. honores mutãt mores, & q in alto est, uel nõ uidet, uel a longe respicit. Num id Marię accidit? Absit, imo uero, quo Deo ꝓpinquior, & quo altior, eo humilior, ac benignior, eo magis abiectorum curã gerit, id. n. ad ueram nobilitatẽ pertinet. Et sicut architectus fabricã eò magis in fundamentis humiliat, quo eã plus exigere in altum disponit, ita quem Deus exaltare decreuit, humilitate, ac benignitate ꝓcipue ornat, & iõ Maria quo altior, humilior, & benignior nobis est, nec solum nobis humanior, ac benignior nunc est, sed & cum Deo potẽtior cum exaltata in tm̃ regnum est, fiducialiter orat ꝓ nobis. Promisit dñs per Nathan Dauidi domũ ædificaui tibi fidelẽ, & regnum tuum firmum erit. Hac promissione in spe roboratus est Dauid, & ait. Quia tu dñe reuelasti aurẽ serui tui, dicẽns, domũ ædificabo tibi, propterea inuenit seruus tuus cor suum, ut oraret te oratione hac, Hier. ait. inuenisse dicit cor, quia audaciã, & spem inuenit, ut peteret a Deo beneficia, qui promissionem regni acceperat. Si ergo sola ꝓmissio regni terreni spem dedit Dauidi, ut Deum oraret, qd obsecro faciet donatio regni æterni, q̃ hodie Marię dat? Certe fiducialiter ꝓ nobis orabit. Ad eã accedamus,

A

2. Re. 7

Hiero. B

Beatus Andreas Cretensi diuinus dictus a Nicephoro, ait in oratione de virginis assumptione, Mariæ in hunc mundũ ingressum, siue ortũ, simul, & postremum eius decessum plenũ esse miraculo nec humanæ mẽtis acumine posse cõprehendi. Et merito id asserit, licet. n. in oĩb. mirabilis fuerit, sed hodie maxime qñ dicere põt cũ Iudith. Magnificata est hodie aĩa mea ꝑ oĩb. dieb. uitæ meæ, Merito dicit iustum ꝑferr cõceptioni purissimæ natiuitati & conceptioni Christi, & diei, quo inuenit filiũ inter doctores, & cũ uidit resurgentẽ, & ascendẽtem in cælum. Hodie. n. integre recipit, q̃ tũc ꝑ partes acceperat. Si. n. in cõceptione pura ingredi in orbem terræ, nunc purissima, & quasi cãdor lucis æternæ in cælũ. Si in Xpi cõceptione plena se uidit Dei humanitate, nũc diuinitate plena est. Si in natiuitate uidit filiũ a pastorib. & Magis adoratũ, nũc cum eo ipsã adorat toti cęlesti curia. Si eum inuenit in medio doctorũ, nunc in medio diuinarũ personarũ. Si eum uidit gloria, & honore c r

Andr.

Iud. 12 C

A cũdatũ i resurrectione, & ascẽsione, sed hodie ampliori uidet glia ornatũ ad patris dexterã, & seipsã cũ eo gliosã videt.
Excedamus nos mẽte in hac festiuitate, sicut cę'li uniuersum gaudio excessit. & p excessum aliqu adicamus. Sed qd dicemus? Certè maius hoc festum esse, q̃ illud, ꝙ maius est ipso. Probè diximus p excessum nos dicturos, hæc.n.quæ dix imus contraria inuicem apparent. Sed ea explicamus. Festus dies, qui pcipuus cœlo fuit, ac erit, dies fuit, quo Christus rex ascendit. Gaudium fuit tale tunc, ut etiã cęli ciues, qui illud expertj sunt, uix illud explicare valeãt. Nul us sic exceptus unquã est, nec similis illi ascẽder, uiderãt.n.
B cum hoiem factum ascendere, quem ut Deum colebant, q eos condiderat, ac glorificauerat. Viderunt regẽ ciuem suũ factum, & humanitate Xpi immensa gloria accumulata est eis, est.n. illa etiã An-
Esa. 63 gelorum panis, mire eos reficiens. Et iõ interrogãt, quis est iste, q uenit de Edõ? Norunt plane, quis sit, sciunt illum, sed nimia dulcedine refecti, uellent plus scire, & plus gustare, & ideo interrogant, qa norunt, & gustant. Nunc ergo dico, maius hoc festum Assumptionis Mariæ esse, q̃ festũ Ascensionis Chri, ꝙ maius fuit. Absolute.n. illud maius est, quia dignior psona ascendit. Sed hoc dicimus maius esse, quia nunc illud festũ, & hoc
C psens est, & huius psentia renouat illud, & qa nunc Xps descendit, ut matrem secũ duceret, & ambo simul ingrediuntur cælũ, & uterq; nunc excipit summo gaudio. Et sic illi ipsi spũs, qui in Xpi ascẽsio ne interrogauerũt, nunc ẽt interrogant.
Can. 8 Quæ est ista, quæ ascẽdit de deserto delitijs affluens. Viderant hoiem ascendisse vsq; ad pris dexteram, sed cũ Deus esset, non mirum, ꝙ eo peruenerit, Deus.n. locum suum amittere nõ debuit, sed illuc hoiem leuare. Sed nunc uident puram creaturã usq. ad filij dexterã ascendere, iõ de sola ea interrogãt, quenam sit, quę sic illos uniuersos excedit, & pcipuum ẽt gaudiũ ẽis Maria cumulauit. Hic cõside rant mirũ casũ Luciferi pp superbiã, mirã celsitudinẽ mulieris p humilitatẽ. Et simul quãta sit dignitas matris Dei cum in sublimi loco tan q̃ oĩum regina collocet. Et iure id quidẽ, vt q̃ prope D eum habuit in terra, iuxta Deum sit in cælo, q̃ hic fuit plena gratia, ibi sit plena gloria. A
Sed euãgelica lectio nõ apparet huic festo cõueniens. Sicut inferiores Ecclesiæ cũ matrice, ac maiori Ecclesia conuenire dent in diuinis officijs celebrandis, ita Eccl̃ia militans, cũ triũphãte. Id uero nũc nõ uidemus, in cęlis etenim Maria axaltat, in Euãgelio ad pedes dñi sedere dr̃, ibi requiescit, in Euãgelio Martha sollicita ondit, ibi pulchra Rachel ostendit, hic Lia lippa supponit, ibi Maria ab oĩb. laudat. Hic a sorore obtrectata dr̃, qũo ergo hęc inter se cõueniũt? Qñ insignis Simile B
aliqua victoria de hostib. reportata est festa agi, ac celebrari solẽt, tũ in exercitu, q victoriã obtinuit, tũ uero in regia curia, sed diuersimode: nã in curia exagitãtur tauri, ludi alij exercent, cãtus, ac saltus in regia aula. At uero in exercitu longe diuersa festa agunt, tormẽta.n. bellica iaciunt, & quasi ad leuẽ pugnẽ pcedunt milites, & sic eorũ festũ sić est pugnæ, & quo ad alterũ bellũ cõmittendũ exercent. Insignis pfecto Marię victoria fuit qua caput cõtriuit serpentis, & terribilis vt castrorũ acies facta vniuersos dæmones, ac mortẽ superauit. Celebranda est victoria tãta, sicut victoria Iudith ab Is- Iudith
raelitico pp̃o celebrata est, & dies elect' est in anno, quo celebri memoria festa ager ẽt victoriæ obtẽtæ. Ita dies hic ab Eccl̃ia institut' est, ut Marię uictoria cõcelebret. Sed diuersa rõne hoc festũ agit i cælo, ac in terra. In cęlis nãq. uniuersa festi C
ua sũt, curie illa cælestis est, & quasi i curia oĩa laudẽ, & glia resonãt. At vero in terra, ubi militãs Eccl̃ia est, quasi in exercitu festũ agit, cũ militum insignib. specimenq. dat ꝑtę militaris, & quasi ad pugnã in eundum exercet Eccl̃ia, vulgo dr̃ (con ensayos de guerra y escaramuças.) Et iõ i Euãgelio ondit Qũo Maria vicerit, ac pugnauerit, qũo Marię, et Marthæ munera obierit. Et simul nos docemur, qũo nobis pugnãdũ sit. Hæc uero Ecclę festa respexisse vr̃ spõsus, cũ ait: Can. 6
Quid videbis ẽ Sunamite. nisi choros castrorũ. Chor' significat cętũ eorũ, q festi
uis

A vis gaudijs,ac saltibus ludũt,castrorum vero,ac militũ hos choros esse,dicit,qm ludi castrorum, & saltus militum sunt leuiores pugnæ, & exercitia militaria.

Sed qd Mariæ cũ hoc Euãgelio? Certe Euangelistę narrationẽ suã in Xpi assũsione finierũt; & iõ aliunde oportuit Euãgeliũ mutari. Conuenientissimũ vero hoc fuit Euangeliũ,ut Ansel.ait, in eius exposit,in festo Assumptionis,& Eusebius Emissenus in serm. de Assumpt. Virg.qui ait: Merito sancti pres cõstituerunt,ut in hac solennitate B.Vir.Marię hoc Euangeliũ legeret, q̃ singulari rõne p has duas mulieres significat,qa uitę actiuæ,& cõtẽplatiuæ præ cęteris omnib. priuilegia custodiuit. Ipsa melius q̃ Martha suscepit Xpm nõ in domũ solũ, sed intra uteri sui claustra,ipsa eum peperit, B pãnis inuoluit,& ei sp ministrauit. Ipsa ẽt Maria verbũ eius audiebat,&in corde custodiebat,nobis legendũ,& audiendum. Addit vero Gualricus ser.4. de Assumpt. Marię. Qñ Euangelium sola ea verba contineret, Maria optimam partem elegit,satis erat,ut Mariæ conueniret, quæ optimum semper elegit. Nec incongruum, si q de vna Maria dr, ad alterã trasfer at,cum ad cõuenientiã trãsformationis similitudo nõ solũ nois,sed ẽt operis suffraget. Cum ergo Ecclesia hoc nobis Euãgelium pponit,q. d. Si ulli vnq̃ Martha Xpm suscepit, si ulla Maria Chrm audiuit,ac dilexit,si ulla fem ẽ Dei recepit in optimo corde, ac custodi- C uit,si ulla optimã partem sibi elegit, hęc Maria est,q hodie in cęlis optimum obtinet locum. Ecce ergo Mariã, q in actiua,& cõtemplatiua uita primas sp obtinuit partes,& sic optimã in gloria posti der. In Maria diuersa quæda,& aliqñ cõtraria miro modo Deus coniunxit, fecit eã Adæ filiã sine culpa, virginem,& matrẽ,corpus, & aiam summa pace unita, vitã actiua,& cõtemplatiuã,Marthã coniunxit cum Maria. Hinc Gualricus sermo.4.de Assumpt. Mariæ,ait: Actio,& cõtẽplatio sic in Maria conuenerunt, ut cõtemplatio summa,ac extatica sp esset i ea,& simul actio, & cura multa circa Chrm. Fuit.n. Maria arca illa Noe in

Ansel. Euse. Emis.

Gualr.

Gualr.

qua uniuersa aĩalia ĩ summa pace degebant,cum prius,& postea sibi inuicẽ aduersarent. In nobis quidem rõ aduersat carni,corpus spiritui, & passiones inter se aduersæ esse solent,& actio cõtemplationi,& cõtemplatio actioni impedimẽto esse solet. At in Maria vniuersa ista in summa fuerũt pace. Vñ vniuersa eius uita fuit extatica,& unica cõtemplatio,incredibili feruore condita,incredibilibus plena reuelationibus, vt sine miraculo grãdi factũ nõ sit, ut immenso illo tot sacrorũ pelago mẽs eius nõ obrueret, ipsa que tm lumen uidere,tantumq; pondus sustinere posset. Ita asserit Richelius. li. 2.de laudib. virginis,articulo vltimo. Et nihilominus actioni intenta erat,& filij obsequio summa cura. Iã ergo ea,q dixi B mus in Euangelio videamus. [Intrauit Iesus in quodã castellũ.] Qñ regnum aliquod in regẽ rebellauit,curãt rex aliquẽ obtinere munitissimũ locũ, ex quo possit regnũ recuperare. Rebellauerat mundus contra Deũ,dixitq; illud. Nolumus hũc regnare sup nos. Occupauit tyrannus dæmon regnum Dei. Intrauit ergo Iesus virginis castellum,q munitissimũ est,nec aduersus illud Abimelech pualere potuit, imo manu fęminæ occubuit. Et inde exijt,vt mũdum sibi acquireret, & mundi principẽ foras mittat. Venit pastor cęlestis q̃rere ouem,q perierat,& cum in ppria venerit, sui eum nõ receperunt. [Sed mulier q̃dã excepit illũ in domũ suã. O singularis,ac mirabilis mulier,de qua Ioães ait, signũ magnũ apparuit ĩ cęlo,mulier amicta Sole. O mu C lier nõ mulier,mulier sexu, virgo statu, mulier bñdicta inter mulieres, q emolli uit virum,uicit fortẽ,mulier, cui similis non est in mulieribus. Non est talis mulier in pulchritudine,in aspectu, & in sẽsu verborũ,De mundo actum esset, nisi mulier hæc ei adesset. Mulier, q unicornium mitem adeo reddidit, ut ligari se pmiserit,flagellati, ac crucifigi. Mulier, quæ virgo,& signũ uirginis merito dicitur. Signũ uirginis benignum est, & leue,& cũ illud Sol intrat,incipit tps autumni,& fructus maturi redduntur,& calor nimius temperatur. Cum intrauit Iesus

A Gen.6

Rich.

Lu.19.

Ap.12.

Iud.10

A sus i Mariã, ingressus est Sol in virginis signũ, tunc ita Dei uersa est i mãsuetudi ne, tunc Leo mutatus in agnũ est, descen dit gr̃æ pluuia & fructus gr̃æ copiosi. ve re est [ mulier quadã, ] Singularis, virgo singularis, q̃ exprimere nõ possumus, et iõ, dicet mulier q̃dã. Si.n.eã dixerimus cælũ amplior cælo est, si thronũ Dei ma ior est, nihil dicemus, quo maior illa nõ sit dicamus ergo eã mulierẽ quandam.

4.Re.4 [ Excepit eũ in domũ suã. ]en mulierẽ q̃ peregrinanti Eliseo in terra fecit cubi culũ, in quo ei posuit mensam, candela brũ, lectulũ, sellã, lectulũ in utero, mensã in pectore, candelabrum in intellectu, sellã in memoria. Recepit uero eũ in do mũ suã, & oĩno suã. Sola Maria dicere

B põt, hæc domus oĩno mea est, quia nun quã fuit dæmonis. Recepit vero illũ mẽ tẽ, & ventre, & vtraq; domus illius est, mens nunq̃ ab ea aufugit, corpus illi sp subditũ fuit, nec unq̃ recalcitrauit. Qua rõne licet uniuersæ aiæ desiderent corpo ri reuniri, pcipue tñ Mariç aia id exopta bat. Reliquorũ. n. sanctorũ corpora ini mica fuerunt spiritui. Multis pfecto de causis Mariç aia optabat statim corpori uniri ptimo, pp relationẽ, et dignitatem mris Dei, q̃ est cõpositi, & nõ solius aiæ, & iõ ea relatione carere per lõgũ tẽpus nõ debuit, & illa pręcipue eã exoptabat. Secũdo ex Marię corpore sũptũ est Xpi corpus, propter quod illa mater Dei est.

C Tertio, nunq̃ corpus obicẽ ei posuit, nec fomitẽ habuit, summa.n.gr̃a, & vir tutes Mariæ effecerunt, ut oĩno tráqui l lus, & obediẽs appetitus esset rõni, & rõ nõ solũ nõ fuit impedimẽto aiæ, ut i Deũ tẽderet, imo fuit adiumẽto, cũ excitarę à rõne passiones circa uirtutis obiecta, ten debat in ea, nõ mente solum, sed & cor pore. Vñ sp sibi usurpare poterat illud

Psa.83 ꝙ semel, aut iterũ Dauid dixit, cor meũ, & caro mea exultauerunt in Deũ uiuũ. Et hoc est mirabile illud, ꝙ se facturum Dñs ait, quo mirabilẽ suã potentiã ostẽ

Iob 38 deret, nec tñ ullus hoium efficere põt, ꝙ explicat ad Iob loquens Nunquid uale bis coniungere micãtes stellas Pleiades, aut gyrũ Arcturi dissipare? septẽ stellæ Pleiades vulgo dñt se, tẽ Caprę. Arctu

rũ uero est currus ille, qui cõtinuo motu A circa polum mouet. Septem stellæ pleia des, ita sp coniunctæ sunt, ut unum, quid efficere videant, ita uero diuidunt inter se, ut nunq̃ coniungant, sed una hac re spiciat, alia illac. In quatuor stellis corp⁹ ex quatuor elementis cõpositum signifi cat, in trib. vero rõ, q̃ trib. potentijs con stat, hæc hoiem quidẽ unum conficiunt, sed sibi inuicẽ aduersant. Idipsũ in gyro Arcturi significat, in quo septẽ sunt stellę lucidissimę, & sic mouent continuo mo tu, ut ille nunq̃ cesset, & cum quatuor stellæ superius sunt, tres deorsum iacet, cum uero tres ascenduut, quatuor descẽ dunt. Quare significat motus hoĩs, qui nunq̃ in eodẽ statu permanet, sed iã rõ B sursum est, & corpori imperat, iam cato dñatur, & spiritus deorsum iacet. In pec catore, & iusto hæc manifesta sunt. Sed & iniusto licet simplr rõ sp sit superior, sed in quibusdã, cum.s. venialiter peccat, caro aliquo modo dñatur, & spiritum su perat. Irrequirẽs motus iste, gyrusq; est & nullus hoium clauum apponet, vt gy rus dissipetur. Deus uero oĩa mirabili sua gr̃a in Maria dissipauit hunc gyrum, & clauum apposuit, & septem stellas pleia des coniunxit, ut in unum sint, cum car nem Marię sic spiritui subdidit, ut nunq̃ dñari psumeret, sp spiritui adhæsit, nec unq̃ uiam aliam arripuit, & ideo sum C ma pax in Maria fuit, & summe corpus suum dilexit, ut seruum obediẽtẽ, ac fide lem, qui ut aia propria diligi dẽt dicente Salomone, est tibi seruus fidelis, sit tibi, Eccl.7 quasi aia tua. Nunquam Maria dixit, ꝙ Ro.7. Paulus infelix ego homo, qs me libera bit de corpore mortis huius. Qũo.n.cor pus, ꝙ uitam generauit, mortis corpus es se potuit? Et tandem Maria corpori uni ri optauit statim, ut filio suo plene frue ret. Licet.n.spũs aliquo mõ corpore frua tur, nõ tñ per se, ac proprie, nec propter spũs corpora condita sunt, sed propter aiã corpora, & ideo proprie corpus gau det corpore. Desiderauit ergo maxime Maria corpus suũ, tanquã sibi amicum, dulcissimum, & fidelissimũ comitẽ, cum quo iugem, ac perpetuã habuit pacem. Excepit ergo eum in domum suã Ma ria,

A ria. Sed quanta gloria domus illius fuit tanto hospite excepto? Hodie salus domui huic facta est, dicitur Zachæi domo quia una die in ea Christus commorat° fuit. Si gloria domini impleuit templum, quando arca in illud ingressa fuit, quenā fuit illa gloria, qua Maria plena fuit, cū in eam Deus ipse ingressus est?

Sed quanta cura ei ministrauerit, qs dicat? Vniuersa miæ opere in eum exercuit. Peregrinum suscepit, nudū induit, sindonem fecit, & uendidit, & cingulū tradidit Chananæo, ex lino leui ei uestē tradidit, ut uiam salutis facile curreret, & ex sindone cingulum fecit, quo eum præcinxit. O pulcherrimum Chananæū virgineo cingulo contractum. Habebat Chananæus hic ab initio amplissimas

Ps. 118 uestes, solo cinguso indigebat, quo im-
B mensas uestes, exuberantesq. colligeret, vt uiam salutis percurrere posset. Vis videre amplissimam illius uestem? Audi

Esa. 49 Esaiā, & ea, quæ sub ipso erant, replebāt tēplum. Vis simul uidere cingulum, & vestes? Audi Psaltem, dñs regnabit deco rē indutus est, indutus est Dominus fortitudinē, & præcinxit se. Ecce uestes; ecce cingulum, uestes a patre, cingulum a matre, vestes ab æterno, cingulum ex tēpore. O quales uestes, decorem induit amictus lumine sicut uestimento. Audi cingulū, exinaniuit semetipsum, formā serui accipiens, quam præcincta æterni-

Psa. 95 tas sub vnius diei paruulo, sapientia in fante, potētia in tenello, maiestas in paruulo. Visitauit etiam Maria morientem in cruce, sepeliuit mortuum, panem cœ-
C li illa pauit vbere de cælo pleno, quid officij reliquit in filium? An non Martha fuit? Attende illam in uili tugurio paupe rem, aspice fugientem in Aegyptum in tempesta hyeme, uidi eam inter Barbaros septenio commorantem, & postea reuertentem, & semper Christum sequentem, & ei ministrantem, & dices Martham nascenti, Martham uiuenti, Martham morienti, Martham officio, ac hospitio recte profecto impleuit, quod initio dixit: Ecce ancilla Domini.

[Huic uero erat soror noie Maria, q̄ sedens secus pedes dñi, &c.] Ber. ait. Distingue in illa suprema Maria duplicem A portionē Martha in corpore erat, Maria in spū, Martha in ministerio, Maria in otio, miro, namq; spiritus artificio non se hæc impediebant. Quis enarret quo feruore ad Christi pedes spūs Mariæ agebatur, quot radijs sol ille licet nebula carnis tectus purissimā huius uirginis mentem erradiabat, quali nectare intus potabatur in cōuersatione cum Iesu puero, adolescente, ac uiro, quæ illorum colloquia, quæ oracula, quæ mysteria? O felicissimam sobolem, ubi infinita sapiētia magister est, & Maria discipula, quid a tanto magistro non didicisti? Certe corpus Mariæ tenerum irruētis voluptatis torrentē non posset tolerare, nisi eā spiritus sanctus desuper obumbrasset. Et Iud. 3. ideo miraculo deputandum est, non defecisse eius vitā in his. Si enim quod vni Esa. 62
uersi sancti gustauerunt, in unū coacer- B
uaretur, parum quid est cum eo collatū, Ps. 118
quod Maria gustauit. Cum. n. natura e sit uehementem affectum manifestare se uelle, & Christi anima summis affectib. urgeretur, eos Mariæ exprimebat. Quid ergo audisti ò Maria? quid didicisti? omnem certè excedit cogitatum.

Hæc vero, quæ tunc didicit, aliqñ eru ctauit, & Apostolos, ac Euangelistas po Euseb. stea docuit. Vnde Eusebius Emissenus in sermone huius festi ait, Mariam ut sapientissimam matrem, oia uerba Christi in corde suo conseruasse, ac cōtulisse, ac memoriæ mandasse, ut tandem ipsa C docente, narrante, atque nunciante scriberentur, & uniuerso Mundo prædicarentur. Ab ipsa enim Apostoli audierūt Eze. 1. & ipsa dictante scripserunt, nobisque legendi mandauerunt.

Vnde Rupertus in caput 2. Matthæi ait. Duplex Mariæ tempus, tacendi, & loquendi. Dum filius eius fuit in terris, tēpus fuit illi tacendi, ubi uero ascendit in cœlos, tēpus loquendi, & talia loquendi, qualia prius Apostoli portare non potuissent. Licet enim spiritus sanctus eos primo docuerit, tamen etiam Maria testimonium suę uocis adhibuit, & taliter locuta est, ut recte ei dicat. Fauus distilās labia tua, mel, & lac sub lin

gua

A gua tua, emissionis tuæ paradisus, fons hortorum, puteus aquarum uiuentium, quæ fluunt impetu de libano. Ideo Ignatius eam vocat religionis nostræ, & pœnitentiæ magistram. Addit vero Rupertus in primo libro in cantica, Mariam præfuisse primo Concilio Apostolorū, in quo de ceremonijs Iudaicis actū est, & eam definisse veritatem illam. Et qđ propter Mariȩ dictum, & authoritatem dixerunt, & scripserunt Apostoli, visum est spiritu sancto, & nobis, quia hæc uirgo est, quæ vniuersam hæreticam prauitatem interemit. Adeo enim manifeste Spiritus sanctus in Maria habitabat, ac loquebatur, vt quod illa dicebat, à spiritu diuino profectum non dubitaretur, ideo dicunt Apostoli, uisum est Spiritui sancto, qui in Maria loquitur, & nobis. Nec verò per id, quod dicit Rupertus, negandum est, Petrum præfuisse illi Cōcilio, & Spiritum sanctum ei astitisse, sicut reliquis Concilijs œcumenicis. B

Sed illud etiam in hac Mariȩ contemplatione altissima cōsiderandum, quod in Euangelio dicitur. [Dic illi vt me adiuuet.] Non ait Martha sorori, adiuua me, sed Dominum orat, vt id præcipiat. Sed qua de causa? Certè quia perfecta contemplatio carcer est diuini amoris, quo vinctus tenetur, qui Deum uidet, ac diligit. Sicut ergo cum in carcere homo tenetur, non ei dicis, exi a carcere, sed prætorem obsecras, ut illum educat. Ita si plene quis Deum in contemplatione gustauit, in carcere est, licet eum ores, ut è carcere exeat, non exibit; ora Deum, ut ille præcipiat exitum, & tunc exibit. Hinc Martha non rogat Mariā, vt surgat à Christi pedibus, sed Christum, ut id præcipiat. Hinc cum Moyses cum Deo in monte esset, ad eum Dominus ait, vade, descende, populus tuus peccat. Ait, vade quia nisi Deus præcipiat, non ibit, quia cum eo loquebatur. Hunc degustauerat carcerem, qui absconditus fuerat à Saule in loco orationis, ideo ait. Vnam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnib. diebus uitæ meæ, ut uideam uoluptatē Domini. Tota uita in loco orationis cōmorari vult, ut Domini uoluptate fruatur. Et forte ille est carcer, de quo Sapiēs ait: Inijce pedes tuos in compedes illius & in torques illius collum tuum, subijce humerum tuum, & porta illam, & ne accedieris in uinculis illius, & erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & torques illius in stolam gloriæ, & uincula illius alligatura saluti. Torques est circulus ferreus quo ligatur seruicollum, quod Latinis est numella. Describit ergo carcerem strictissimum, in quo pedes, humeri, collum, & manus, ac brachia, ligantur, significat uero, debere hoīem omnino se subijcere diuinæ sapientiæ, & in eius carcerem intrare, vt oēs affectus, cogitationes, & opa in Deo solo versentur, q̃ in Maria factum ostēdimus, quam imitari debemus, &c.

C Simile

Exo. 32

Psa. 26

Eccl. 6.

## In festo S. Bernardi Abbati

*Thema. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis, &c. Matth. 19.*

Diem hodie festum agimus Diuo Bernardo, qui cum Apostolis dicere iure potuit, ecce nos reliquimus oīa, & secuti sumus te, adolescens enim ordinem Cistercensium ingressus est, in qua uitam cælestem, ab omni caducarum rerum appetitu immunem agit, mirabili continentia, cūq; fres ei īpedimēto esse uellent, ipse eos oēs post se traxit, & cum triginta optimæ spei adolescentibus monasteriū ingressus est. Nec semel mundana contempsit, cum enim deinde pingues ei offerrentur episcopatus, eos recusauit omnibus uirtutibus clarus fuit, eaque prȩditus sapientia ut ipse confessus sit, aliquando sibi oranti, sacram omnem, uelut sub se positam, & expositam sibi apparuisse scripturā. Enituit uero in eo pius affectus ad Dei matrem, cuius encomia mire concionibus celebrauit, & a qua beneficia magna accepit, eā nos nūc salutemus, &c. C

Mirantur, stupentq; multi excelsum, ac maximū sanctorum animum, qui terrena

A rena omnia despicit, ac relinquit. Quidā vero & execrāntur, putantes id naturæ cōtrarium, & ideo à Deo autore naturæ esse non posse. Cū.n. natura desideret uoluptates, diuitias, ac honores, qd illi magis aduersum, q̄ hæc cōtēnere, atq; relinquere? Quid.n. magis contrarium humano affectui esse potest, quā illud Ioannis
2.Io.1. fratres nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt, quia si qs diligit mundum, non est charitas patris in eo.

Vtriq; profectò laborant ignorantia eius ce situdinis, ad quā hō per gfam eleuatus est, & inde illorum admiratio, & horum execratio procedit, si.n. eam nossent, facile id, ac planū esse conspicerēt, nec gfam naturæ contrariam, sed illam perficientē agnoscerent. Sed quæ na ista celsitudo, ac dignitas est? Certē homo
B natura sua infinitū est itellectualiū, sed gfa ornatus eleuatur super naturā uniuersam, ēt Seraphinorū. Quod si Deus innumeros adhuc crearet Angelos superiores his, qui nūc sunt, excedit homō gfa prȩditus eorum omnium naturam, gfa enim supernaturalis cum sit, suo nomine ostendit, esse super oēm naturam, quia diuinȩ naturæ participatio est, &
2.Pe.1 ea fit homo filius Dei, & Deus participatione, gloria, & honore coronatus. Et cum vnaquęq; res operetur secundum esse, quod habet, qui super omnem est eleuatus naturam, quid mirum si ea contēnat, quæ inferioris sunt ordinis? tenetur
C enim, non degenerare à patre cælesti, & ab altis cogitationibus filij Dei. Si enim angelo in natura sua considerato dares nunc vniuersa bona corporalia, ea quidem despiceret, qm̄ naturȩ superioris cū sit, usui illius non sunt apta. Vnde dixit Raphael Tobiæ, offerenti sibi diuitias,
To.12. ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus uideri nō potest, vxor. Quid ergo mirandum, si homo, super omnem angelorum naturam eleuatur, eadē despiciat, & diuinus effectus diuina quærat?

Ne vero quia causetur gratiam naturæ contrarium esse, attendendum, gfam perfectionem esse naturæ, tam longe abest, vt eam destruat, ideoque per eam nō effici, vt quę natura desiderat, homo non quærat, sed potius, vt ea, quęrat, sed A pfectiora, sed meliora. Sic.n. gfa naturæ ait, optat diuitias, honores, uoluptates? sint hæc tibi, hæc qre, sed ueras, sed magnas, & celsitudini, ad q̄ euectus homo est, per gfam, conuenientes quære honorem, & gloriam, sed quæ apud Deū est, de qua scriptum est, honorificabit eū pater meus, qui in cælis est, & in Ps. nimis, Io. 1.
honorati sunt amici tui Deus. Quere diuitias, sed veras, non fallaces thesauriza Ps. 138
tibi thesauros in cælo, non in terra, vbi Mat. 6
ærugo, & tinea demolitur. Et iterū suadeo tibi, emere a me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, prȩcipe, diuites Apo. 3
fieri in bonis operib. Paulus ait, quęre 1.Ti. 5
absconditum thesaurum, veras margaritas, non falsas. Quære delitias, sed non brutas, & quibus erubescas, sed illas de Ma. 13
quibus Psal. ait torrente uoluptatis tuæ B
potabis eos. En gratia naturam non destruit, sed perficit. Si.n. homo infimę sor Psa. 35
tis in Regem Hispaniarum assumeret, iure ei diceret, vt priore conuersatione 1.Reg.
relicta, nouam quæreret, non contrariā 10.
priori, sed perfectiorem, & altiorem. Sic de Saule dr, mutatus est in virū alterum Saul, cum regnare cæpisset. Sic & mutatus Nabuchodonosor, cū dato ei sensu, è Dan.4
bestia transijt in regnum. Quid ergo mirum, si id ipsum gfa in homine efficiat, cū hoīem eleuet super omnes reges, & omnē denique naturam? Non agnoscit mundus hanc filiorum Dei dignitatē, et ideo miratur eorum conuersationē. Si- C
cut cum princeps uiam agit habitu mutato, ne agnoscatur, & plura p̄stat hospitibus, plura despicit, admirationi habetur, quia eius dignitas ignoratur. Nunc filij 1.Io.2
Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus, mūdus nō nouit nos, qa non nouit Deum, ideo miratur, ac stupet, cum videt, caduca relinqui a principibus cælestibus, sed id mirandum, nequaquā est, si eorum dignitas attendatur.

Sed audiamus loquentem unū ex his principibus oīum nomine. [Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis,] Sicut duo sunt astra borealia, Elice, & Cynosura, quę vulgo poli nuncupantur, in quibus uniuersa cęe

A ſtis machina uoluitur. Ita duo ſunt ſimiles poli, vel aſtra, quæ hoĩum vitã regũt, & in quib. humanus uolutatur affectus & in quæ reſpiciunt nauigantes hoc mare magnum. Alterum eſt. [ Quid erit nobis? ] Vt Petrus ait, alterum vero qđ eſt nobis, vt mũdani hoĩes dicere conſueuerunt. Iuſti æterna, & futura conſiderant pctõr præſentia, & caduca attendit. Iu-
1. Co. 4 ſtus ait, nõ contẽplantibus nobis, q̃ vñr, ſed quæ non vñr, quę. n. vñr, tpalia ſunt q̃ nõ vñr, æterna. De peccatoribus uero
Da. 13. apud Dan. dr̃, clauſerunt oculos ſuos ne videãt cælum. Hæc uero inter hos diuerſitas eſt, quod iuſti quærũt veras diuitias vera bona, peccatores vero apparentia tm̃, & quæ hoĩem decipiunt, ar in ſe nihil cõtineat ueritatis. De quibus Sa. Va-
Ecc. 34 na ſpes, & mendaciũ viro inſenſato, &
B ſomnia extollunt imprudẽtes, quaſi qui apprehẽdit umbrã, & pſequitur uentum ſic, & q attẽdit ad viſa mẽdacia. Merito vanã dicit peccatorum ſpem, cum.n. ille putauit, ſe ſatiandum, ac implendum re concupita obtenta contrarium accidit. Addit Sapiẽs, extollit peccator ex his, q̃ ſomniat, ſicut ſe extolleretur infimus de plebe homo, qñ rex ſibi vr̃ in ſomno, ita accidit, q putat ſe aliquid eſſe pp tpalem celſitudinẽ, cum nihil ſit, ſimiles. n. eſt ei q apprehendere conat̃ vmbram, vel vẽtum, nihil. n. cõprehendit, & cũ manifeſtè expertus ſit, eſſe mẽdacia nihilominus illa ſequitur. Expertus es pcti v anitatẽ, & dulcedinẽ in eo non eſſe, ſed dolorem ſed infirmitatem, ſed amaritudinem, &
C nihilominus illud ſequeris, ſũma vani-
Pſa. 72 tas iſta eſt. Vnde Pſ. Velut ſomniũ ſurgentium dñe, imaginẽ ipſorum ad nihilum redigẽs putat. n. ſomnians, imaginẽ illam uerã eſſe, q̃ ei apparet, ſed cito ad nihilum redigeť, dum ſurgit electo. Ita ĩ alia vita continget, ſed & in hac, cũ conuertens oculos ad priorem vitam turpẽ nil inuenis pter uanitatẽ. Hinc diuitias
Ma. 13 fallaces Xps nuncupat, cum ait. Quod aũt ſeminatum eſt in ſpinis hic eſt, q verbũ Dei audit, & ſolicitudo ſæculi iſtius, & fallacia diuitiarum ſuffocat uerbum & ſine fructu efficitur, & iõ Paul. diui-
1. Ti. 6 tias ſęculi incertas dicit, dicẽs. Diuitibus huius ſæculi pręcipue, non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum ſuarum. Et dñs apud Lucã ait. Si in iniquo Luc. 16
A
mãmona infideles fuiſtis, q verum eſt, quis credet vobis? & ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis? Quibus verbis diuitię falſæ, & nõ verę dñtur, & alienę a nobis, quia nobis inuitis tollit fortuna, latro, & denique mors. Iuſti vero vera bona q̃runt, neglectis falſis, bonas margaritas relictis manib. Eſt Lydius lapis, vulgo dict', vel cõtraſte, quo metalla pbant, eius. n. tactus diſcernit aurũ ab auricalco. Eſt ĩ morib. datus nobis Xps dñs, qui lapis eſt, ab hominib. qdem reprobatus, a Deo aũt electus, & honorificatus. De quo Eſ. predixit, ut ſciat reprobare malum, & eligere Eſa. 7.
bonũ, ipſe lux eſt, uniuerſa manifeſtans qualia ſint, ipſe ſecundus Adã noĩa vera
B
reb. imponẽs, ille dicit oĩa caduca, & peritura uana eſſe, hoc ergo ita eſt; Ille dicit. Spũalia bona vera eē, ita ergo res ſe hẽt. Poſt hũc lapidẽ, lapis ẽt Petrus eſt, q à petra Petrus dr̃, hic n̄ ait. [ Ecce nos reliquimus oĩa. ] Quaſi uana, vana ergo illa ſunt. Qui vero eã putat aliquid eſſe, Gen. 2.
puer eſt ſenſib. Similiq; pueris, & puellis, qui paruas hoĩum, & mulierum effigies formãt, quas vulgò dñt muñecas, et hanc regẽ dicunt, illam uero reginã, eiſque exhibent reuerentiam tanq̃ principib. Vſquequo paruuli diligitis infatiã? Simile
Nolite paruuli effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Cum eſſem paruulus, ſapiebã vt paruu'us, cogitabã ut paruulus, loquebar ut paruulus, qñ aũt factus ſum vir, euacuaui, q̃ erant paruuli, & cũ reliquis Apoſtolis dixi, ecce nos reliquimus oĩa, quia illa vilia reputaui. De quibus proinde Pſa. ait, dñe a paucis de terra diuide eos in uita eorum de abſcondi tis tuis adimpletus eſt uenter eorũ, ſaturati ſũt filijs, & diuiſerũt reliquias ſuas paruulis ſuis, ego autem in iuſtitia appa Prou. 1 1. Cor. 14.
C 1. Cor. 13.
rebo conſpectui tuo, ſatiabor cum appa ruerit gloria tua. Q. d. Separa Dñe iniuſtos a paucis de terra, ideſt à potẽtibus, q pauci ſunt, & eos fulciũt, uel à iuſtis, qui pauci ſunt, eos diuide: vẽtrẽ. n. ſuũ impleuerunt (ideſt, deſideriũ) abſconditis tuis Pſa. 16

ideſt,

A id est, Thesauris, & opibus, quæ abscōdi ta dicit, qa recondi solent, uel potius tan q̃ vilia ea Deus abscōdit. Sicut in princi pum domo pretiosa ob oculos oīum po nunt, uilia uero absconduntqa indigna cōspectu. Ita gratiā, & dona cælestia in oīum oculis Deus posuit, aurū uero, & gemmas abscōdit in mari, & terræ vi sce ribus. De his ergo absconditis illi satiati sunt, & filiis, ac nepotibus ea reliquerūt. Ego vero, ait Dauid, hæc in pretio non habebo, sed curabo iustitiā, & gloriā tuā, in qua plena satietas est. Et ideo Petrus ait, qd ergo erit nobis? Hinc factū est, ut cū Bernardus cum fratrib. seculum relin quentes in ordinē Cisterciensem prope rarent, qd primogenitus ad puerem Ni uardū, q minimus natu erat, dixit, ad te B solū respicit terra possessionis nostrę. Et ille licet puer ætate, non tamen sensu, dixit uobis cælū, mihi terra? non exequo diuisio hæc facta est. Et sic paulo post fra tres secutus est omnibus relictis.

Sed cū Petrus ait. [ Quid ergo erit no bis? [ Amore cōcupiscentię mercedē pe tit. Est uero amor amicitiæ purisimus, q soli Deo debetur, quē pp se diligere dem mus, & oīa pp illum, qui amor nobis in est a natura, & gr̄a, a natura quidē natu ralis, a gr̄a supernaturalis. Natura qdē nos inclinat, vt Deū sup oīa diligamus, quia oīs res magis inclinatur in id, cuius est, q̃ in seipsam, & sic pars se exponit p toto, & licet totū eā exponat, sed id sua- C uiter efficit f̄m inclinationē patris. Et in Aristo. politicis id apparet cū bonus ciuis se ex- ponit periculo pro tuenda ciuitate, quia ergo bonū vniuersale est Deus naturali ter plus diligit ab hoīe, & Angelos. Sup istā naturalē inclinationē charitas eā per ficiens additur, q̃ Deū diligit ut bonū su pernaturale, & ad eū cuncta refert. Sed qm̄ amor, quo nos ipsos diligimus, vehe- mens nimiū est, & amabile bonum, sed vnicuiq; proprium, & experientia osten dit in oībus fere rebus attendere nos, qd nobis conueniat, uxorē, ut amicos nobis iungamus, licet potuerit Deus velle, dili- gi a nobis solo amore amicitiæ, ut tū eū amplius diligeremus, uoluit etiā amore Ma.12 cōcupiscentię diligi tanq̃ bonū nostrum

Vnde ait, diliges dn̄m Deum tuum, q.d. A dilige eū, qa bonū tuū est. Quid si utilita tē qras, & bonū tibi, nihil melius tibi es se poterit, q̃ Deus, qui nunc tibi centu- plum erit, & in alio sæculo vita æterna. Licet ergo homini Deo obsequi pp mer cedē. ut definitur in Cōcilio Trid. sess.6. Hinc Dauid ait. Inclinaui cor meū ad fa Cōc. c. ciēdas iustificationes tuas pp retributio 23.et 31 nē. Et nunc Pet. [Quid ergo erit nobis?] Ps.118 Et contentione facta plures in uinea la- borauerunt, qui denariū recepetūr. Hoc uero licere nobis, ratio manifesta osten dit. Si.n. tēporalibus utilitatē meam cu- Ma.20 rare possum, multo potiori iure in spiri tualibus. Verū qdē est, nō satis esse, Deū diligere amore cōcupiscētiæ, sed necessa riū ēt nobis esse eū diligere amore ami- citiæ sup oīa, postq̃ ergo homo Deum di lexit, vt bonum suum, dēt se, suaq; oīa in Deū ordinare amore amicitiæ. Deo ue- B rò obseq amore amicitię, pfectius est, & ideo maiori retributione dignum, chari tas.n. durissima, utilitatē nō quærens, eā ampliorē recipit. Et hinc factū est, ut hi, qui una hora in uinea laborauerunt, de nariū reciperent, sicut illi, qui tota die la borauerāt, qa nulla facta conuentione ierunt in uineam, cū reliqui conuentio- ne facta in eam uenerint. Quo, n. plus di ligitur Deus amore concupiscentiæ, eo minus diligit, amorē amicitię, ut D.Th. D.Th. ait Duabus ergo rōnibus homo ducitur, 12.q.29 vt Deo adhereat, & ei obsequatur. Prior arti. 4. est illius bonitas, q̃ respicit pura charitas C Altera est vtilitas, q̃ respicit amor concu piscentiæ. Miro artificio vsus Deus est, vt maxime diligamus, & in eius obse- quio psistamus, nec deficiamus, nos ergo ducit uelis, remisque amoris sui, & nr̄i. Vna inclinatione ducitur lapis in centrū propria, s. inclinatione in bonum pro prium sed altera inclinatione ascindit, p ordinem vniuersi, qn̄ impleri vacuum oportat. Has uero diuersas inclinatio- nes posuit Deus in nobis, & utraq; ducit nos in Deū, & eius amorē, & obsequiū. Diligis vniuersale bonum? diligis o ho mo totum? Deus bonum uniuersi est, Deus totum est, dilige ipsum, Diligis te, & commodum tuum? Dilige Deū, qui est

A est precipuũ tuũ bonũ, ex cuius dilectio ne summã vtilitatẽ cõsequeris. Si bonita tẽ attendere volueris, infinitã in Deo re peries, si utilitatẽ cum Petro dicente[qd erit nobis? hic cẽtuplũ recipies, & in futuro infinita bona. Vtrumq; attendebat Aug. in Soli loquij. Primũ, cũ diceret. Amo te Deus meus, magisq. semp amare cupio, quia tu es reuera oĩ melle dul-
Augu. cap. 19 ciot, o ignis, q semp ardes, & nunq̃ extin gueris, o amor, q semp ferues, & nunq̃ tepescis, accende me, accẽdar inq̃ totus a te, ut totus diligãte, minus.n. te amat, qui tecũ aliqd amat, ꝙ pp te non amat. Diligã te dñe, qm̃ tu prior dilexisti me, vt.n. tibi totus seruitẽ, oĩa quæcunq. feci sti, in meũ seruitiũ tradisti. Vtilitatẽ ve-
Augu. cap. 21 ro attendebat cum diceret, si tanta facis nobis in carcere. quid agas in palatio? Si
B hæc, q̃ bonis, & malis parasti, adeo sunt delectabilia, qualia erũt, q̃ solis bonis pa rasti ẜm infinitã magnificentiã tuam, & dulcedinem diligentib. te? Sicut non est finis bonitatis, & magnificentiæ tuæ, ita non est finis retributionis tuę, sed sicut magnus es tu, ita sunt magna donaria tua, qm̃ tu ipse es pręmiũ, & donũ. Si er go dixeris, ꝙ erit nobis? si utilitatem quę ris, infinitam reperies, Quod si dixeris, quo tanta bona cõsequi potero? Respon det Bernardus, qui in uisione accusatus
Berna. a dæmone est, & qui cœlesti regno esse dignum contendebat. Ad quem Bernar dus ait, ego quidem a me ipso indignus sum, sed Christus dñs meus duplici titu lo, ac iure exigere regnũ cælorum potest
C pp hæreditatẽ patris, & meritum passio nis, & altero ipse cõtẽtus, alterum mihi donat, meritũ, scilicet suum, quo ad tm̃ præmiũ assequendũ peruenire potero.

2 Sed visa Petri interrogatione, quid ei Christus dñs rñdeat, videamus. [Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me &c.] Quib. verbis multa docemur. Primũ. Si quis in Deũ diues fuerit, & erga eũ liberalis, experietᷣ in se magnificẽtissi mũ Deũ, qui.n. iustorũ capillos, & gressus dinumerat, qui potum aquę frigidæ sine mercede esse non patitur, quo pacto maxima non donabi ei, qui pro eo oĩa reliquerit? Multi quidem parci sunt, parceq; seminant, dũ Deo sua tribuunt, qui tñ in his, quæ mũdi sunt, vniuersa sua effundere nõ uerẽtur. In quos Deus inuenitur p Hieremiã. Nunquid terra steri-
li sego sum, aut serotina? quare ergo dixit populus meus recessimus non veniemus vltra ad te? Sñi agricolæ pdia duo, Hiere.
quorũ alterũ sterile est, alterũ uero ita pingue, ut semper ei reddat fructũ centesimũ, cum ille seminat in priori agro, dolens seminat, & parce seminat, timet .n. seminis iacturã, cũ uero in agro pingui, libẽter, largeq; semẽ effundit, nouit .n. nimis multiplicandum. Nunc ergo ad uos sermonẽ conuerto o homines, q in mundũ liberales estis, in Deũ uero parci, & auari. Nostis ne, q̃ sint diuersi agri 5.
mundus, & Deus: Multa mundo dedisti, cũ eius uanitati inseruisti, quẽ ex his Ro. 6.
fructum habes? quẽ fructum habuistis in his, in qbus nunc erubescitis? centũ seminasti, & unum nõ messuisti. Nũc er B
go loqtur Deus tuus, nunqd ego terra sterilis sum? num, uel serotina? Qd sero tina nõ sim, manifestũ est, cũ in hoc secu lo reddam centuplum, ꝙ sterilis nõ sim, eadẽ ratione patet, centuplũ.n. cumulatus fructus est, & vita ęterna mille millib. imo infiniti abundãs fructibus, quare ergo in hoc pdio oĩa tua non semina bis? Nunc ergo ad Aplos ait, qa me secu ti estis pauperes facti, & minimi in hoc sęculo, eritis principes in regeneratione, & tanquã regni magnates, cũ reliqui ad stent, corã tribunali iudicãte, uos sedebi tis tanq̃ principes. Magna profecto Dei C
merces. Hinc sancti libẽter vniuersa p Deo reliquerunt, & nimio feruore ẽt cor poris uires attenuabant, & pœna corpus extinguebant, ut Deo obsequiuũ pstaret Qua in re sic Bernard. excessit, ut uitio ei datũ, sit, ꝙ corpus suum nimiũ affixerit, Sed recte ait socius ipsius, q eius con scripsit vitã Guillelm⁹ Abbas. Fælix, cui Guille.
soli reputat ad culpam, ꝙ cæteri psumere sibi solet ad gloriã. Hinc ẽt iugis illius cura, qua sibi aiebat, Bernarde ad qd ve nisti? Hinc ita diuinis redditus fuit, ut sẽ tiens non sentiret uidens nõ uideret, co medens nõ gustaret. Hinc Ecclesiæ vniuersalis cã innumeros subijt labores, ut schis-

A schisma tolleret, quod & pfecit. Et qm pp Deum spes multa in sæculo reliquit, & q princeps esse potuit, pauper, & nudus effectus est, super principium capita Deus exaltauit, & adeo, illustrem miraculis fecit, ut eorũ certa rõnem dare nullus possit, innumera etenim fuere. Adeo ut ipse quoq; tanta miracula miratus sit ait Godifredus in vita D. Berna. Disputans. n. secum in cogitationib. suis, & ex ipsa demum loquutus abundantia cordis sui, domesticis sui qbusdam aiebat. Plurimũ miror, quidam sibi hæc miracula uelint, aut quid uisum sit Deo, talia lactitare per talem. Nihil mihi uideor in sacris paginis super hoc genere legisse signorum. Siquidẽ facta sunt aliqn signa p sanctos hoies, & perfectos, facta sunt & p fictos. Ego mihi nec perfectionis cõscius sum, nec fictionis. Scio. n. sanctorũ mihi non suppetere merita, quæ miraculis illustrentur. Confido aũt, nec ad eorum sortẽ me pertinere, q uirtutes multas in noie Dñi operant, & à Dño ignorant. Et tandem opportunũ exitum reperit. Scio, inqt, huiusmodi signa non ad sanctitatẽ unius, sed ad multorũ spectare salutem, & Deum in hoie, per quem talia opatur, nõ tã pfectionem cõsiderare, q̃ opinionẽ, ut in eo cõmendet hoib. quę illi credit, inesse uirtutem. Neque. n. p eis fiunt hæc p quos fiunt, sed pro his magis, q uident illa, uel sciunt. Nihil ergo mihi, & signi istis, qñquidem meæ illa famæ magis q̃ uitæ nouerim exhiberi nec ad meã fieri cõmẽdationem, sed ad commonitionẽ potius aliorum. Mirabilia profecto Bernardi signa innumera, qb. uisum cęcis, salutẽ ægris, claudis gressum, & infinitus ppe laborãtib. opẽ tulit, sed mirabilior eius aĩus humilis, q sic interpretatus est miracula tãta. Sicut ergo miracula miramur, imitemur affectus Mercedẽ Apostolis concessam uidimus dum principes fiunt, q paupes pro Christo esse uoluerunt, cuius principatus participes sancti illi sunt, q eos imitant, vt Bern. Nobis uero quid relinquitur, qb. difficillimũ apparet, ad eum venire principatum? Addit Dñs. [Omnis, q reliquerit domum, &c.] Duo nobis in hoc Euãgelio cõmendantur, relictio tpalium, & Xpi sequela, hęc. n. summa est totius pfectionis. Duo. n. mala in peccato sunt recessus à Deo, & cõuersio ad creaturam. Ita Duo cõplectit perfectio uirtutis, quę illis opposita sunt, recessum à tpalibus, & accessum ad Xpm. Similis est motus aĩæ mortui corporis, i quo est terminus à quo, & ad quem, recedimus ab uno, ut veniamus in alium. Ita aĩæ motus perfectus est, cum recedit à tpalibus, & accedit ad Xpm. Hoc est, q Petrus ait, reliqmus oĩa, & secuti sumus te. Hæc oĩum summa uirtutum, Virtutes. n. quædam theologicæ sunt, quædam cardinales, hę hoiem à terrenis separãt, illæ uero Deo agglutinant. Hinc Aug. to. 4. in li. 83. q̃stionum ait. Charitatis uenenũ est spes adipiscendorum, aut retinẽdorum tpalium, nutrimentum eius est immutatio cupiditatis, pfectio nulla cupiditas. Quisquis igit eã nutrire vult, instet in immunẽdis cupiditatibus. Hæc Augu. Hinc sancti, ut liberius, expeditiusq; Xpm sequerentur, oĩa reliquerunt, quia omnis, qui in agone contẽdit, ab omnibus se abstinet. Accidit illis, q Syris accidisse Regũ historia ait. Siquidẽ Dñs sonitum audiri fecerat in castris Syrię curruũ, equorum, & exercitus plurimi. Surrexerunt ergo, & fugerunt, & dereliquerunt tẽtoria sua, fugeruntque, animas tantũ suas saluare cupientes, & vestes, & uasa proiecerunt in uia, Sic Deus intonare solet voce grandi, & metum æternæ dãnationis in corde ponere, & ut illam iram homo effugiat, ut certiorem salutem reddat æternam, uniuersa relinquit.

Sed ais, nonne possum salutem consequi, et si diues sim? non ne Patriarchæ diuites fuerũt? Certe difficile ab affectu dimittitur, quod effectu retinetur. Hinc Bern. in declamatione super hoc Euangelium ait: Hæc causa fugiendarũ diuitiarũ præcipua est, quia aut uix, aut nunq̃ ualeant sine affectu retineri facile cor humanum oĩbus, quæ frequentat, adheret. Et ideo ut ab hac difficultate se sancti liberarent, effectu omnia reliquerunt, ut certiorem salutem suam redderent. Salus nãque æterna tantum est bonum,

Marginalia: A; Godif. lib. 3. c. 36.; B; C; B; Au. q. 36.; 1. Co. 9; 4. Re. 7; C; Bern.

num,

A num, ut sub dubio relinqui non debeat, sed omnibus modis, ac uijs certior reddi. Quod si vnquam difficile fuit, diuitem intrare in regnum cœlorum, nunc maxime, quando mundi uanitas, ac peruersitas supra modum excreuit. Cum enim tranquillum est mare, potest nauis onusta mercibus securius uiam agere, sed si mare intumuerit, & tempestas orta fuerit, oportet, alleuiare nauem, & vniuersa i mare proijcere merces. Fuit aliquando mundus serenus, ac tranquillus, cum patriarchæ diuites essent, tunc ciborum nulla pretiositas uestium cultus moderatus, fastus, & arrogantia nulla fere, & iõ diuitijs onerati melius niã agebant in cœlum. Sed nunc tempestas exorta est, uides ò homo cor tuum tanquam mare feruens, quod quiescere non ualet, vides affectus inimicos exurgentes, quibus diuitiæ uim tribuunt, ac fomenta ministrant agitur iam de periculo animæ tuæ, proijce uniuersa in mare, omnia relinque ut facilius saluus sis. Patriarchæ non uiderant Deum pauperem, quem imitarentur, tu uero uidisti eum, qui diues est, pro te pauperem factum. ut eum, ergo imiteris, pauper esto. No' uero metuere, quod ideo miser futurus sis, & ærumnosus, licet enim minus habeas, cum pauper fueris, sed melius est modicũ iusto super diuitias peccatorum multas, Non enim melius, aut lautius comedit infirmus, quam sanus, licet enim delicatiora manducet, & dulciora, sed non illi melius sapiunt, quam sano grațiora, nec pretiosior cibus, sed gustus lautam fecit mensam. Sic pueri illi apud Danielem leguminibus pasti pulchriores fuerũt reliquis, qui cibo vtebantur regio. Et in hoc uerum habet illud Exodi, qui plus collegit, non inuenit plus, nec qui minus parauit, reperit minus. Vnde colligit Paulus. Qui multum, non abundauit, & qui paucum, nõ minorauit. Si ergo paupi minus à Deo datur, non ideo minus habere dicitur, cum ei dulcius sapiat, quam diuiti plura, quæ obtinet. Cui accidit persæpe, uod Rebecæ, quæ liberos nimium optauit, quibus sic grauata est, ut diceret, si sic futurum erat, quid necesse fuit, me concipere? Desideras temporalia multa, obtinebis forsan ea, sed ita te grauabunt, ut aliquando dicas, si sic futurum erat ut quid hæc optaui, & acquisiui? &c.

Simile
B
Psa. 36
C
Dan. 1
Exo. 16
2. Co. 8
Ge. 25.

## In festo S. Bartholomæi Apostoli.

*Thema. Cum dies factus esset, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis. quos & Apostolos nominauit, &c. Luca 6.*

A PRimus quidem locus in Dei domo Xpo principi debetur, & eius gratia in genere gr̃æ infinita est, Illud Paulus late probat ad Heb. & Eph. oñedens præstare ipsum In Dei domo reliquis sanctis, sicut excellit princeps Hispanię patris sui seruis, sicut caput membris. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, & omnia subiecit sub pedibus eius. Et sicut sol excedit stellas, quæ ab ipso lumen mutuant, & sicut mare fontes, qui ab eo procedunt. Recte sponsa. Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.

Secundus uero locus Mariæ debetur, vt innumeræ rationes ostendunt, & cõcors sanctorum, & Ecclesiæ sententia. Cui proinde illud Canticorum conuenit, Sexaginta sũt reginæ, octuaginta cõcubinæ, adolescentu'arum non est numerus, vna est columba mea, perfecta mea, hæc est Maria, quæ adeo diuitus donis, & gratia pulchra est, ut sua pulchritudine sanctos quodammodo obũbret, & ipsa inter eos lilium uideatur inter spinas. Cum enim sancti uniuersi lilia sint, coram. Maria spinæ apparent, sicut pulchrum coram pulcherrimo, minus pulcrum uidetur.

Tertius Ecclesię militantis, & triumphantis locus post Christum regem, & Mariam reginam Apostolis, quorum hodie electio proponitur in Euangelio, debetur. Quibus adnumerandus est Io. Bapeista, vt Apostolus patris, missus à Deo, sicut Paulus Apostolus fuit Spiritus

B
Heb. 1
Eph. 1.
Can. 2.
Can. 6.
C
Can. 2.

A tus S.Apostoli ergò excedunt reliquos sanctos gratia, & donis cælestibus, & iō eos primum in Ecclesia Christus posuit Vnde hanc electionē Apostolorū enarrans Marcus, ait, eos Christū elegisse vt essent cū eo, & vt illos mitteret ad pdicādū. Primū pertinet ad propriū ipsorum pfectū, vt. s. familiarissime cū ipso essēt illiq. propinquissimi, vt magis ab eo discerent mysteria regna, & exēpla Xpi intuerent, & iō plura dona à Christo perceperunt, quo, n. res aliqua propinquior est causæ, eo vim eius plus participat, sicut pꝓpinquius igni plus calefit. Secūdū pertinet ad profectum Ecclesiæ, pp quā missi sunt, ut eā doceāt. Addit uero Marcus, dedisse eis potestatē pellendi dæmones, & curādi infirmos. Sicut enim olim Moyse fecit Deum Pharaonis, tradens ei virgā qua miracula patraret, ita Apostolos constituit Deos mundi, tradita eis miraculorum pōtāte. Latè oñdit Paulus plus à Deo clarificatos Apostolos, quam Moysen, quia potioris testi iniqui erant. Apostolus Græca dictio est, quasi missus nuncius, non quidē vt tabellio, sed q ore negotium agit, vt orator, & legatus. Primum vero nomen hoc Christi dñi est, dicente Paulo. Considerate Apostolum & Pontificē confessionis nostræ Iesum, est. n. missus à patre, vt ille sępe dixit, est que missus p excellentiā in mundi remediū. Deinde vero nomen hoc tribuit ille discipulis, quos ipse misit in mundū suprema autoritate, & potestate, tū faciendi miracula, tū docendi vniuersam Ecclesiā. Vñ oīs Apostolorū scriptura est sacra, tū gubernandi oēm Ecclesiā, & iō missi p excellentiā dñi. Sic ad eos Chrs ait. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, idest, ea ptāte, & authoritate, qua me pater misit, vos mitto, uno Regni solio uos pcedam, ut dixit, Pharao Ioseph. Et iō Apostoli sunt Ecclesiæ fundamenta, ut Paulus ait, supędificati sup fundm Apostolorū. Et Ioannes uidit duodecim fundamēta Hierusalē descēdentis de cælo, in quib. noīa duodecim Apostolorū erant scripta. Sed ait D. Th. nō quia fundamēta, inferiores censendi sunt. In ędificijs enim in terra fundatis id tā accidit

Mar. 3.

Exo. 5.

B

Esa. 1.

C

Ioā. 20.

sed in ædificio, cuius fundamentum est A in cælo, quale est ędificium Hierusalem de cælo descendentis, fundamenta sunt superiora domus. Significauerunt hos duodecim Apostolos duodecim filii Iacob, quo ad autoritatem. Psal. 12 Duodecim fontes in Helim reperti, quo ad doctrinæ effusionem. Duodecim panes propositionis, quo ad gratiæ refectionem, Quo ad Eze. 2 constantiæ stabilitatem, duodecim lapides grandes, positi in ripa Iordanis. quo ad maturitatē, duodecim boues templi. Quo ad cęlestiū contēplationē, & lucē, duodecim stellæ, q in mulieris capite erant. Quoad robur fortitudinis, duodecim leones sustinentes thronū Salomonis. B Quoad scientiā cęlestiū, duodecim exploratores missi in terram. Quoad lu Nu. 13 minis claritatem, duodecim horæ diei.

Diximus aliquid de duodecim Apostolis, quorū electio hodierno Euāgelio 1. Re. 6 proponitur. Dicamus iam aliquid de B. Bartholomęo, cuius celebrē diem nunc agimus. Vt vero quis ille fuerit, nouerimus, recolēda nobis est dulcis historia, q apud Ioannem est, q mire expendit Rupertus in eū locum. Vocatus est Philippus Apostolus a domino, qui os lampadis interpretatur. Inuenit uero Philipp9 Nathanael, & illum tanquam lampas il C luminat, dicens, inueniemus Mesiā, & duxit illum ad Christum, quem intuens Christus ait. Ecce uere Israelita, in quo dolus non est. Verus Israelita erat Nathanael, idest verus filius Iacob, uirtutis illius imitator, & uerus filius Iacobi, quia vnus est exprędestinatis, promissus Ioā. 1. Abrahæ, & Iacob iuxta illud Pauli, non omnes, qui ex Israel, ij sunt Israelitę, sed Ro. 9. qui filii sunt promissionis, ęstimantur in semine. Respōdit Nathanael, vnde me nosti? Non est delectatus laude sua, sed vere humilis cū esset, ait, vnde me nosti falsū. Israelitæ laudibus suis delectātur. Cui Christus dñs ait, Cum esses sub ficu, uidi te. His uerbis aliqd occultū, soli que Deo notum ei significauit, quo se Deū ostendit. Forsan aliqua diuina uisitatio, aut reuelatio ei facta sub ficu erat. Quasi ergo ei dicit, licet ut homo non te uiderim, uidi tñ ut Deus, q ubiq; plens

A sum. Nec solũ Nathanael sub ficu vidit, sed Adamum, & vniuersum genus ho-
Gen.3. minum sub ficu aspexit nudos, & oculis misericordiæ suæ respexit, vt liberaret.
Adeo vero occultum, & intimum illud fuit, q. Christus Nathanaeli dixit, ut ille statim rñderit, tu es filius Dei, tu es Rex Israel. Idest Messias in lege promis-
Augus. sus, uerus Deus, & homo. Augustinus,
Cyril. Cyrillus, Beda, Rupertus, & alij dicunt
Rupe. confessum fuisse illis uerbis Christi diui-
Beda. nitatem, quia non solum eum dicit filiũ Dei, sed præposuit articulum illum euphrasim habentem, dicens, tu es ille fili⁹ Dei excellentissimus, & summus. Ex quibus Nathanaelis maxima fides ostenditur, qui cũ primum Xpm vidit, id ipsũ de eo confessus est, quod Petrus postea
Ma.16. multis signis visis, cũ ait, tu es Christus filius Dei viui. Id ipsum Nathanael pri⁹ confitetur, cum ait, tu es filius Dei, tu es
B Rex Israel. Quod si Petri confessio tot laudibus celebrat, quid non dici pôt de hac Nathanaelis confessione? Merito. pinde audit, videbis cęlos apertos, et Angelos descendentes, & ascendẽtes super
Ge.28. filium hoïs, tanq̃ verus filius Iacob idvidebis, ille.n. scalam uidit, & Angelos descendentes, & ascẽdentes, tu id ipsum videbis. Impletum hoc est in Christi Dñi Ascensione, & forte alias sæpe, licet ab Euangelistis memoriæ pditum non sit.

Loco psenti subsistit animus, & nosse
C cupit, quo deuenerit magnus hic Nathanael verus Israelita post tam sonoram Christi confessionem, quia nusquam de illo in Euangelio sit mentio, nisi apud Ioannem, cum erat in naui cum Petro,
Ioã.21. Ioanne, & Iacobo, & eis Christus apparuit suscitatus. Quis non optaret, ut lucerna tãtæ claritatis non lateret sub modio, sed oĩbus præponeretur? Quis non optaret, ut talis Christi confessor inter magnos numeraretur Apostolos? Quis enim dignior societate Christi illo, qui vere Israelita est, & in quo dolus nõ est? Si animalia ad sibi similia conueniunt,
Ecc.27 ut Sapiens ait, quis Christo similior? de
Esa.53 eo enim dicitur, qui peccatum nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, de Nathanaele ipse ait, ĩ quo dolus nõ est. An non hæc simillima sunt? Si Petrus con- A
fessione sua promeruit primatum Apostolici chori, cur Nathanael simili cõfessione non meruit Apostolorũ choro ad numerari? Sed forsan dices, Nathanael legis peritus erat, & ideo forsan Apostolus nõ fuit, qa stulta mundi elegit Deus, vt sapientes confunderet. Sed hoc cõuenienter dici nequit, scientia.n. vnum ex donis Spũs sancti numeratur, ideo fidei meritum non minuit, sed auget, & docta sanctitas sanctã rusticitatẽ præcellit testãte Angelo, docti fulgebũt sicut stellæ firmamẽti, &c. Et Paulum ad Gama- Dan.4
lielis pedes eruditum ab Apostolica gŕa Christus non repulit. Vbi ergo delituit tãtus Nathanael? Per vestigia nobis inquirendus hic est. In Euangelio comparimus, cum Apostoli numerarentur, cohęrentem Bartholomęum Philippo, per Philippũ vero Nathanaelẽ uocatum ad Xpm, iã diximus. De Bartholomæo uero, qñ fuerit uocatus, nescimus, sicut de Nathanaele non nouimus, quo deuenerit, postq̃ uocatus est. Deinde Ioãnes, q dixerat aliqua de Nathanaele, cum reliquos Apostolos noĩat, de Bartholomæo nõ meminit. Et reliqui Euãgelistę, q Bartholomæũ noĩant, de Nathanaele non meminerũt. Deinde Bartholomæus nomen propriũ non est, sicut nec Bariona significat.n. filius Tholomęi, Nathanael vero nomen est proprium. Deinde Bar- C
tholomeus Syriacũ nomen est, & significat filius suspẽdẽtis aquas, Nathanael vero nomẽ est Hebręũ, & significat domum Dei. Fortassis ergo hic Nathanael Bartholomæus fuit, q erat à Chana Galilęæ, cuius occasione Xps ad nuptias inuitatus, aquas in vinũ vertens, illas ĩ admirationẽ discipulorũ credẽtiũ suspẽdit. Iõ dr Bartholomæus filius suspendentis aquas. Cũ.n. Bartholomæus coniungat Philippo, ondit ab eo vocatus, coniũgunt.n. Euangelistę Apostolos numerãdo, quos uocatione Deus coniũxerat, & Petrum, & Andream, Iacobum, & Ioãnẽ. Et pterea enumerãs Ioãnes apparitiones Xpi Apostolis factas iungit Apostolis Nathanaelem: idem ergo ipse est Nathanael, & Bartholomęus. Hæc est sen-

A sententia Ruperti vbi supra, ex quo ea, quæ diximus, vsurpauimus. Eadē est sententia Montani & aliorum.

Vidimus initia suprema Apostolatus D. Bartholomei in Nathanaelis. In Euāgelio ondītur electio ipsius ī Apostolū, & hodie exitū, & mortem illius celebramus. Initia Apostolatus ita preclara fuērunt, ut ei nullus Apostolorū valeat conferri, exitū nūc videbimus in martyrio crudelissimo, si prius aliqd de electione dixerimus, vt Euāgelium explanemus.

Act. 1. Inspiciamus ergo Xpi manus, & opera, nec.n. minus nos docet operans, quā loquēs, cępit.n. illa facere, & docere. Hinc

Esa. 30 Esa. ait. Erunt oculi tui videntes præceptorē tuum, & aures tuę audiēt vocem,

B post tergum monētis, hęc est via, ambulate in ea qa non solū Xpi magistri nři verba audiēda sunt, sed & facta vidēda,

Iud. 7. vt similiter nos faciamus, ꝙ me videritis facere, hoc facite, ait iudex Israel. Et Iesus, exēpłū n. eū dedi uobis, vt queadmodū ego feci, ita & vos faciatis. Quid

2. Io. 3 ergo facit dňs electurus Apostolos.

Exijt ī montē orare.] Vsurus excellētiæ potestate, ad q̄ ptinet, Apostolos eligere, & sacra instituere, orat primum. Quia sicut oīa bona terrę è cęlo, & eius influentijs pendent, a quo expectanda sunt, sic vniuersa hoīum bona Deo, qa

Iac. 1. vt Iacobus ait, oē datum optimū, & omne domum pfectū de sursum est, descen

G dēs à patre luminum. Et iō, vt bona nobis

Ps. 120 proueniant, illud peragendum est, ꝙ Psal. ait. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliū mihi. Et iterū.

Psa. 24 Oculi mei semper ad dñm, qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos. Hoc uero miris verbis Deus significauit olim populo suo, dicēs. Hæc dices domui Iacob, &

Ex. 19 annunciabis filijs Israel. Vos vidistis, q̄ fecerim Aegyptijs, qūo portauerim vos super allas aquilarum, & assumpserim mihi, Si ergo audieritis vocem meam, et custodieritis pactū meū, & eritis mihi ī peculium de cūctis populis, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Sed quid est regnum sacerdotale? Hoc verbo oñdit Deus diuersitatem regni ipsius ab alijs regnis, reliqua.n. regna verum Deum non habent, à quo auxilium petant, & iō uirib. suis curant se A tueri, ac cōseruare, sed Dei veri regnū, cum Deum habent, qui ei bona cuncta dare possit, a Deo suo pensare debent, eūq; fiducialiter orare. Hoc significat, regnum sacerdotale. Cum.n. munus sacerdotum sit orare, regnum sacerdotale est regnum, ꝙ oratione stabilitur, atque firmatur. Tu ergo in omnibus negotijs Deum ora, & ad regnū sacerdotale pti nebis. Hic Apostolus. Nihil soliciti sitis, Phil. 4 sed in omni oratione, & obsecratione petitiones vestræ innotescāt apud Deū. Ex Græca lectione constat, hunc Pauli locū sic legendum esse, vt stamus in ea dictione omni, quasi Paulus dicat, soliciti ne sitis, sed in omni re, & negotio, oratione vtimini, qua a Deo bona petatis. B

Si vero in oīb. negotijs Deum orare debemus, in arduis, & difficilib. siue animum spectēt, siue corpus, diutius nobis orandum est, ut ex voto nobis succedāt. Ita Xpus dominus electurus Apostolos pnoctat in oratione. Si ergo difficili tētatione vrgeris, si statum tibi, aut filio eligere debeas, longa tibi pręmittenda oratio est, nec tua solum, sed aliorum. Quia vero id non agimus, multi accidunt nobis infælices successus, deceptiones quāplurimæ. Sic Iosue, & uniuerso accidit Iosu. 9 Israeli, vt deciperētur a Gabaonitis, qa os dñi nō interrogauerunt. Si ergo tibi optimos desideras successus; dic Deo, ꝙ Ex. 33 olim Moyses, si tu non pcedas nos, non C educas nos de loco isto, accede ad Deū per oratone, & ora, vt præcedat te in oī negotio, & sic tibi prosperū erit. Ita Sapiens ait. Et lætatus sum ī omnibus, qm̄ Sap. 7. antecedebat me ista sapiētia. Orauit cœlestis magister, & post rationé tales elegit Apostolos, contra quos non pualuit omnis mundi sapientia, ac potentia, omni dæmonis malitia, & astutia, & oratione sua obtinuit Xps, vt dæmones, ac mūdū superarent. Et sicut olim Ioseph Ge. 43 plorauit super singulos fratres, ita nunc Iesus sup singulos apostolus, petens cuique dona cœlestia. Nunc fudit orationē pro Petro, de quo postea ait, ego rogaui Lu. 22. pro te, vt non deficiat fides tua, simi-

A lia pro reliquis orauit.

Sed,[pernoctans erat in orõne Dei.] Vt nos doceat i orõne pseuerare. Chry. in hom. de profectu Euangelij, ait in trã quillitate es, ora Deum, vt ipsa tibi tranquillitas maneat. Tempestatẽ vides graué, ora Deum, vt auertat ipsam exauditus es, gr̃as age, nõ exauditus es, pseuera vt exaudiaris, & differt aliqñ Dñs, non id odio facit, neq; re aduersat̃, sed differendo, diutius te secum seruare. Sicut, et parẽtes filios indulgẽtius armãtes, quo illos diutius apud se detineãt, quos desides vident, debita opera morantur, aliquid daturi. Deinde ait Amb. in hunc locũ, si nostra salus adeo cordi X̃pi fuit, ut causa illius pernoctaret, q̃. eadem cordi nobis esse debet. Quid. n. pro salute tua te

B facere oportet, qñ pro te X̃ps in orõne pnoctat: Vidisti patrem plus habentem filios, quos vt alat nocte laborat, alta? Huiusmodi X̃ps est pater futuri sæculi: Vidisti ẽt patrẽ noctem vigilãtem, vt cogitet de filiorũ remedio, & insomnis ille est hæc cogitãs, cum filij sopore opprimuntur id ipsum nunc X̃ps prestat. Sed nũ accidit tibi, ut isomnis, & vigilias agens fueris, cogitans salutem æternam? Cura hec somnum aliqñ a te abstulit, vt

Thr. 2 nunc Christo Dño? Audi Hieremiam, Cõsurge in nocte in principio vigiliarũ. & effunde sicut aquã cor tuum in dñm.

Ps. 133 Et ps. In noctib. extollite manus uestras

Es. 26. in sancta, Et Esaiam, anima mea deside rauit in nocte, sed & spiritus meus i præcordijs meis de mane vigilabo ad te.

C Post orõnem vero ait Lucas cũ dies fact⁹ esset. [Elegit duodecim, quos Apostolos nominauit.] In hac electione duo

1. Co. 1 nobis considerãda sunt. Primum, quod Paulus multis verbis exponit, qđ cũ posset eligere, potentes, sapientes, & diuites elegit pauperes, & infirmos, & non glorieť oĩs caro, nec Euangelij victoria tribuatur potẽtiæ, aut sapiẽtiæ mundi, sed

Iud. 5. Deo. Hãc uictoriã i typo cõcinit Delbora dicens. Noua bella elegit dñs, portas inimicorũ ipse subuertit clypeus, & hasta si apparuerũt in quadraginta milib. Israel. Merito nouũ genus pugnat, illud dicit, in quo inermes eligunt milites sine hasta, & clypeo, quia iter se defendebat nec alios lædebat Apostoli, nullũ armorũ genus ipsis erat, de qb. mũdus gloriat̃ & i qbus cõfidit. Hoc uero facto, Deus ostẽdit ipsũ subuertisse portas inimicorũ, & eius uirtute bellũ cõfectũ eẽ. Hoc ptinet ẽt a Gedeone parta victoria, i trecẽtis militibus, q aquas manu lãbebant, & sine armis decertauerunt. Aquã vero manu solũ lãbere, tribuit Iosephus eorũ timori, nõ. n. audebãt proijcere se in terrã, vt liberent, pp hostium formidinẽ, ideo sola manu aquas ad os trahebant. Iosef. de an.

A Secundũ vero in hac electione nõ cõsiderãdum solum, sed, & mirãdum est, q Iudam elegerit, cũ sciret eius futurã proditionẽ, Alias. n. cum multi crederent in ipsum, ipse nõ credebat se illis, quia ipse sciebat, qđ esset in homine, ut Ioannes ait, qbus verbis significat, aliquos credidisse in X̃pm, q illi adhærere uolebant sicut discipuli, qbus tñ noluit Christus societatẽ suam cõcedere, & familiarem cõuictum, qm̃ sciebat, secum nõ duraturos, imò à Pharisæis, & Scribis superandos fore munerib. aut timore. Qũo ergo nunc Iudã eligit, nõ solum in discipulũ, sed ẽt in Apostolum. Primo rñdet Theophylactus, nõ erat tunc Iudas indignus Apostolatu, postea uero a recto statu decidit. Id ipsum Hiero. asserit, qui ait nõ laudãtur in Christianis initia, sed finis, Paulus male incepit, sed bene finiuit, Iudæ laudantur exordia, sed finis proditione damnatur. Quia in re timenda sunt nobis diuina iudicia, cum psalte dicente a iudicijs. n. tuis timui. Saul elect⁹ a dño in regem est, qm̃ melior erat in populo Dei, postea peruersæ agit Salomon dilectus dñi appellatus est, & dedit maculã in gloriam suam, Nicolaus unus ex septẽ primis diaconibus ab Apostolis electus heresiarcha factus est, a quo heresis Nicolaitarum initium sumpsit. Nullus ergo sibi fidat licet maximus uideatur, Lucifer a cęlo decidit, Adam æ Paradiso Iudas ab Apostolatu, verè iudicia Dei abyssus multa tremendaq; nobis, Recte ergo nos manet Apostolus. Cum timore, & tremore, vestrã salutẽ operamini. Et licet in sublimi stes, time, & qui stat, videat,

Ioan. 7 B

Ps. 118 C

Apo. 2.

Phili. 2

A videat, ne cadat. Nullus securũ se putet, Timor hoĩ est, q̃ naui pondus, q̃ in inferiori eius parte ponit̃, ne huc, illucq; vẽtis agitetur. Scdo dico, Dei amorẽ in nos limirib. non concludi, tu Deum, & amicum sic diligis, ut nõ vniuersa præstes, q̃ dilectio exigit, sed prius in multis consideras, an tibi conueniam, an honorem tuũ deceant, Deus vero non sic, sed ait, dummodo hoĩ hoc bene sit faciendũ id mihi est, sit mihi asperum, aut molestũ, nõ curo. Quia ergo ex hac Iudæ electione multa nobis commoda prouentura erant, eum eligit, licet societati ipsius cõ ueniẽs non esset, quia diabolus erat (sic .n. eum appellauit ipse) expediens ergo hoc nobis erat, quin plura nos in hoc do-
B cuit. Primum ostendit in ecclesia malos permixtos bonis esse dñe, & iõ malos tolerandos a nobis, quia Ecclesia area est, in qua triticum, & paleæ simul sunt, donec permundetur area dñi. Secundum, ne despiciamus congregationem bonã, quia vnus, vel alter prauus reperiatur.
I. Ioã. 2 Hinc Ioannes, ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permansissent vtiq, nobiscũ. Tertium, ne quis in hac vita securum se putet, licet in statu sit sublimiore, de qua re
Bern. præclarè Bern. Episto. ad Coloniensem Archiepiscopum. Quartum, ut nouerit iustus, cum post orõnem, & considerationẽ aliquid facit, q̃ Deo gratum putat sibiq; conueniens, non quidem errare, sed rectè agere, licet successus id nõ pro-
C bet. In plurimis.n. error est speculatiuus sed non practicus. Nullus hominium tenetur, non deuiare a recto, sed oĩs tenetur diligentiã adhibere, ut a recto nõ deuiet, q̃ cum præstiterit, licet erret, non errat. Vnde cum prudẽtia dictat, fac hoc, non errat practicè, licet speculatiuè erret, & ideo ante Deum mercedem recipiet, qui sic operat̃, licet error speculatiuus intercedat. Dedisti eleemosynã ei, quem putasti pauperem esse, si forsan pauper non erat, eleemosyna grata Deo fuit. Recepisti prophetam in noie Prophetæ, mercedem prophetæ accipies, ẽt si propheta non sit. Sic in similibus.

Sed si Iudas electus Apostolus diabolus est, quia cupiditate terrenorum fur fa- A ctus fuit, & deinde cadẽ ductus. Xpm̃ prodidit, Bartolomeus ei per omnia contrarius simul electus est, qui nõ solum terrenam exuit substantiam, sed & ueste, sed & pellẽ pro Christo dedit, implens illud
Iob. 18 Iob, pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet, dabit homo pro aĩa sua. Dederat il- la cuncta, q̃ possidebat, demum pellem ipsam dedit, Sed illud significat dæmon, cum ait Deo, pellem pro pelle, &c. & q̃ illud? Certè hoĩem, ita sui amanrẽ esse, vt pro vita tuenda, uel animi desiderio explendo det vniuersa animi bona, & ipsam Dei gratiã, qua vt pelle induit̃ Vt indueret aĩam Bartholomæus, exuit corpu, tu uero, ut induas corpus, exuis anima. Quid obsecro dementius? Præstitit B Bartholomæus, q̃ serpens, qui vt nouã
Ge. 39. induat tunicã, velerem exuit, per angustias petrarum transiens. Olim Ioseph, pallium dimisit in manib. heræ, ne adul
Ma. 14 ter esset. Adolescens alter dimisit sindonẽ, & nudus ꝓfugit. Qui pallium dimittit, vt Ioseph, minus facit, adhuc.n. vestitus manet, qui sindonẽ relinquit, plus facit, qm̃ nudus omnino relinquitur, sed nihilominus integer ipse manet. At Bartholomeus non pallium solum, non sindonem, sed pelle pro Christo reliquit, hoc uere maximum est. Et quod sponsa significat, cum air. Inuenerunt me custodes ciuitatis, percusserunt me, & uulne-
Cant. 1 rauerunt me tulerunt pallium meũ custodes murorum. Sed qua fide, o Barthlomæe pellem relinquis? Certe fidẽ secu- C rus sum, sed qua? illa certè, quam Iob explicuit, dicens. Scio, quod redemptor
Iob. 19 meus viuit, & in nouissima die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea. Eã nunc relinquo mortalẽ, suscipiam vero gloriosam. En in Bar
Leui. 1 tholomæo impletum illud Leui. Detracta pelle hostiæ, artus in frustra cõcidet. hostia Deo gratissima Bartholomæus fuit, cui, primum detracta pellis est. Sed ad quid nobis Bartholomei pellis, vtilis est? nulla animalis pellis, vel ꝓtiosissima huic Bartholomæi pelli conferri potest, nulla sic nos a frigore protegere, ut pellis Bartholamei, nulla pellis Salomonis

A huic similis. Quoniam sicut animalium pelles protegebant tabernaculũ, ut pluuiæ,& temporis iniurijs non pateret, ita Bartholomæi pelle protegere nos possumus, ne tribulatione lædamur. Amisisti o homo diuitias, liberos uxorem, nũ pellem amisisti, ut Bartolomæus? Audi Apostolum similibus uerbis monẽtes eos,
Mic. 3. qui aliqua leuiã pro Xpo sustinuerunt. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum cõtradictionem, ut ne fatigemini aĩs uestri deficientes. Nondum .n. vsq; ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes,& obliti estis cõsolationis. quæ vobis tanquam filijs loquitur, dicens, fili mi noli negligere disciplinam domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris, quẽ .n. diligit Deus, castigat, q̃rellas fundis
B o homo, quod multa patiaris, restitisti ne usque ad sanguinem? dedisti pro Deo pellem? excoriatus fuisti? si ista passus non es, quid conqueris?

Si rectis oculis inspiceremus Bartholomæum, qui nobis hodie proponitur inspiciendus, leuaremur in tribulationib. imo gaudentes in eis gloriaremur. Quid
Ro. 6. .n. ille est, nisi uirga decorticata, similis virgis illis, quas Iacob proposuit ouibus in carnalibus? Vt eas intuẽtes, varios cõciperent fœtus,& miraculosos? Sicut ille uarias virgas posuit, hanc cortice optam, aliam decorticatã, ut uarij illi colo-
C res ab ouibus in specti efficerent, ut varios fœtus ederent. Ita uarietate virtutum ornemur, plures sancti nobis obijciuntur, qui diuersis uirtutib. fulserunt: Sed nunc proponitur vobis decorticata virga, Bartholomeus pelle detracta, ut eum contemplemur. mirabilis plane visio nobis offertur, ut dicamus cum Moyses vadam,& uidebo visionem hanc ma
Ap. 41. gnam. Confregit uir sanctus idolum. q̃ Astiages rex adorabat,& ideo ligatur in ligno nudus,& Sathana instigante atrocissimum supplicij genus,& inauditum in eum exercetur. Accedunt ad eum carnifices acutis nouaculis, & incipiunt a summo capitis vertice, vsq; ad pedes pellẽ detrahere, Inspiciebat seipsum Christi Apostolus, & placebat sibi in infirmitatibus,& doloribus,& tunc se rege pur A pura indutum putabat, quia similem se Christo videbat in cruce pendenti, a quo multitudine flagellorum pellis fuerat detracta, Ioseph (citatus a Methaphraste) Ioseph Meta. ait, ecce aureum candelabrum, in quo fax illa Spiritus sancti effulsit toti mundo. Tu es diuini Solis lucidus radius, qui a summo cælo ad infima terræ penetrãs illuminasti eos qui in tenebris sunt. Tu stella lucidissima, florens paradisus, diuinæ gratia tuba, uitis fœcundissima, oliua fructifera, miraculorum fons, dæmoniũ profugatio, Apostolorum gloria,& omnium honorum thesaurus, Spũs sancti calamus, uelociter scribẽs legem nouam sagitta acutissima verbi potentis, q̃ percussisti dæmones, & animas sanasti sau B cias. Quod nobis loquitur, decorticata hęc virga est, pellem pro pelle dare pro animę æterna salute, si necesse fuerit. Nec solum mãdata seruanda, sed vniuersa pro Deo relinquenda, & postquam omnia præstiteris,& ut Bartolomæus etiam pellem, audies, quia gratia Dei vita æterna, & dabo ei bibere de fonte a- Exo. 3. Ge. 38. quę uiuæ gratis, etiam si pellem dederis, gratis tibi datur gloria, qui licet eam męrearis, tamen gratis uenditur, quia paruo pretio tibi datur, q̃ maximum, est.

Deinde disce, pellem tuam detrahere te odiendo, non alienam. Vt illi, de quibus Michæas, audire principes Iacob nunquid non uestrum est He. 12. scire iudicium, qui uiolenter tollitis pelles eorum desuper eis,& car- C nem eorum desu per ossibus eorum, qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt?

In

A In festo Sancti Augustini.

*Thema. Vos estis lux mundi, &c. Matth. 5.*

Augu. SVmma Christianæ Ecclesię laus ea est, quod cęlesti quam simillima est sicut ait Augustin. illud Exod. 25. fac secundum exemplar, quod tibi in mõte monstratum est, esse verba patris ad filium dicentis. Ecclesiam in terra con-
Iob 38 strue ad similitudinem eius, quam in cœlo vidisti. Sicq; præstitit Christus, quod Iob præstare non potuit, cui dicit. Nunquid nosti ordinem cœli? aut rationem eius pones in terra? Ordinem cœli nouit Christus Dominus, qui est in sinu patris, & posuit eius rationẽ in terra, dum
B Ecclesiam fundauit ad cœlestis similitudinem. Inde Ioannes Ecclesiam describens Apocalyp. 21. ait. Vidi ciuitatẽ sanctam Hierusalem descendentem de cœlo, Adeo enim similis est cœlesti, vt de cęlo descendisse videatur. Nec uero solum
Simile est similis, sed est etiam eadem cum illa Sicut enim cum supplicatio publica fit, vna, est licet pars eius in Ecclesiam deuenerit, & quiescat, & pars perambulat per uiam publicam, & quemadmodum idem est exercitus, qui ex parte pugnat, & ex parte colligit spolia. Ita una ecclesia est militans, & triumphans am-
C bulans per fidem, & quiescens in cœlo.
Dion. de cæl. Hier. Sicut autẽ in cælo sunt illuminantes, & illuminati, vt Dionysius dicit, ita in Ecclesia. Hodiernum vero Euangeliũ eos respicit præcipue, qui sunt illuminantes prælatos, scilicet, doctores, & gubernatores ad hos Christus loquitur cum ait?

[Vos estis sal terræ.] Idest, sapor, dulcedo, consolatio, refrigerium, lætitiaque mundi, hæc efficit sal in cibo, quem condit, hæc vos efficere debetis in terra. At-
Es. 61. Luc. 4. tende quomodo hæc præstiterit, primũ salis granum, exponens locum Esaiæ de se dictu n. Spiritus Domini super me eo quod vnxerit me, ad annunciadum pauperibus misit me, vt mederer contritis corde, ut prædicarem captiuis indulgentiam, clausis apertionem. Et inde Euangelium dicitur eius doctrina, quod bo- A
num nuncium sonat. Hinc Paulus, vt Ro. 25
per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus. Vere scriptura diuina in consolationem facta est in idem prælatus, & prædicator, ideo sal dicitur, quia gustum bonum, saporemq; tribuit. Aliquando quidem necessarium est, terrere homines inferni igne, & iudicij metu. Hinc Paul. 2. ad Thimothũ 2. Solicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Probabilis Deo exhibetur minister, cum a Deo approbatur, & cum talis est, ut dicere possit cum Psalte, proba me Deus, Psa. 25
& tenta me, qui cum probatur à Deo approbatur, ille se exhibet probabilem B
Deo. Addit Paulus, operarium inconfusibilem, qui, scilicet, verecundia non prematur, quando mercedem recipit. Cum enim in opus conducis hominem, & ille, vel male, vel nihil operatur, cum recipit postea mercedem, confunditur, verecundaturq; conscientia sua attestante, non mereri se mercedem, cum opus non pręstiterit. Cura ergo, vt sis operarius inconfusibilis, recte addit, tractantẽ verbum veritatis, idest, libere prædicantem veritatem sine hominum timore. Sed verbum Græcum, quod ibi ponitur loco illius, tractantem, significat diuidẽtem; quod est, dicere recte diuidentem C
verbum veritatis. Cum enim mœstum cõsolaris, perfectum adhortaris, iustum spe firmas, impium terres, tunc verbum veritatis recte diuidis. Sicut enim in mẽsa principum est præfectus mensæ, qui vulgo dicitur, [maestre sala,] qui omnibus cibum diuidit conuenienter, talem esse oportet prædicatorem, qui omnib. det conuenientem cibum. Arguit Ezechiel 13. per vniuersum illud caput Prophetas hoc non præstantes, & tandem ait: Pro eo quod fecistis męrore cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui, & confortastis manus impij, ut non reuerteretur a via sua mala, & uiueret, propter ea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius. Licet ergo terrere homines opus fit aliquan-

A do, sed timoris annunciatio potius ad legem, quam ad Euangelium pertinebat. Quia vero propria annunciatio Euãgelii, a legis est amor, misericordia, dulcedo, sicut legis antiquę timor, iõ nunc dr vos estis sal, q̃a propria Euangelij pdicatio est benignitatis, & humanitatis saluatoris nostri ideõ sal dicunt eius pdicatores. Sed audiqd ois adijciat Dominus.

[Quod si sal euanuerit, &c ] Prælati casus similis est ca ui Angeli, qui irreparabiliter cecidit. Licet enim p̃latus delinquens reparari possit, sed difficile. Sed mirum profectō, qd sal infatuari possit.
B Hinc facile colliget, sibi non superbiendum. Summe hominẽ deijcit, ac humiliat cum uidet, deficere possum, infatuari possum. Et hoc est, qd sanctos, & sanctissimos uiros in humilitate, & timore
Greg. in Iob initio. continuit Gregorius, proponũtur nobis viri sancti aliqñ in certaminibus victores, vt Iob, & Thobias, aliqñ superati, vt Dauid, ut idẽ speremus, hinc timeamus,
Psa.51 & humiliemur. De qua re Psaltes, ait. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Qd est dicere, quid male
Ps.103 gloriaris, qui deficere potes? qui potens adhuc es, malum facere? Appellat alio loco Angelos sanctos potentes uirtute, modo homines potentes iniquitate, nõ est hęc potestas, sed infirmitas maxima quæ proinde nos humiliare debet.

Sed si deficere posse, nos deiectos, hu-
C milesque facere debet, quo nos deijcere deberet defecisse? & in peccata prolapsos esse? Audi Esaiam. Descende, sede in
Esa.47 puluere virgo filia Babylon, non est solium filię Chaldæorũ. Vere deijciendus, humiliandusq; peccator est, non enim illi gloria conuenit, non solum. Iã nunc
Ex.33 depone ornatum tuum, dicitur Israeli, cum uitulos adorauit, non enim ornamenta peccatores decent, sed uiles pan-
Psa.37 ni, humilitas maxima. Humiliatus sum nimis, ait Psaltes, rugiebã a gemitu cordis mei. Merito nimis humiliatur, qui nimis exaltauit se, qui super Deum se erigere uoluit deijciatur in infimam creaturam. Adijcit cælestis magister. [Vos estis lux mundi. ]Quia prælatus sapiẽtia maxima pditus esse debet, per quam lux sit, Ecclesiastici. 9. In manu artificum opera laudabũtur, & princeps populi in sapientia sermonis sui. Id est, laus artificis est, quod domum pręclara ædificauit, vel imaginem optimam pinxit, sed principis laus sapiẽtia est. Sed est duplex sapiẽtia, alia honorabilis, honore digna, alia secus. Sapientia digna honore est illa de qua Ecclesiast. 1. Dilectio Dei honorabilis sapientia. Est uero sapiẽtia humana cognitio, scilicet, omnium naturalium, & ipsius etiã Dei, ut agnitus est à philosophis, & hæc in se considerata bonum quid est, sicut homo in communi bonũ est. Sed sicut in particulari, hic, & ille homo bonus est pp opera bona, sic illa scientia qñ est in homine peccatore, nec eam in Deum ordinat, bona nõ est, imò nihil est, & ideo sapientia absolute dicenda non est, ut D. Thomas asserit 2.2. quæst. 45. Et de hac sapiẽtia Iacobus ait, Non est hæc sapiẽtia, quæ de sursum est, sed est animalis, terrena, diabolica. Si peccator ordinat illam scientiam in bona terrena acquirenda, sapientia terrena est, si in delectationes, est animalis, si ad superbiam, diabolica, si ad vniuersa ista, erit terrena, animalis, ac diabolica. Hinc Paul. Vbi sapiens, vbi scriba? vbi doctus? vbi inquisitor huius sæculi? non ne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? vere stulta sapientia illa est, nec honore, & nomine sapientiæ digna. Ideo postea Paulus ait, comprehendum sapientes in astutia eorum. Non dicit in sapientia, sed in astutia, quia uera sapientia nõ est, sed vulpis calliditas. Hinc omnis peccator stultus dicitur, licet scientia omni sit pręditus. Non ergo glorietur sapiens in sapientia sua, quia si gratia caret, vera sapientia non est, nec honore aliquo digna. Quę est ergo vera sapientia, & honorabilis? amor, & timor Dei honorabilis est sapientia, Iob vigesimo octauo. Cum inuestigaret, ubi sapientia esset tandem ait: Ecce timor Domini ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia. Ratio ad hoc manifesta illa est, quia ille simpliciter, & absolute est sapiens, qui se omnia sua nouit diligere in ultimum finem, non uero qui in fines par-

Marginalia (right column): A; B; D.Th. Iacob.; i.Co.7; C; i.Co.5; Hie.9.

A particulares, qui cum non sint bonū hominis simpliciter, it nec simpliciter est sapiēs, q ea nouit acquirere, & sibi comparare, id.n. ulpina astutia dici potest, non sapientia hominis. Sicut.n. bonū simpliciter hominis beatitudo est, reliqua verò ſm quid bona sunt, ita simpliciter dr̄ sapiens, & absolute, q beatitudinem nouit
Iere.4. sibi acquirere, seu ſm quid, qui alia bona sibi comparare nouit, & huiusmodi eorū sapientia, de quib. Ieremias: Sapiētes sunt, ut faciant malum, bonum autē facere nescierunt. Qui verò finē vltimū assequitur, qd est bonum hominis, sim-
Psa.36 pliciter dr̄ absolutè sapiens. Hinc Psal.
Ps.115 Os iusti meditabitur sapientiā, & sapiētiā præstans paruulis. De astutia verò dr̄ Esa.19. Dns miscuit in medio eius, s. Aegypti, spūm vertiginis, & errare fecerūt Aegyptum in omni opere suo. Vertigo est infirmitas, qua caput, mensque hominis
E turbatur, vt ne sentire ualeat, sed in circuitu voluatur, talis est oīs sapientia, qū deest ei diuina grā, turbatur, & obtecatur, obscuratum est insipiens cor eorum
Ro. 1. dicentes se esse Sapientes, stulti facti sūt errant quasi ebrij, & alios errare faciūt, at diuina sapientia hoīem componit, vt niuerium. Et vt dr̄ Sap.8. Sobrietatem .n. & prudentiam docet, & iustitiam, & virturem, i. fortitudinem, quib. utilius nihil est, in uita hominib. Hæc uera est sapientia, quæ docet, oēm virtutem, hęc est
Ecc.15 salubris sapientia. De qua dr̄, aqua sapiē-
Sap.8. tiæ salutaris potabis eos. De hac Salomon. Præposui illam regnis, & sedibus. habeo pp hanc immortalitatem, &cæt. Vbi innumera eius bona enumerat, uenerunt mihi omnia bona pariter cum
C illa, & innumerabilis honestas per manus illius? Ideo meritò nos admonet Baruc 3. disce, vbi sit sapientia, vbi prudentia, vbi lumen oculorū, & pax, ut scias simul, vbi sit longiturnitas vitæ. Et hanc sapientiā oēs possunt, possidere, ab hac, quæ verum est bonū, excluditur nullus.

Quando verò huic sapientiæ adiſcit scientia humana est, illi maximum ornamentū. Secundū illud Dan.12. qui docti fuerunt fulgebunt sicut stellæ, & sicut splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt plurimos, fulgebunt in perpetuas æternitates. Cū.n. utraq; ista sapiētia in hoīe est, non sibi duntaxat, sed vniuerso mundo lucet, & qui hæc hn̄t, vere lux sunt mundi. Qua in re quantū excelluerit Aug. superfluum est ostendere, sicut superfluum esset amplificare solis lu- Au. iec
men. Hinc ethnicus Aui. cēna dixit, Sciētia Augustino quantū dedit sup oēs hoīes, & quantum dare potuit, illi concessit nō Aug.
Platoni, nec Aristoteli. Quām rem ipse August. humilis ostendit hom. 49. ad fratres in eremo, tom. 10. Cū deramus inquit, utrum ea, q̄ uicta sunt de tpe Abrahā, inclinare possumus ad me Augast pa trem uestrum, Abraham ſm Hebræos tria habuit noīa sub diuersis tpibus. Primò dictus est illā, cū esset in Chaldea in domo patris, q idem sonat q excelsus. Sed ascendēs ad terrā Chanaam uocat a Deo, dictus est Abrā, q interpretat pr̄ B
excelsus, tandem postq̄ circuncisus est, dictus est a Deo Abraham, i. pr̄ multarū gentium. Attendatis, & uos frēs in prem vestrum. Nam primo uocatus sum excelsus philosophis, etiam.n. inter oēs magnos nominatissimus, & liberalium artium sagacissimus indagator. Excelsus iniq̄ eram celsitudinem sciæ, q̄ inflat nō charitatis q̄ ædificat, nā cedrum odorificum uocabat me Romani Principes, folijs abundantē, sed nō habebā fructū, excelsus erā super oēs coetaneos meos, elatus, & superexaltatus sup cedros Lybani. Accessit mater pietate plena, pdicatio sancti viri episcopi, uita, & exēpla sāctorū patrū Pauli, & Antonij, & Simpliciani, & cū his omnibus nox dñi crucifigētis cedros, cōminuit cedrū lybani, & hostia pparata est ad victimā in odorē sua C
uitatis. Et sic factus sum pater excelsus. Deinde ad Africā veni, cū fratrib. religiosis, & factus sum eps, tunc factus sum pr̄ excelsus multarū gentiū, Pontifices.n. sicut uocantur pastores, & ita patres plebis, & tūc factus fui sicut oliua fructifera in domo Dei. Nā oleū illuminat, pascit, & fessa mēbra fouet, sic psul illuminare dēt verbo, pascere exēplo, fouere egēres tpali beneficio. Studeo sacram scripturam exponere, sicam ab ortu, & occasu,

A casu,ab Aquilone, & Austro uiget nr̃a doctrina,& expositio. Factus sum uitis abũdans in laterib.domus Dei,cuiusdo mus latera sunt,legẽtes,orãtes,coniuga ti,oĩbus documẽta ꝓposui. Hęc ad verbũ ex Augustino,q lux fuit contra errores oẽs,malleus hæreticorum, vt Bern. dicit,oĩ statui legẽ ꝓposuit. Cuius tanta fuit in Ecclesia authoritas, vt ipse referat initio retractationum,multa se ex tẽpore dixisse,q̃a cũ Ecclesiã q̃libet intrare B ret ꝑdicante epõ,uel presbytero eum cogebant,prędicare,illiq; loqui cessabant, qua ratione,ait, multa dicta esse à se ex tempore,& sine vlla premeditatione.

Bern.

Aug. 1 con. Fuit ergo August. Ecclesię lux, solq; eius,sicut sol refulgens in templo Dei.

Sed num semper fuit lux? Imo aliq̃n tenebræ,nunc ãt lux in dño. Ipse uero humillimus oẽs suas tenebras aperuit in lib.confessionũ,easq; testatas reliq̃t, summa humilitate,q̃ nullũ post Apostolos legimus fecisse. Illas uero ostendit in sui confusionem,& medici gloriã,nõ.n. hæc videri potest,nisi agnita infirmi miseria. Sup profundã humilitatẽ hanc mirandum non est, mula,magnaq; a Deo ædificata esse,sicut cõtra mala innumera in superbum ueniunt. Audiamus, ac C attẽdamus aliqua ipsius uerba, q̃ nobis sint in ꝓfectum. Quoties,ait, videns me peccatis uinctũ suspirabã,vidẽs meis uirib. liberari nõ posse. Vocabat me Deus & respondebã ei,expecta me modicum, & illud modicũ in longũ protendebat. Nouerat dæmon,captiuum se tenere in clytũ,maximiq; precij,ideo solicite eum custodiebat. Sed tandẽ audita Antonij cõuersatione ait. Surgunt indocti,& rapiunt regnũ cęlorũ, nos vero cũ nostris scientijs mergimur in profundũ. Ingressus hortũ,& sub ficu se ꝓstrauit,ut dici ei possit quod Nathanaeli, vidi te sub Ioan.1 ficu. Ibi orauit,vsq; quo Dñe obliuisceris me in finem,vsq; quo auertis faciem tuã me,vsq; quo exaltabit inimicus meus super me? Si aliq̃n ad te veniam,cur non modo, si nunq̃, d quid mihi vita? Venit tunc ad eum è carne cogitatio quid facis, ò Augustine. in æternũ delicias à te speras? Cumque sic anxius esset audiuit uocẽ dicentẽ sibi tolle,lege,& aperto A libro offendit locum illum Pauli. Non in comessationibus,& ebrietatibus, nõ in cubilibus,& impudicitijs, sed induimini dñm nr̃um Iesum Xp̃m. Hoc audito verbo descendit in eius animam, lux oẽm abigẽs timorem, pellens tenebras,viditq; se liberari a gratia Dei facilique ei esse oẽ, quod difficile uidebatur. Tunc cecinit,dirupisti uincula mea,tibi sacrificabo hostiã laudis,erexit eum dñs de luto,statuit supra petrã gressus ejus, immisit in os eius canticũ nouum. Ecce ad præceptum tuum eleuabitur aquila, in arduis ponet nidũ suum. Sicut inter Euangelistas Ioannes Aquila est,ita inter doctores August. Et ueram illi concessam sapientiã,qua in vltimũ finem se dirigeret,& oĩa sua. O si vel hinc disceres peccator,q cathenis vinctus a dæmone teneris,clamare ad liberationẽ,& seruatorẽ aĩarum,qui facile te solueret a vĩculis Cum seruitute sæpe pp pc̃tã ꝑmerẽtur Israelitæ,clamabant ad dñm,& continuo subiungit scriptura,& misit illi saluatorem. Seruitute durissima pressus es clama ad Deum,mittat tibi auxilium de sancto,& Sion tuatur te. Si aliq̃n filius magni regis in manus hostiũ incidit.ab eis que inhumanissime tractat,q̃a,qua si vilem seruũ eũ ligant,moleq; addicunt, ut eã trahã vt Sãpsoni accidit,an non clamet si audiri posset,ut in libertatem a tã misera seruitute assereretur: Filius Dei eras,dæmonis mancipium effectus es ab eo male vexatus,an non clamabis cum Psalte,Eripe me de inimicis meis fortissimus. Sed forte ais:adeo lõge factus sũ a Deo peccatis grauissimis,vt ĩ extrema terræ abierim nõ me audiet clamantem non liberabit? Vide quo abierat Augus. & reuocatus est,vide quo abierat prodigus,certe in regionem longinq̃. Sed audi,super hac re diuinam promissionem Si ductus pęnitudine cordis tui in vniuersis gentibus, in quas dispersit te dñs Deus tuus,& reuersus fueris ad eum,& obedieris eius imperijs,reducet te dominus Deus tuus de captiuitate tua,ac miserebitur tui, & rursum congregabit te de cunctis populis, in quos te antea disper-

Ro.13

Ps.115 Psa.39

Iob 40

B

Iudit.3 & sępe.

Simile

Psa.17

C

Luc.15 De.30.

A sperser? Si ad cardines cæli fueris dissipa
Iob 12 tus, inde te retrahet Dñs Deus tuus, & assumet, atque introducet in terram tuã, Deus. Circũcidet Dñs cor tuum, vt diligas dñm Deum tuum i toto corde tuo, & in tota aia tua, vt possis viuere. Hoc loco dñs promissiones bonorum temporalium, & spiritualium iungit, easq; prò ponit ijs, qui ab eo defecerũt, & innumeris peccatis meretibus inter inimicos dispersi erant. Hæc vero maximè in lege gfæ conceduntur, cum.n. opus hoc gratiæ sit, non legis, vbi gra abundat, abundãt & iste promissiones, vbi abundauit delictum superabundauit & gratia. Tu ergo confortare, proijce te in Deum cũ Augustino, & excipiet te diuina luce circufusus Paulus, ex lupo agnus factus, in
B medio luporum venit, bellum eis indicit, miraq: operatus est. Simile Augustino contigit, qui in prælio spirituali mirò modo excelluit, omnẽ hæresim insectatus, hæreticos enim ore & scriptis confutauit, nullo loco passus est consistere Ecclesiam tutatus est, eamque eripuit.

Sed cum strenue militantibus, & præclara, ac egregia facta præstantibus terræ reges insigna, stigmataq; dederint, quibus pclara viri virtus omnib. pateat, q̃ insignia Augustino data sunt? Duo profecto mysterio plena. Primum ecclesia,
Hiero. q̃ manu gestat, qa eam defendit ab ini-
Ep. ad micis, adeo ut Hieron. eum dicat nouæ
Augu. fidei conditorem. Quod nomen simili-
He. 12 mũ est illi, quod Paulus Christo tribuit, autorem fidei, & consummatorem Ie-
C sum, merito uero nomẽ adeo inclytum
Simile Augustino tribuitur. Sicut.n. si regina Hispaniæ circundata esset, obsessaq; ab hostib. in aliqua ciuitate, cumq; in summo esset discrimine, a dueniret fortissimus dux, q hostib. deuictis, & profligatis reginã eriperet, merito ei daret insigne reginæ effigies. Sic Ecclesia Christi obsessa primum est a tyrannis, sed iam pse cutiones decem abierant. Deinde circũdata est ab hæreticis, qui et circuierunt castra sanctorum, & ciuitaté dilectã, vt Io. ait. Hos expugnauit Aug. Hæretico-
Ap. 20. rum malleus, & Ecclesiam in libertaté asseruit, merito figuram Ecclesiæ manu portat, & hoc eius insigne primum est. A
Secundũ uero est cor sagittis trãsfixum, quo signat illius ardentissima charitas, Aii ipse sagittaueras tu dñe cor meum charitate tua. Sed quanta illa fuit? Certè post Apostolos Augustinus fuit oĩũ confessione, qui uniuersos sapientia superauit, sed charitas eius sapiẽtiã vicit. & sic si sapientia superat reliquos, qa maxima charitate superabit, quæ adhuc ĩ illo fuit maior q̃ sapientia: Sed ais, qũo charitas Augustini eius sapiẽtiam superauit? Audi loquenté illum Deo suo in hunc modum, vt dici solet a pluribus. Tãta te domine psequor dilectione, ut si ego Deus essem, & tu Augustinus, te ego Deum facerem, & ego me redderem Augustinũ. B
Mirabilis certe charitatis vis, nulli legi subiectæ. Sed interrogo ego te Augustine, si tu Deus esses, nõ ne te agnosceres, & uidens in te bonitatem infinitã non eam super omnia diligeres qũo ergo alium super te diligere posses? Hoc penitus impossibile erat. Similiter impossibile esset, si tu Deus esses, alteri diuinitaté cõcedere, & a te abdicare. En qũo amor sciẽtiã vicit. Factus est insipiẽs Augustinus. Hæc dicẽs, trãsit a schola scientiæ, ad scholã amoris, & in hac tm̃ didicit, vt eum obliuisci faciat, eius, quod in schola didicit scientiæ. Amor extasim facit, factus est extra se præ amore, plus ergo diligit, q̃ sciat. Et si aliòs sciẽtia superat, se, etiam amore superat. Merito ergo eius insigne cor est sagittis transfixum. C

Hoc autem Dei amore primum munus quod doctorum, prælatorumque est proprium, peregit, seruare, scilicet Ecclesiã, custodé esse eius, bella periculaq; pro ea nõ uereri. Pro cuius expositione notandum est, maximè apparere dilectionem ad rem aliquam in eius vigili, ppetuaque custodia. Sic pretiosum custodis thesaurum, & rem omnem nimis dilectam. Amor ergo diuinus in Ecclesiam maxime apparet in custodia maxima erga illam. Primo enim eam ipse custodit vt dici Psal. Montes in circuitu eius. & Ps. 124
Dñs in circuitu populi sui. Sic eũ custodẽm Iob vocat, quid faciam tibi ò custos Iob 7.
hoĩum. Maxime vero ex quo factus homo,

A mo, pastor est hominum, gregem suum custodit Eze. 34. ostensa negligentia pastorum in grege dominico custodiendo addit dñs. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregē suū in die, qñ fuerit ī medio ouiū suarum dissipatarum, sic visitabo eas, & liberabo de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis, & caliginis.

Super hanc diuinā custodiam, etiam angelos destinauit, vt nos custodiant, q sunt milites ei assistentes. Vnde psaltes,
Psa. 90 angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnib. vijs tuis. Et Esa. 62. Super muros tuos Ierusalem cōstitui custodes, tota die, & nocte in perpetuum non tacebunt. Quemadmodum si esset regi adeo dilectum castellum, vt in eius custodiam omnes magnates, ac nobiles
B viros regni sui mitteret. Sic ait Paulus
Heb. 7 omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.

In super Ecclesię dedit custodes alios prælatos, scilicet, & doctores. Quib. dr illud 3. Reg. 20. Custodi virum istū, qui si ceciderit, eris anima tua pro aīa eius. His enim dominico præcepto incumbit necessitas custodiēdi Ecclesiam. De quibus dicitur Zac. 9. Circundabo domum meam ex his, qui militant mihi. De eisdem canticorum 3. En lectum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & bella doctissimi. Horum gladius est, ille gladius spiritus, quod est verbū Dei, quo
Nu. 22 gladio angelico terretur asina Balaam,
C vt relinquat viam pessimam, Deoq; contrariam. His custodibus redditur Ecclęsia terribilis, vt castrorum acies ordinata, quia eorum doctrina vicit tyrannos, superauit hæreticos, insequitur uitia, & de omni denique hoste triumphat. Ex qua sequitur, necessitas, quæ prælatis, & doctoribus incumbit Ecclesiam custodiendi, qa eorum hoc est munus Eph. 4. Ipse dedit quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero Euangelistas, alios uero pastores, & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, i ędificationē corporis Christi. Hinc ex his unus ait, væ mihi si non A
euangelizauero Et Ezech. 33. Specula- 1. Co. 9
tor si uiderit gladium uenientem, & cecinerit buccina & annuntiauerit populo, audiens autem, q̄s q̄s ille est, non obseruauerit se, veneritq; gladius, & tulerit eū, sanguis ipsius super caput eius erit, quod si speculator viderit gladiū venientem, & non insonuerit buccina, & populus si non custodierit, sanguinem eius de manu speculatoris requiram.

Sed qūo populus pastorum, & doctorum, qui custodes sunt, cura uti debeat, vt seruetur, ostēditur Esa. 21. ad me clamat ex Seir, custos, qd de nocte? custos quid de nocte? dixit custos venit mane & nox si quæritis, quærite, cōuertimini, & venite. Cuius loci sensus ad literā hic
Litera Euãgelij obscura est, & ideo primum breuiter explicanda. Dixerat Christus dñs se plus esse Salomone, & Iona, nec mirum, cũ illi serui, iste dñs esset. Nunc addit de se, quod cum sit lucerna mundi, non debet esse in abscõdito, sed manifesta re operibus, & sermone, vt omnes intrantes Eccle-B siam eo illuminentur. Sed quia de se, q est communis omnium lucerna, dixerat, hinc sumpta occasione, de lucerna speciali, quę in vnoquoque homine est, loquitur, quæ nõ sp est lux, ut prior, & ideo docet, quo pacto non obscuranda sit. Ait ergo: Lucerna corporis, ostẽdens, qũo corporalia sint agenda, est oculus, quo claro existẽte, omnia corporis opera clara efficiuntur, tanquam in luce facta sed si oculus sit lippidus, fiunt opera mala, & tenebrosa. Quibus verbis significat cęlestis magister, esse in quolibet hominum interiorem oculum, rationem scilicet, quę est lucerna dirigens C opera, & cum hæc est simplex, sine contrarij admistione, corpus est simplex, & lucidum, idest, uniuersa hominis opera sunt clara. Si vero hic interior oculus nequam fuerit, opera praua erunt. Omnis enim malitia operis prouenit ex aliqua admixtione extranei, quæ est in ratione, lumen enim naturale rationi inditum in bonum tendit, & in virtutem dirigit, admixtione vero extranei deprauatur. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint, idest, vide, ne ratio tua obtenebrescat, & nitorem amittat, vt aurum mixtum terræ. Si ergo corpus tuum lucidum fuerit, idest, opera tua clara, & bona, non habens aliquam partẽ tenebrarum, tunc erit totum lucidum, & sicut lucerna illuminabit te. Id est. Cum opera tua bona sunt est lucerna illuminans te, & omnia tua sunt, tunc ratio tuã clarificans. Vel aliter. Cum opera tua sunt clara, & lucida, a lucerna interiori, ratione scilicet, tunc lucerna fulgoris, Christus scilicet, qui est lucerna communis, illuminabit te. Nam ipse ait. A Si quis facit uoluntatem Dei, hic cognoscit de doctrina mea, an ex Deo sit. Qui vero non recipit doctrinam Christi, lucernæ communis, habet lucernam rationis tenebrosam. In lumine ergo tuo videbimus lumen, cum bene viuentes Christum agnoscimus. Ideo gratiam petamus per Mariam, qua illuminetur mens nostra. Ioan.7 Psa.35

Duplex ex dictis colligitur hominis lucerna, extrinseca, & intrinseca. Extrinseca, & cõmunis Christus dominus est, intrinseca, & specialis cuique, ratio est. B Sicut etiam corporis duplex est lucerna, extrinseca, & communis sol, intrinseca, & specialis lumen oculi.

Prior lucerna Christus est, super crucis candelabrum positus, vt sit lumen ad reuelationem gentium, qui venit illuminare his, q in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Et ideo ipse se appellat lucem mundi. Et in eo impletum Euangelista testatur illud Esaiæ. Populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam, sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Hanc lucem petebat Psaltes, cum diceret: Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. Et huius figura præcessit in Dauid, qui dictus est lucerna Israel. Vnde ad eum serui dicunt, iam non egredieris nobiscum in bellum ne extinguas lucernam Israel. Iure vero C Christus lucerna mundi dicitur, lux, & sol, quia sicut lumine vniuersa manifestantur, quæ, & qualia sint, & lumen efficit, ut certa de reb. iudicia habeamus, omne enim, quod manifestatur, lumen est, ait Paulus, explicat uero. D. Tho. id est, lumine aliquo manifestatur. Ita per Christum, & eius doctrinam iudicium rectum de rebus habetur, quod lumen si non adsit, omnia tenebræ, & error erunt. Erat mundus in tenebris ante Christum. Et ideo innumeri in eo errores, tum in Dei cognitione, tum in his, quę ad mores pertinent. An non ...s, in tene-

Luc. 1. Ioan. 9 Mat. 4. Esa. 9. Psa.42 2.Co.2 Eph. 5. D. Th.

A nebris versabantur, qui ligna, & lapides & dæmones colebant? qui innumeris irretiti uitijs, nesciebant, vbi corruerent? qui caduca, & peritura magni ducebát cum æterna, aut non cognoscerent, aut parui penderent. Venit Christus in mũdum factus mundi lucerna, & Dei sciētiam attulit, æterna manifestauit, temporalia nihil esse ostendit, opere, & verbo,
Gen. 2 ecce lucernam illuminantē. Sicut enim condito primo Adamo ueniunt ad eum vniuersa animantia, & eis nomina imposuit, & omne, quod uocauit Adam, ipsum est nomen eius. Ita veniente in mũdum secundo Adam cœlesti, nomina rebus ipse imponit autoritatiue, vt ita loquar, & quodcunque vocat hic secundus Adam, ipsum est nomen eius, quicquid cæcus dixerit mundus. Quod ille
B honorem dixit, verus est honos, quod ille pretiosum docuit, vere pretiosum est, quod abiectum, & vile, itidem nihil censendum est, quicquid cęca hominum iudicia dicant.

Incertum, & varium hominis iudiciũ est, & ideo conueniēs regula esse nõ pôt, non bonum diceres lapidem Lydiũ in cuius contactu appareret nunc hoc metallum aurum, postea argentum, postea ęs? Regula certa esse debet vt sit regula Lesbia. Humanum iudicium variũ est, quod nunc ei placet, postea displi
C cet, quod nunc illi pretiosum est, postea vile apparet, nõ ergo conueniens regula esse pôt. Stella Elice, vt regula nauigationis sit, stabilis, & fixa esse debet. Hinc nobis humana iudicia irridenda sunt,
1. Co. 4 cum Paulo, qui ait, Mihi p minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die, q
Ro. 3. autem iudicat me, dñs est, quia est Deus verax, & omnis homo mēdax, vt idem Paulus ait. Lucerna ergo certa, inuariabilis, quæ obscurari nõ potest, Christus est, cuius luce dirigendi sumus, q̃ inspicere debemus. Iusti hanc nunc lucernam vident, & opera sua eius luce dirigunt. & ideo eis accidit illud, qui ambular in
Io. 11. luce, non offendit, quia lucē huius mundi videt. Peccatori vero accidit illud He
1. Re. 3 li, non poterat uidere, priusquam extingueretur lucerna domini. Cum lucem lucerna præbebat, videre non poterat,
A cũ lucerna extinguebatur, videbat. ita peccator nunc cum ei Christus lucet, nõ videt, licet oculos habeat, videbit vero in nocte, cum ablata ab eo lux fuerit. Si cut noctua. Tunc dicent, quid nobis pro fuit superbia? diuitiarum iactātia, qd cō tulit nobis? in inferno dicent, ergo errauimus, & sol iustitiæ non ortus est nobis, sed tunc videbunt, cum videre nihil proficiet, tunc errorem, agnoscent, cum illum corrigere non valebunt. Nunc ergo inspice lucernam Christum, qui te illuminat, nunc cum dies est, quando operari uales, cũ manus solutæ sunt, postea enim ligatis manibus, & pedibus proijcietur peccator in tenebras. Sap. 5.

Deinde Christus lucerna dicitur, qa nocte ambulantibus lucem prębet, ut rectam viam teneant. Qui iter difficile B
in nocte agit, lucem quærit, qua dirigat pedes in viam pacis. Vita nostra via est, Hinc Iob, breues dies hominis trāseunt Iob. 16
& semitam, per quam nõ reuertar, ambulo. Rectam vero tenere viam, vel ab ea declinare, tāti hominis interest, quanti est, vel Deum amittere, vel eum consequi. In via hac mille sunt laquei, deceptores plures. Hinc Psaltes, in via hac, Ps. 141
qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Miratur Chrys. hom. Chrys.
10. in epist. ad Rom. quod insidiatorem dæmonem non timemus, cum uiam agens paucas audiens grassatores in via esse. Curat te decipere dæmon, curat, & mundus prauis exemplis, & opinionibus. Sed aduersus hęc omnia Christus C
lucerna factus est, & dux viæ fidelis. Hinc Psaltes. Lucerna pedib. meis verbum tuum, & lumē semitis meis. Hinc Ps. 118
Esaias, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient Esa. 30
verba post tergum monētis, hęc est uia, ambulate in ea. Et idem, Ego Deus docent te utilia, & gubernans te in via, qua Esa. 48
ambulas.

Qua in re illud valde considerādum est, & pręcipue attēdendum, quod cum in mundum venerit ille, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & sciētię Dei, & hominum præceptorem se constituerit,

innu-

A innumeraq; secreta cęlestia, & terrena docere potuerit, nihil tñ docuit, nisi viã in cœlum, non cælorum numerum, aut influentias, nõ herbarum proprietates, vt Salomon, non Angelorum, ordines, sed ea solam, quæ ad salutẽ æternam cõ f quendam apta erat. Docuit nos humilitatem, mãsuetudinẽ, misericordiã, charitatẽ. Attende q̃ recte impleuerit, quod per Esa. dixerat, ego Deus docens te vtilia, nõ subtilia, aut curiosa, & gubernãs
Ec. 15. te in viã, qua ambulas. Et ideo Sapiens ait. Cibabit illũ pane vitæ, & intellectus & aqua sapientię salutaris potabit illũ vere sapientia vitæ, sapientia salutaris illa dr̃, quæ nos docet salutem consequi æternã. Et ideo Petrus ait quo ibimus?
B verba uitę æternæ hẽs, quia verba Chri
Ioan. 6 sti eo tendebant, vt docerent, q̃ño æterna vita conquirẽda esset. Scientia vero salutaris hæc est nosse, qua pacto sa utẽ consequaris, reliquæ vero si cum hac cõ ferãtur inania sunt. Hinc Iob timor do-
Iob. 28 mini ipsa est sapientia, & recedere a malo intelligentia. Hinc vero docemur, multa vanã, & curiosa relinquere, quæ ad salutem nõ conducunt. Hinc Sapiẽs
Ecc. 32 in multis esto quasi inscius. Et Ieremias
Iere. 4. ait: Stultus populus meus nõ cognouit filij insipientes sunt sapientes sunt, vt faciant mala, bene autẽ facere nescierunt.

Christus ergo lucerna nobis est. Nec ille solum, sed sancti etiã lucernę nobis
C sunt. Sic. n. superius de Dauid diximus, lucernam fuisse Israelis, & de Baptista
Ioan. 5 Xp̃s ait, ille erat lucerna ardẽs, & lucẽs. Et uniuersum de sanctis omnibus pronunciat Apostolus, in medio nationis
Phil. 2. prauæ, atq; peruersæ, inter quos lucetis. tanq̃ luminaria in mundo, verbum uitę cõtinentia. Inter hos vero B. Martinus merito lucerna Ecclesię dr̃, cũ luce sua illa illustrauerit plurimum. Quidam lucere volunt sicut sol, qui sic mundum illuminat, ut integer in se maneat, nec cõ sumitur. Sed Christus martinus, & sancti luxerunt tanquam lucernæ, q̃ dum lucent, consumuntur, minuuntur, & deficiũt. vide Christum lucernam quomodo luxerit, Christus passus est p̃ nobis
2. Pe. 2 nobis relinquẽs exemplum, ut sequamini vestigia eius Consummatus in passione est, ut nobis lux esset, & exemplum, A
in cruce constitutus, ut in candelabro esset, vbi ab oĩb. videretur. Sed nunc attendamus Martinum lucernam, qui ẽt luxit cõsummatus, imminutus, & moriẽs, Audi dicentẽ. Si adhuc populo tuo sum necessarius, nõ recuso laborẽ. In ianua cæli pedem iam posuerat, & tñ ait, si necessarius sum oĩb. gloriam nunc relio, & labores plurimos sustinere non recusabo. An non lucerna est, qui sic lucet? An nõ hæc Apostolica illa charitas, qua Paulus cupit anathema esse a Xp̃o pro Ro. 9.
fratribus? Sed silentio prætereundum non est gregium illud factũ, quod Xp̃s dñs commendauit, & Angelis ostendit. Pallium. n. diuisit, ut pauperi daret, cũ aliud, q̃ tribueret, non hr̃et. En lucerna, B
quę consumitur, ut luceat. Et Xp̃s ait, hac me ueste Martinus cathecumenus cõtexit. Mirum profecto, q̃ homo Deo vestẽ tribuit, habitu inuentus vt homo, vestem humanitatis, suscepit ex Mariæ visceribus. Et nunc iterum vt priorem uestem operat, vestem a Martino accipit.

Sed attendendum, quomodo lucerna nostra nos docet, quid operari debeamus. Mediam vestem tribuit Deo, mediã sibi seruat, quidã namq; uestẽ, a paupere tollunt, quidã uestis nullam partẽ pauperi dant quidam integram uestem dant, quidam uero mediam cum Martino, & hi sunt, qui recte agunt. Sed quis est, qui vestem a paupere tollit? Ille certe, de quo apud Iob. dr̃, abstulit. n. pign⁹ C
fratrum tuorũ sine causa, & nudos spo- Iob. 22
liasti uestib. aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem: De ijs etiã, q pauperi uestem auferunt ait Iacob. Nõ Iaco. 2
ne diuites per potentiã opprimunt uos, & trahunt ad iudicia? Alij uero contra integrum pallium pauperi dare uolunt, 2. Co. 8
ẽt si ipsi nudi maneant. Ad quos Paulus ait. Non ut alijs sit remisio, uobis autem tribulatio, sed ex æqualitate. Quasi dicat. Non oẽm substantia detis pauperi, ut uos nudi sitis. Necesse fuit, ut Paulus hoc p̃dicaret eo tpe cũ charitate feruente homines uniuersas substãtias pauperib. dare uolebant. Iam uero cũ refri-

xit

A xit charitas multorũ,necesse est prędicare,ne pauperẽ spoliemus,id impluris faciunt,quib. illud Sapiẽtis cõtinget. Dens putridus,& pes lassus, q sperat in infideli in die angustie, & amittit palliũ in die frigoris. Quenam dies angustiæ? Certe dies mortis,dies iudicij,tũc.n. peccator dicet,angustię sunt mihi vndiq; Qui eo die hẽbit pedẽ lassum, ne fugere irã Dei possit,nec in cælũ uiã agere? qs dentẽ putridũ,quo edere nõ valebit? Certe,q sperat in infideli. Sed q s sperat in infideli?

Pro.25

Pro.11 Qui cõfidit in diuitijs suis corruet, ait Sapiẽs,hic sperabat in infideli mamona,& ideo corruit, qa amittit palliũ in die frigoris. Qui.n. nunc surripit,palliũ pauperis,tunc palliũ propriũ amittit,cũ eo indigeat in die frigoris. Hinc Ioãnes. Beatus,qui custodit vestimẽta sua,ne nudus ambulet. Custodit vero vestimẽta sua, q pauperi tribuit,in cælo.n. ponit,ubi nec ærugo, neq; tinea demolit, vbi fures nõ effodiũt, neq. furant. Confici ergo cura multas vestes tibi,ueniet dies mortis, q̃ dies frigoris est,& pallio nõ indueris,qa vt Psaltes ait.cũ interierit,nõ sumet oĩa Sed ais,& ita multi loquunt, eleemosynæ nõ fiũt,qa diuitię ia nõ sunt substantia multorũ perijt. Sed ego, e diuerso dico ideo substantia multorũ perijt, iõ diuitię nõ sunt, qa eleemosynę non fiunt, sic.n. Saluator ait. Date,& dabit vobis. Hoc in martino videre licebit, q diuiso pallio Xpm cõtexit,ut ipse ait,& ipse ẽt Martinus opertus fuit. Esa.aiebat olim: Palliũ breue est, duos operire non põt. Sed ecce Martini pallium duos operit, Xpm, & Martinũ, qa eleemosyna diuitias nõ tollit,sed auget, ut nos docuit vidua Sereptana. Merito ergo Martin⁹ lucerna dr ardens, & lucẽs, ideo hodie nobis proponit in exẽplu, ut q ingressi sumus Ecclesiã, lumẽ uideamus. Vidimus Xpm lucernã esse diximus, sãctos lucernas esse. Nũc ad lucernas intrinsecas veniamus,de qb. multa in Euangelio dñr

Ap.16. B

Mat.6.

Ps. 48.

Luc.6.

Esa.28 C

3.Reg. 17.

Diximus,lucernã, & oculũ hoĩs rõnẽ esse uide ergo, ait Iesus, ne lumẽ,φ in te est, tenebræ sint. Dixit uero hęc uerba his,q inuidia,& odio cõmoti,cũ dicebãt blasphemũ nobilissimũ, & ingenuũ est uiuere ẽm rõnẽ, & hanc uitam beatam Arist. dixit, & Seneca ait, hoc maximũ hoĩs pręmium esse operatum fuisse ẽm rõnem, & quæ hoiem decent. Quia cũ pars rõnis,q in hoĩe est,sit diuina,q ẽm rõnem viuit,homo diuinus est,qui vero contra rõnem,homo non est. Hinc est, φ ingenuit, nobiles viri promissis stãt, mendaciũ execrant,detractionẽ fugiũt, ẽt de inimicis bona loquunt, furta non faciunt,ita nõ facile corripiunt, iniuriæ verba non dĩt, quia hæc oĩa, & similia abiecta iudicant,& inonesta,nec virum dicere. Si ergo oculus hic rõnis simplex fuerit,nec in eo tenebrę sint, nihil mali in hoĩe est, sed totum corpus lucidũ erit.

A

Aristo. Seneca

Sed cum tenebrę in ratione sunt, plurima in homine mala proueniunt, semper peccans est ignorans,quia inconsideratio in eo est, & iudicium errans in singulari præcipuens,fac hoc peccatum. B

Sed quib. de causis obscuratio rõ hominis,ut tenebræ dicatur? ex multis certe. Primo p ignorantiam,sicut illi,de quibus dr. Filij Hæli, filij Belial,nescien tes dñm:nec officium sacerdotũ. Plurima mala oriunt,ex ignorantia diuinæ legis. Ideo Paulus ait. Si quis ignorat, ignorabit. Qa verbũ durus dicit pr Christiano q̃ ignorabit? Qd nam illud verbũ asperum,de quo Psal. nisi illud, nescio nos. Illos uero Deus nescit, qui ne scierũt eũ. Iõ Paulus. Euigilate iusti, & nolite peccare, ad reuerentiã nobis dico ignorãtiã .n. Dei quidam habẽt. Ideo Esa. ait Propterea captiuus ductus est populus me⁹, qa nõ habuit scientiam, & nobiles eius interierũt fame,& multitudo ei⁹ siti exaruit. Propterea dilatauit infernus aĩam sua,& aperuit os suũ absq; ullo termino & descendent fortes eius, & populus eius,& sublimes,gloriosiq,eius ad eum. Id quod Propheta dixit olim impletum nunc uidemus,maxima.n. ignorantia legis Dei laborat populus Christianus,et ideo innumeri damnantur. Superãt nos Iudæi,Saraceni,Ethnici in legis sciẽtia, illi enim leges suas falsas probe norunt, fideles vero legem suam non nouit,eius rationem nescis dare si interrogetur, populus profecto insipiens dici potest,

1.Re.2

1.Cor. 14.

2.Cor. 15.

C Esa. 5.

Quod

A Quod si diuinæ legis ignoratio reprehē... semp fuit, tūc tñ maxime, postq̄ Xps magister noster factus reuelauit nobis secreta cælestia, nunc præcipua rō ne tenetur hō Deum agnoscere, & ideo grauius peccat, si ignoret. Et hoc est il-
Ioa. 3 illud Ioannis. Hoc est iudiciū, qa lux uenit in mundū, & dilexerūt hoīes magis tenebras, q lucē. Huius uero ignorantiæ mala plurima sunt, ignorās. n. fræno caret, & ideo liberius peccat, & ad infœlicissimū statū deuenit, q est, Dei & bonorū ipsius despectus. Sicut contra diuinæ legis sciā iuuat, vt recte viuamus. Hinc Psaltes in corde meo abscondi eloquia tua, ut nō peccē tibi. Qui. n. in regē suū peccauit, si eū agnoscat, & ab eo plura beneficia acceperit, & maiora speret? Si
B cut ergo fulcit domus columnis, ita aīa sciā Dei, q cum abest, fruit uniuersa domus. Corpus ergo, qđ corrumpit aggrauat aīam, lex uero Dei cognita eā fulcit, & erigit. Deinde hęc ignoratiò nō solū plura efficit peccata, sed, & plures peccatores. Ideo Esa. ubi supra dixit, dilatabit infernus os suū absq; termino Pauci, n. dānantur, q agnoscant, & uideant se ipsos dānari, plures verò, q id nesciunt, q a nesciūt, vbi corruāt. Sicut plures aues ca
Psa. 83 piuntur laqueis absconditis ab aucupe, q manifestis. Hinc Psaltes. Nescierūt, neque intellexerunt, in tenebris, ambulāt. Sicut ergo auis vidēs cibū, & nō laqueū accedit, & capitur, ita ignorans Christianus, inspicit escā delectationis, nec aspicit Deum, inferni æternas pęnas, & ideo
C peccat, Deinde hęc ignorantia efficit, ut postquam homo in peccata incidit, nesciat vti remedio, qa illud ignoras & medicamina nō adhibet, quia ea nescit. Cauēdum ergo maxime, ne ratio nr̄a ignorantia laboret, tunc enim tenebrę fit.

Scđo, passio vehemens, & excedēs, rōnē obscurat, & i tenebras couertit. Hinc
Da. 13 Daniel ad senē ait, species decepit te, & cōcupiscentia subuenit cor tuum. Hinc
Arist. Aristoteles dixit, qualis unusquisq; est talis finis sibi vr̄, idest, qualiter affectu qs ē dispositus, ita iudicat. Hinc snīa oium philosophorū, ut prudentia in intellectu cōstet, necessariū est passiones appetitus per virtutes morales sedari, quia cū vehemens est affectus, intellectū excæcat. A
Si. n. vapores è terra surgentes obscurat diē, & solem, ita passiones appetitus rōnem, & adeo obscurāt, ut rectum appareat, quod turpe est. Hinc deridebant Iudęi Xp̄m de contēptu diuitiarum dissētentē, quia erāt auari. Et ad superbos ipse aiebat. Quō uos potestis credere, qui gloriā ab inuicem accipitis? Et demum Paulus ait. Obscuratū est insipiens cor eorum, putantes se esse sapientes, stulti facti sunt. Vide ergo, ne lumen, qđ in te est, tenebrę sint, & Deum consule humili orōne. Sicut. n. sol nebulam aufert, ita, & Deus mentis caliginem. Consule ēt eos, qui a Christo dn̄e lux mūdi, & excessum passionum tolle, & nimium tui amorē, sic. n. fiet, ut oculus tuus sit simplex, & ab eo procedat lucida cuncta. B
Lu. 16.
Ioa. 5
Ro. 1.

Sed, & illud silentio pretereundū non est, q̄ superius diximus significari illis verbis, [ si corpus tuū lucidū fuerit, &c. sicut lucerna fulgoris illuminabit te. ] Illud uero est, q̄ sicut rō simplex, & lucida, illuminat uniuersa hoīs opa ut lucida, & iusta sint ita bona opera rōnem illumināt, vt lucidior sit, ītellectus uolūtatē illuminat, & volūtas recte intellectū, quia ut philosophi aiūt, causę sūt sibi in uicem causę. Hinc Sapiēs. Aīa uiri sancti enūciat aliqñ vera, plusq̄ septē circūspectores sedēres in excelso ad speculandū. Hinc Psaltes, a mandatis tuis intellexi. Hinc Gregor. in hom. ait. Non illuminantur discipuli Xp̄m audientes, & illuminant eū pascentes Huius uero rei rō prima est, quia puro, & simplici corde abundātiorē Deus lucē tribuit. pura etenim uita efficit hoiem Spiritus sancti tēplum, in quo ille habitās lumine cōplet. Hinc Ioānes. Vnctio docet uos de oib. sicut. n. purū speculū obiectū soli, nō solum fit lucidius, sed, & illuminat alia, ita pura uita illuminet intellectū, Deo lucē dignā p̄bente filio lucis. Hinc Iob. Qñ splendebat lucerna eius sup caput meū, & ad lumē eius ambulās in tenebris. Et Esaias. Implebit splēdorib. aīam tuā. Secūda eiusdē rei rō est, qđ intellectus, & uolūtas mutuo se iuuāt, intellect⁹ etenim illuminatus
Ecc. 37
C
Ps. 104
Greg.
1. Io. 2.
Iob. 29
Esa. 58

A minatus mouet, & illuminat uolútaté, vt amet Deũ, & uicissim uolútas amãs mouet intellectum, vt dilectum cogitet. mediteturq; & sic ampliore recipit lucé.

Plures sácti, atq; doctores per simplicem oculũ intelligũt, intentionis puritaté, qua soli Deo placere desideramus, ex qua ꝓuenit, vt opera nostra recta sint. Cum enim plura attendantur in opere, vt rectum sit, pręcipue attéditur intétio finis, à qua bonitaté, & speciẽ actus hu-
Gre.9. mani sortiuntur. Vnde Greg. Sicut domus fabrica colũnis, colũnę aũt basibus innitũtur, ita bona opera nostra uirtutibus, uirtutes ãt intima intentione innixę subsistunt, Dei ergo uoluntas, & eius gloria nobis quærenda est in omni ope-
1. Cor- re. Ideo Pau. ait. Siue comeditis, siue bi-
10. bitis, siue qd aliud facitis, oĩa in gloriam
B Dei facite. Quemadmodũ oĩa, q̃ in templo erãt, uel aurũ, uel deaurata erant, ita q̃cquid in aĩa (q̃ Dei tẽplũ est uiuũ) fue-
3.Re.6 rit, uel charitas, vel a charitate imperatũ, & ipsa deauratum esse oportet. Quid vero mirũ, exigi à te, ut Dei amore ducaris in operibus tuis, cũ ipse tui amore ductus tanta opera peregerit? pót quidẽ homo recta operari pp Gehennæ me-
Hiere. tũ. Hac.n. rõne Hieronymus ad Eustochiũ ait, se dãnasse ad horrẽdum deserti carceré. Potest similiter pp glorię retributionem bona agere. Sic.n. Psaltes agebat, cũ diceret. Inclinaui cor meũ ad faciẽdas ædificationes tuas pp retributionẽ. Sed in his homini sistendum nõ est,
Ps.118 sed ulterius ꝓcedendũ, se, suaq; vniuersa in Deũ, & eius gloriã referens, & uniuersa sua bona in eũ ut ultimũ finẽ dirigere. Et ideo pfecta charitas foras mittit
C timorem, & ut Bernardus ait, Charitas mercenaria nõ est, sed sine mercede maxima nõ est. Et hac de re, calumniari uo
2.Io.4. luit dęmõ sanctissimũ Iob, qđ ad hãc ca
Berna. ritaté nõ pueniſſet, ſed sola mercede du-
Iob 1. ctus, bona ageret. Vnde cũ Dñs diceret, nunq̃d cõsiderasti seruũ meum Iob, qđ nõ sit ei similis in terra, vir simplex, & rectus? R̃ndit, nũquid Iob frustra timet Deũ? nõ ne tu vallasti domũ eius per circuitũ, &c. Quasi dicat. Sola mercede ducit, vt te timeat, & tibi obsequat, nõ glo-

riã quærit tuã, sed propriũ cõmodũ. Sed A
Iob vir cũ esset simplex, oculũ ẽt simplicẽ habebat, & unã eã intentionẽ, qua soli Deo placere intendebat. Et cum pro filij sacrificia offerebat, licet eorũ bonum attenderet, Deũ tñ præcipue intendebat nos docẽs, vt cũ pia opera facimus pro filijs à Deo impetrãdis, vel pro ipsorũ, & nostra salute, pro frugib. terræ, & similibus, non in his gradũ figamus, sed pręcipuè opera illa præstemus Dei cã, & ipsum temporale, q̃ asseq curamus, ĩ Deũ referamus. Sic.n. fiet, ut opera nr̃a maxima mercede sint digna. Licet.n. charitas mercenaria non sit, ut ex Bernardo diximus, maximã tñ mercedẽ asseq tur. Et sicut aurũ purũ in summo hr̃ pretio inter metalla, ita opus à pura profectum charitate, summi est apud Deũ meriti. B
Hinc Ioannes. Suadeo tibi, emere à me Apo.3.
aurũ ignitũ, ut locuples fias. Hoc.n. est, quod hoĩem diuité reddit, & si charitatẽ habeat, qua omnia opera sua aurea reddat, dũ ea in Dei gloriam facit. Vulgo iactat, petrã esse philosophicã, vel quintã quandã essentiã, quæ aurũ purissimũ est Simile
quo facile efficit, ut uni uersa metalla in aurum mutent, q̃ ego commentum potius credo, q̃ veritatem, licet plures nr̃a hac tempestate curauerint hunc efficere lapidem, ut diuites essent. Nõ hoc Deus concessit, vt diuites in mundo simus, cõcessit uero in spiritualibus, cũ charitatẽ diffundit per spiritũ sanctum in cordib. nostris, quę aurum purũ, & ignitum est, quo oĩa nostra in aurum mutare possumus, & diuites fieri in bonis operibus, q̃ quamlibet sint minima, si hac charitate fiant maximi apud Deũ sunt meriti, & C
ei præcipuè placent. Et hac de re spõsam Can.4.
ille commendat suam, cum ait, uulnerasti cor meum soror mea spõsa, in uno oculorũ tuorum, & in vno crine colli tui. Mirũ profecto est, posse hominem vulnerare Dei cor. Sed quę erit adeo uiola ta sagitta, ut impassibilem Deum uulnerare possit? Certè unus, & simplex oculus, unica intẽtio, quæ fertur in Deum, vnus capillus, una cogitatio diuinæ gloriæ. Si hunc oculũ simplicem habeas, sagitta tibi est, qua Dei cor vulneres, petra

A tra tibi est, qua vniuersa in aurū mutes.

Sed inquiens, quo pacto homo sui amans ad hoc peruenerit, ut sui oblitus propter Deum operetur? Audi ethnicum de hac re disserentem, vt noueris facilè tibi id esse, si gratia vti volueris, quã illa non agnouit.
Sene. a Seneca de beneficijs ait: Propositum est nobis, secundum rerum naturam uiuere, & Deorum exemplum sequi. Dij autem quodcunque faciunt, in eo nihil præter ipsam faciendi rationem sequuntur, nisi fortè existimas, illos fructū operum suorum ex fumo extortum, & thuris odore percipere. Vide quanta quotidie moliantur, quanta distribuant, quantis terras fructib. impleant, oia illa sine mercede, sine vllo ad ipsos proueniente
B commodo faciunt. Hæc quoque nostra ratio, si ab exēplari suo non aberrat, seruet, nō ad res honestas conducta veniat, pudeat, vllum venale esse beneficium, gratuitos habemus Deos, si Deos quidē imitaris, da & ingratis beneficia, nam & sceleratis sol oritur, & piratis patent maria. Hæc ille. Deus utilitatem non quærit, sed nec quærere potest, quia nihil illi adijci potest, tu ergo noli utilitate duci, sed honestate, & si vtilitatem quæris, eā in Dei gloriam quære, & ita simplicem habebis oculum, qui lucerna erit te illuminans.

Demum hanc tuam lucernā non sub
C modio ponas, sed super candelabrū. Sub modio enim lucernam collocat, qui bonis operibus terminum præscribit, qui charitatē solis amicis tribuit, cum tñ latum debeat esse hoc mandatū, & ad oēs extēdi, qui parce seminat, paruā tribuens eleemosynā, qui semel in anno confitetur, qui parum orat. Hi oēs sub modio lucernā ponunt. Sed qui dimidium pallium pauperi tribuit, vt Martinus, qui anathema optat esse a Christo pro fratribus, vt Apostolus optauit, qui iugiter bonis operibus intendit, vt ille intendebat, hic super candelabrum lucernā ponit. Qui in populo est exemplum bonorum operum lucerna est super candelabrum constituta vt qui ingrediuntur, lumen uideant,
Mat. 5. videant opera uestra bona, & glorificēt patrem vestrum, qui in cœlis est.

## In festo præsentationis B. Mariæ. A

*Thema. De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* *Matth. 1.*

Mirabilis in omnib. Maria est, sed verborum ipsius potestas planè admirabilis. Potuit. n. verbo suo Chrm è sinu patris in uterū suū deducere, Potuit verbis, & salutatione uniuersā Zachariæ domum Spiritusancto implere. Poterit ergo nunc Xpm dnm, & eius Spiritum ad corda nostra spiritualiter ducere. Sed præcipuè hodierna die, qua Dei cor in mundo dulcissimum est, ac gratissimum. Q ia hodie ei obtulit mundus gratissimum donum, & post filij sibi oblati donum, nullum huic valet comparari. Hodie. n. in templum Maria ducitur, vt X po desponsetur. Illa hodie maxima recepit dona. Sed non illa duntaxat, sed & nos omnes, si disponi voluerimus. Cuius rei præcessit figura in Rebecca, q̃ cum assumpta fuit in sponsam Isaac plura recepit dona ab Eliezer, quæ Isaac misit. Adijcit vero diuina scriptura. Fratrib. quoq; eius, & matri munera obtulit. Hodie ergo nobis donabuntur dona grã, qa damus sororem nram sponsam Christo dño. Ad eam vero accedamus, eā salutemus, & dicamus q̃ fratres Rebeccæ dixerūt, soror nostra es, crescas in mille millia, & nos tua cū, & intercessione crescam°. Salutemus ea. Aue Maria. B Gen. 24. C

Similes quidem noīe, sed plus similes re fuerūt Anna mater Samuelis, & Anna Mariæ mater, adeo vt sorores ex eadē classe esse videant. Illa. n. lōga vexata sterilitate, & ob hoc cōtemptui habita, orauit dñm, vt prolem acciperet, uouens se eā dño consecraturam. Exaudita oratio illius est, accepitq; Samuelem, quem ablactatum in tabernaculū duxit. Simili tōne Anna Mariæ mr post longam sterilitatem accepit Mariam, q̃ oratione impetrauit, & trimam in teplo hodie offert. Ita Gregor. Niss. in homil. de humana Christi generatione. Ita etiam sanctissimus, & diuinus Euodius in epistola, qui 1. Re. 1. Euod.

fuit

A fuit qi imus post Petrũ Antiochenæ Ecclesiæ eps, quem Ignatius in ep. ad Antiochenos appellat beatissimum. Et Nicephorus dicit diuinũ. Ita etiam S. Germanus patriarcha Constantinopolitanus, & D. Andreas Cretensis sermo. de dormitione B. Mariæ, & alij plures.

Andr. Germ.

Sciendũ ergo, a constructione tabernaculi aliquas fuisse deuotas mulieres, q̃ spreta sæculi vanitate soli Deo uacabãt. De quibus meminit Moyses dicẽs. Fecit & labrũ æneũ cum basi sua de speculis mulierũ, q̃ excubabant in ostio tabernaculi. Hæ nanq; specula sua Dño offerebant. Et qđ dñt, has mulieres dici exercitum dñi, ita Rabbinus Abenacara in c. 38. Exo. Et has mulieres violabãt filij Heli, vt dicit Ioseph⁹ li. 5. Antiq. c. 11. & manifestè colligitur ex 1. Reg. dum ait: dormiebant cum mulieribus. Quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. Quos ideò Deus occidit, qm̃ zelo singulari mouetur in eos, qui sacras virgines uiolant, q̃ ipsius singulari ratione sponsæ sunt.

Exo. 38 Iosep. 1. Re. 2 B

Cum verò tẽplum constructum fuit à Salomone, locus habitationis his uirginib. constructus est inter altare, & parietem templi. Vbi habitabant, ac orabant. Ita Greg. Niss. vbi supra. & Orig. tract. 26. in Matth. qui addit. Beatam Mariã etiam Christo nato ibi orasse, quod cum alij reprehenderent, Zacharias pr̃ Ioannis defendit. Idẽ asserit Cyrillus Alexã. li. aduersus Antropomar. c. 27. & Theophylactus in caput Matthæi 23. & Cedrenus in cõpendio historiarum. De his virginibus dr̃. 2. Mach. 3. Virgines, q̃ cõclusæ erant, ob tumultum exortum ad Oniã summum sacerdotẽ confugerunt.

Nisse. Orig. Cyrill. Theo. Cedre

C Hic ẽt fuit mos ab initio nascentis Ecclesiæ Christi, vt virgines Deo dicarẽtur quæ olim diaconissæ dictæ sunt. De quibus Clemens li. 2. constitutionum Apostolicarum cap. 61. & Ignatius in epist. ad Antiochenos, & Tertullianus lib. 1. ad vxorem, & lib. de castitate. De quib⁹ ex Cæsareis redditibus alendis literas dedit Constantinus magnus ad præfectos prouinciarum, ut refert Niceph. li. 8. historię Ecclesiasticæ. cap. 26. Et his fœminis regulam Basilius dedit, ut dicit

Clem. Ignat. Tertu. Nicep.

Gregorius Nazianzenus in oratione de laudibus Basilij. Has vero Hier. in epist. ad Eustochium Nonnas, & August. in Psalm. 83. sanctimoniales appellat. Ex quibus patet antiquitas religiosarum fœminarum. A Hiero. Augu.

Hodie ergo celebri festo colimus diẽ. quo B. Maria ducta est in templũ à parẽtibus, cum trima esset, ut ibi soli Deo vacaret. Quod festum in Oriente perantiquum est. de quo extant homiliæ sanctorum, quos supra memorauimus. Nunc vero in Ecclesia Romana anno 1581. institum est à Sixto Quinto.

Sed qua rõne nunc Deo offertur Maria? nõ unica rei huius rõ est. Prima, ut ea, q̃ mr̃ Dei futura erat, oĩbus titulis, & rõnibus esset Dei. Et iõ hodie Dei efficit parentum voto, & donatione. Ipsi Ecclesia tribuit uerba illa Sapientiæ, dñs possedit me in initio uiarum suarum. Voluit verò Deus, ut Maria oĩno ipsius esset, iõ millies eã dicit suã in canticis, colũba mea, formosa mea, pfecta mea. Grande profectò miraculum, ꝙ in natura humana, q̃ semp fugit à Deo à primo Adæ peccatò, quo primus parẽs fugit, inueniret fęmina, q̃ in nulla re, uel in minima cogitatione a Deo fugeret, aut recederet, & ideo de ea verba illa Iob accipi possũt Annunciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eã possit ascendere pr̃. n. filio annunciat, quod ad Mariam diuertere põt, & licèt cum uenit a pectore pr̃is in vterum matris. descendisse dicatur, tñ cum à cœlis, & thronis in Mariam venit, ascendisse dr̃, quia in altiorẽ venit locũ, ac digniorẽ, & iõ ait: ad eã possit ascẽdere. Est Maria aurum illud optimum, ꝙ gignitur in fluuio paradisi, quod mirè elaborandum est, ut annulus ex eo fiat, in quo lapis infiniti pretij uerbum diuinum ponatur, & ideo vt elaboretur aurum, in tẽplum uenit, Est Maria domus saltus, q̃ sibi in Libano ædificauit Salomõ, ut sibi in delitijs esset, cum tñ regiã haberet in Ierusalẽ, quia Christus dñs in pectore patris, ut regia habitãs, uoluit in delitias uas domum ædificare in vtero Virginis, ut delitiæ eius essent cum filijs hoĩum. Proportio vero magna requirit inter

B Prou. 8 Cant. 1 Gen. 2. Iob 26. C Gen. 2

inter

A inter regiā,& domum saltus,nec.n.regi côueniens est tugurium in saltu. Sed ob secto qualis domus fabricata in Maria est,ut ad eā diuertere digne posset, q ex patris pectore descēdebat? Adeo mira, ac miranda in domo saltus.Salomō posuit,vt ibi defecerit spūs reginæ Austri, referēte Ioseph. Tāta.n.Maria est, ut deficiat meus illā contemplans. Voluit quidem Deus Mariæ esse oib. titulis,& nominibus oportuit uero, ut ipsa illius esset eodē pacto. Et iō in templum ducit. Vt uerum sit illud Cātic. Dilectus meus mihi,& ego illi. Hinc nobis colligendū est,ut si uelimus, totum Deū nobis donari,ut sit ille nobis omnia, nos ēt totos Deo tradamus,& munus hodie Deo offeramus,quo nos,& omnia nostra Deo demus. Velles quidē, o homo, qđ Deus oīno tuus esset, nihil sui à te reseruaret, sed oīa tibi esset,recte postulas. Sed audi iustam Dei legem. Quantum mihi dederis de te ipso,tm̄ tibi tradam ex me, nihil ergo tibi seruā,totū te dono,da Deo, & Deus tuus erit oīno. Hoc uero profectum,& bona nostra impedit, quod Deo nos nō tradimus totos. Sicut enim pars ligni missa in ignem ignitur, q̄ uero in igne nō est frigida est, ita ea parte, quā nos Deo damus, sancti sumus. Sed plura Deo subtrahimus. Audi, ꝙ Paulus oret. Ipse aūt Deus pacis sanctificet vos per oīa,ut integer spiritus uester, & aīa, & corpus sine querela in aduentu Dñi C nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est, qui uocauit uos,qui etiam faciet.

Iosepb

Can. 2

B

1. Th. 5

Simile

Secūdo, offert hodie Maria in tēplo. Quēadmodum cū uis, pulcherrimā tibi depingi imaginē offers pictori tabulam optimā,vel cū uis aliquas literas præcipuas,titularesq; tibi scribi, quæris membranā optimam,q̄ scriptori offers. Erat qdem imago illa uiua Dei in mēte pris erat verbū illud in Dei corde, ꝙ illud eructauerat. Sed in lumine innaccessibili erat,uidere imaginem illam nobis nō licebat, verbum illud legere non poteramus. Hinc Baruc aiebat. Nō est, q scire possit uias eius,neq. qui excogitet semitas eius,sed qui scit uniuersa,nouit eā sapientiam,s. Et Esai. Vere tu es Deus ab

Baru. 3

Esa. 45

sconditus. Desiderabat mūdus hāc imaginē videre,hoc uerbum legere, vt dicere posset cū Ioanne. Quod uidimus, qđ audiuimus, quod manus nostrę contrectauerūt,de uerbo uitæ. Et uita manifestata est,quæ erat apud patrē. Ad hoc ergo defertur hodie Maria, q̄ membrana est,tabula est preclara,in qua imago patris ponatur,uerbum patris scribat. Sicut primis tabulis fractis Moyses alias præparauit,in qb. Dei digito lex secūdo scriberetur. Ita euacuato priori mandato,ac lege,lex dulcedinis,ac amoris scribenda fuit. Et ideo Maria in tēplum ducitur,eius vero in tēplum cōscensus merito celebri die agitur, qa prænunciā est remedij hominum,qm̄ sicut olim ascendente nubecula parua de mari,ait Elias magna descēdet pluuia, qua terræ sterilitas finē accipiet. Ita ascendente Maria in tēplum,expectare cito possumus pluuiam illam uoluntariam, q̄ segregauit Deus hæreditati suæ. Nunc implebitur illud Esa. Rorate cæli desuper,& nubes pluant iustum,aperiatur terra,& germinet Saluatorem, & iustitia oriat simul.

A

2. Io. 1

Ex. 34.

B

3. Reg. 18.

Esa. 45

Tertio in tēplum Maria uenit, ut pugnā cum Deo ineat,& eū superet, ac in terrā deijciat. Tēplum vero locus est huius certaminis,stadium,in quo curritur, qa in eo agone nobis cū Deo contendendum est. Pro rei huius intelligentia, aduertendū est. Quod licet Deus pura, ac mera gratia decreuerit, in mundū uenire factus homo, uoluit tñ mundum disponi,ad eum digne suscipiendum,& ut mūdus id mereret,non qdem de condigno,& iustitia,sed de cōgruo,ut D. Th. & alij dnt. Quia sancti patres meritis,et oratione obtinuerūt, ut Deus descenderet,non quidē iustitia id exigēte, sed qa côueniens fuit,ut Deus homo fieret, id exigentib. ac postulantibus tot sanctorū meritis,& orationibus. Sed hoc meritum de congruo impletum non fuit,donec Maria in mundū uenirct,& suis meritis, ac oratione Deum è cœlis in terrā deduceret. Illā vltimā lineam, ac manū huic operi imposuit. Nescio, an hanc rē subodoratus fuerit Homerus,in lege.n. naturę fuit aliqua, licet obscura cognitio in-

C

Homerus.

A tio icarnationis i factis, à qb. philosophi aliqua didicerūt, Finxit ergo Homerus mirabilē catenā, q̄ magni fecit Plato, Augustinus. Macrobius, & alij, & ea dr catena Homeri. De qua ipse ait, q cum Iupiter uellet brachij sui potentiā ostendere, dixit ad uniuersos Deos, ego faciā catenā, cāq; manu tenebo in cęlo, in extrema uero illius parte, q terrā tanget, multæ erunt catenulę. Vos ergo oēs descendite in terrā, & quisq; catenulam suā teneat. Et conatu uniuerso posito curate
B me in terrā trahere, ego uero conabor solus, ut in cę. u nos ducā, & ita fiet, quo, liquido patebit oipotētia mea. Quid hac fictione significare uoluerit Homerus, incertum est, multæ. n. expositiones a doctoribus traditæ sunt, Sed forsan Dei in mundum descēsum significare uoluit, catena, pfecto Xpi genealogia, quæ in Euang. tradic, est, quisq; Patriarcharū, ac regum annulus est catenę. Oēs uero sancti conati sunt, ut Deū è cælis in terrā deducerent, Sed nullus id pficere ualuit, donec illa uenit. De quā natus est
C Iesus. Hæc ipsum traxit in terrā, hęc inuincibilē supauit. Eadē uera catena, nos Deus dixit in cælum. Sed unde catenæ vis tāta? Certe qa ultima eius pars Maria est. Hæc oēs iustos longo interuallo superauit. Hæc uniuersa peccata bonitate sua uicit. Et cum uniuersa hominum peccata conarentur, ne Deus in terram ueniret, illa ea oia bonitate supauit sua, effecitque, ut descenderet. Illa tandem Deū uicit, & margaritā, quæ in patris pectore erat sibi usurpauit, uerbum. s. diuinum. In stadio quidem oēs currunt, sed unus accipit brauiū. Margarita, q tanq̄ premiū sanctis proposita fuit, Christus fuit. Vniuersi cucurterunt, ut illud arriperent. Sed oēs iuxta fidē defuncti sunt, nō acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes. Exulauit Abraham, ut videret diem Xpi, vidit, & gauisus est vidit quidem, se nō potuit arripere. Sic cum, vidit Iacob innixum scalę, sed non ascēdit p eam, Odoratus est illum Isaac cū dixit, Ecce odor filij mei quasi odor agri pleni, sed gustare nō potuit, vsq; ad summitatē virgę puenit, Iacob, vt eum

He. 11
Ge. 28.
Ge. 27.
Ge. 49.

A arriperet, sed nō ualuit, unde dixit, salutare tuū expectabo dn̄e. Præclarum cursum confecit Ioseph, q ut expeditius curreret, pallium reliquit. Sed ad umbram solum puenit, qū dictus est Saluator mūdi in Christi figura, Maria uero ita fœliciter cucurrit, ita aquila magna uolauit, vt ad cedrū altissimā peruenirct, ad patrem, s. & medullam arriperet, & margaritam, quę in eius pectore erat. Illam uero pater ei dedit, cum in eius utero Christum posuit, & in eius pectore.

Fœlix profecto nuncium, atq; pclarū hoibus dum monile, qd in patris pectore erat, q super Cherubin uolauerat, & inueniri difficile poterat, a altissimum posuerat refugium suum. Iā facile inuenitur in brachijs Marię iā est. Imo & in B sacerdotis manu, vt eum facile recipias. Qui vero eum ad nos adduxit? Maria plane, fœlix pfecto mulier, q ad Deum vsq; peruenit cursu suo. Sed ut fœlicem hūc cursum absoluat, à longe, ac retro, vt vulgo dr, cursum inchoat. Quidā. n. sero cursum inchoāt, qui sero agnoscūt bonitatē infinitā, pulchritudinem antiquā. Quidā uero ab infantia currere cęperunt, vt Samuel, Alij ex vtero matris, vt Hieremias, & Ioānes. Sed Maria, tāquā qa, q multo maiorē cursum perfectura erat, à cōceptione currere cæpit, Et cū triennis esset in tēplum, pperat, & tandē Xpm ad nos deducit. De qua natus C est Iesus. Cauēdum vero valde, ac timēdum nobis est, si cursum istum, tarde inchoamus. Sicut ille, qui sal tū magnū per fecturus est, cursum a longe sumit, ut cū saltandum est, magnum terræ spacium pteruoles. Sic ille, qui ex hac uita in aliā migraturus est, & Deū assequi conatur, caueat ad mortē differre pænitentiā, saltus certe magnus est à longe ergo capiēdus est cursus, ne in baratrū incidamus. Hinc nos Paulus monet, Sic currite, ut cōprehendatis. Currendum ergo est, ut ab infantia Deo nos offeramus, sic ut hodie Maria oblata est. Parētes vero id agere cum filijs dēt, q parentes Mariæ, qui eam ducunt in templum, cum infans esset, & q pater Thobię, de quo sic scriptum est, genuit filium, quē ab infantia sua

1. Co. 9
Thob. 1.

A sua timere Deū docuit, & abstinere ab oi pctō. Id ipsū Salomonis mī pstabat,
Pro.4. vt ipse ait. Nā & ego fili⁹ fui pris mei, tenellus, & vnigenitus corā matre mea.
Et docebat me, atq; dicebat possidē sapiētiā, posside prudentiā, nec dimittas eā, &
Thr.3. custodiet te, dilige eā, & conseruabit te. Hinc Ieremias. Bonū est viro, cū portauerit iugū ab adolescētia sua. Cū.n. ab īfantia uirtuti, qs incūbit est ei, quasi ā natura insita. Quia.n. Samuel à puero ī tēplo fuit, sanctissimus euasit. Sicut.n. qui ab infantia in aula regia nutrit, & inseruit pricipi postea illi grātior est, ac plura bnficia recipit. Itaq Deo ab infantia
Psa.21 adhæret. Qd apud Deum allegabat psāltes cū diceret. In te piectus sum ex utero, de ventre matris meę tu es protector
B meus. Hoc hodierna die exēplo tuo nobis Maria ondit. Emissus ab arca coru⁹ est, nec reuersus, cadauere forsā illectus. Emissa colūba est, & nō inueniēs, ubi re
Gen.8 qesceret pes eius, regressa est in arcā, deferēs oliuæ ramū. Oēs à Deo emittimur per creationē, sed pctór ī creaturis ma-
Chry. net, nō uero sic Maria. Chrys. ait. Sicut aqua nō est ea pdita soliditate, ut q spiā ī ea figere gradū possit, qa cōtinuo labit. Ita in mūndo nihil est, in quo cōsistere possimus, & iō colūbæ sīles simus, dicamusq; cū psaltē. Quis dabit mihi pēnas
Psa.54 sicut colūbæ, & uolabo, & reqescam, in Deo. s. meo. Et iō uocat spōsus, sponsam colūbā, uenit colūba mea. Ramū uero
Gan.2. oliuæ Maria sine felle colūba defert, orōnē, s. implēs illud Pauli. Sine itermissione ora te, & illud. Meditabor, ut colūba.
C Etiā dū colūba cibū sumit cęlū respicit,
1.Th.5 granū ore capit, & cęlū suscipit. Ita Ma
Esa.38 ria agebat oiaq; ī Dei gloriā referebat.

Sed operepretiū erit nosse, quo pacto Maria ī tēplo educata sit, qualēq; uitam egerit. Cōtinuo sedes liqsti paruula auitas, tēpli ad vris oblata parētū debita uotis. Sed qd ī tēplo egeris, qūo fueris conuersata, nosse cupimus. Snīa cōcors sanctorū est, & ea certissima, singulari spūs sancti prouidentia Mariam esse educatā. Si.n. singulari cura Sāpson, Samuel & Baptista educati sunt, q ad munera grādia a Deo electi fuere. Maria, q̄ a Deo

dignioti munere pparabat, singularis si
A ma, si sic loq licet (cura nutrieda erat, ut in oib. esset absolutissima. Vt fundamē ita huius diuinæ dom⁹ toti cōgruerēt ædificio. Vn sicut ī ueteri domo, q̄ Mariæ fuit typ⁹, fundamēta iacta sūt ptiosis lapidib. Ita in Marię initijs summę uirtutes
3.Re. effulserūt. Hic de ea canit ecclesia, cū essē paruula, placui altissimo. Hic Dam.
Dama. l.4. de fide ortho. c.15. ait, Maria ī tēplū adducta, & oblata, nō sec⁹ ac oliuā fructiferā se pstitit, q̄ ī domo Dei plātata, & diuino spū īpinguata, fructus pulcherrimos, ptulit, & uirtutū oīū domicilium effecta est. Greg. ī cō. orone de Maria ī tē-
Gre. in com. plo oblata ait. Erāt Mariæ mores ī cōpa rabiles, & agēdæ uitæ rō cōposita uirtutib. & plena diuinis reuelationib. Consi
S imile B derādū.n.ē Mariā sīlem fuisse pulcherrimę imagini, q̄ pcipu⁹ pictor regi depingit, dicet.n. cū reliquas imagines depigit, aliqd ipse faciat, multa tn̄ relinqd faciēdā ministris, & pictorib. rudib. Cū uero imaginē regi depigit, nihil illis alijs permittit agēdū, sed ipse opus ichoat, ac pficit, qa ī ea imagine nihil eē dēt, ꝙ vndiq pfectū nō sit. Ita plane, cū ī religs sanctis multa Deus ꝓ diuina sua bonitate posuerit bona singulari, eis reddita grā, in pluribꝰ tn̄ eos pmisit agere, ut hoīes, errare decipi, labi uel minus pfecta agere. At cū Maria ei pficiēda fuit, ī qua attēdit nō solū, ꝙ ab ipso fieret, sed ēt ꝙ regi maximo parabat, ꝙ sapiētia ædificabat sibi domū parabat, ubi tabernaculū, oīa, quę ad eā spectāt, māu ppria perficit, & singulari grā uniuersā ornauit, ut nihil eēt nō
C absolutissimū. Si.n. cū mūdū cōdidit primo. Adę, ubi dignitas hoīs, cui fiebat pexigua erat, vidit cūcta, q̄ fecerat, & erāt ualde bōa, q attēdit seipsū, q ea faciebat, cuius opa pfecta sūt. Cū ēm mūdū cōdidit. Adę cęlesti Mariā, s. q̄ nō minor mūd⁹ dici dēt, sed maior. Quia quę cęli, et terra capeē n̄ poterāt, suo cōtulit ī gremio ī cui⁹ mūdi cōstructione attēdere dbuit, nō solū qs illū efficeret, sed cui. Quo pacto ī eo n̄ erūt oīa ualde bōa, ac perfecta?
Sciēdū ergo est, ꝙ eo tpis momento, quo rōnis usus Marię datus est, eā nino viuinus amor possedit, nihil in ea relinquens

Sanct. X quens

A quæ non ignitū. Quicquid pter. Deum erat, nihil ducebat, vñ à mūdana gloria auideq; sic abhorrebat, sicuti corruptū aerē, qui fœtore suo plures ifficit. Et sicut anius alicui negotio nimis intētus, ad alia sit nullus, ita Maria Deo itēdebat, vt alijs oib. nulla esset, ut ia re usurparet il-
Can.7 lud Cant. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Et ueluti accidens pēdēs à substantia, ita à Deo pendebat Maria, nihil cogitabat pter Deū, & contēplata Dei innumeras mīas, pcipuè uero illam qua hō fieri, & mori decreuerat, nec aliud a nobis exigere pter sui amorē, decreuit eū toto corde diligere, ut nihil illius alteri cōcedere. Et sic corpus gubernari decreuit, ut soli Deo seruiret. Et sicut nauclerus, nauim gubernās, memoria tenet pericula, à quib. cauere dēt, &
B portū, quo pgit, ut illuc nauim applicet. Sic Maria corpus suū ab oī Scyla, & Carybdi, eripere cupiens, ne propinquorū conuersatio ei impedimento esset, ne tota in Deum curreret, templum adiit.
Hiero. In tēplo uero ab Angelo nutrita fuit,
Ce.N. q ei cibū afferebat, ut Hie. affirmat, vbi
Berna. supra, & Ced. i cō. hist. & Gre. Nicome. vbi supra. Nec id adeo mirū, cū alijs sanctis sit cōcessum. Regula vero Ber. sit nihil Mariæ negatū, q alijs sit cōcessū. Et recte ait Greg. Nicomediens. uidimus, Deū ei dedisse filiū, qd mirū, q reliqua
Sabel. oīa pster Sabel. li. 2. Exemplor. c. 4 & 9. ait, maiorū eē traditionē, q Maria à prima luce, usq; ad tertiā orōni uocabat. A tertia, usq; ad meridiē operi manuū in-
C cūbebat. Statim parcissime cibū sumebat. Reliquū vero tpis lectionis scripturæ ipēdebat, & eius meditationi. Gal. li.
Gala. 7. de arcanis catholicę ueritatis. c. 5. ait. Oīa virginis mēbra à pedib. usq; ad caput, oēsq; eius sēsus, & cogitationes aīæ in pio absq; repugnātia obtēperasse. Adeo, ut oculi ei⁹ nihil illiciti unq̄ aspexerint, imò nec oculos unq̄ leuauit, nisi orās. Atq; eo ipsū prophetiæ donata est, ut si forte aliquid i licitū audire, vel videre debuisset, i lico eius aures, & oculi clauderent. Ita, vt non nisi uoluntati diuinę seruire uiderentur. Nec hoc mirū videri dēt, quoniā sūma Marię gra, & uirtutes, latere potuerint, ut exterius nō apparerēt. Addi uero Amb. lib. 2. de Virg. A. Ambr
deo Dei charitatē plenā fuisse, ut ēt cum corpus dormiret, eius uigilaret aius, uñ in Canticis ait. Ego dormio, & cor meū vigilat. Quæ verba ad Mariā pertinere Can.5
adnotauit Ruper. lib. 7. in Cant. Si ergo ruper.
Paulus in tertiū raptus est cęlū, si Baptista mira eleuatus contemplatione fuit, & si alij viri sancti, inebriati fuerūt charitate, & extra se facti, si reuelatiōes plures habuerūt, Maria multo his maiora ruper.
recepit, vt ait Rupertus libr. 3. in Cant. quia fecit in illa magna, qui potens est. Hāc introduxit rex i cellā vinariā, ut eā Esa.66
inebriaret cor eius, & caro exultauerūt in Deū uiuū. Fuit Maria tota cęlestis, tota diuina, qa sedes illi⁹ futura erat, q ait. Cęli mihi sedes est. Hinc demū Ambr. vbi supra ait, talis fuit, ut vni⁹ uita oium B
esset disciplina. Et iō ecclesia ait. Sola sine exēplo placuisti dño nro Iesu Xpo. Et iterū. Cui⁹ vita iclita cūctas illustrat ecclesias. Et tandē ait Dion. Cartusian. Dion.
li. 1. 2. 3. de pconijs Marię, ad Originalis iustitiæ statū peruenisse melius, quā Adā, quia in eo nulla fuit rebellio, & plena erat gratia, ac omni ornata uirtute. Bonau

Sed illud mirandū est, q D. Bona. in meditationib. de vita Xpi c. 3. ait: Reuelasse B. Mariā sanctæ Elisabeth hec verba. Filia tu credis, q oēm grām, q̄ habui habuerim sine labore. Sed nō ē ita, imò dico tibi, q nullā gratiā, donū, uel uirtutē habui à Deo sine magno labore, continua orōne, ardenti desiderio, profunda C
deuotiōe, multis lachrymis, & multa afflictione, dicēdo, cogitādo tp placita sibi sicut sciebā, & poterā, excepta sanctificationis gratia, qua sanctificata fui in utero matris. Et ideo pro firmo scias, q nulla gratia descendit in animā, nisi per orationem, & corporis afflictionē, hucusq; Mariæ reuelatio. Ex qua re docemur, operi, ac labori incumbere, ut perfectionem, ac uirtutē, acquiramus. Sine labore, ac afflictione perfici cupimus, sed id nulli præstatur, cum Mariæ nihil cōcessum sit sine labore excepta priori sanctificatione, labora ergo sicut bonus miles Christi Iesu, vt coronā consequaris, &c.

In

A In festo B. Catharinæ Virg. & Mart.

*Thema. Simile est regnum cælorum decem virginibus,&c. Matth. 25.*

B Ex quib. patet, virginum statũ altissimũ in Ecclesia esse. Hinc Sapiens. Gr̃a super gratiam mulier sancta, & pudorata, oïs aũt põderatio non est digna cõtinentis aiç. Gratia super gratiam, i. gratia superans alias gratias, i. eximia est gratia mulier sancta, & virgo. Oĩs uero poderatio non est illa digna, i. nihil conferri põt virgini, excidit. n. cuncta. Et ita ait Aug. & Hier. contra Iouin. in oĩ hoĩum genere optimus virgo fuit. Inter hoïes optimus X p̃s, hic virgo fuit. Inter mulieres optima Maria, hæc uirgo fuit, inter Apostolos Paulus per excellentiã Apostolus dr̃, & virgo hic fuit. Inter martyres Stephanus, & Laurentius, virgines extitere. Inter prophetas Ioannes Baptista, virgo fuit. Inter Euangelistas, Ioannes, uirgo fuit. Inter confessores Martinus, Antonius, Basilius, virgines fuerũt. Addit Hiero. Sicut se hñt hæc metalla ferrum, argentum, aurum, ita se habent, coniugiũ, uiduitas, virginitas, Au. ait. Sicut se habent, stella, luna, sol, ita illi tres status, virginitas autem Sol est, per quã efficitur homo par Angelis, q̃ distat cœlum a terra, Angelus ab hoïe, hoc distat virgo a non virgine, quia quod Angelus natura est, virgo est gratia.

Ecc. 26

Hiero.

C

Aug.

Inter has virgines post Mariam merito secundo loco Catherina adnumeranda, est quam ea singulari gloria ornauit, cum filio suo unigenito despõsauit, quo facto eam in nurum, & filiã suscepit. Vere fuit virgo sapiens, & una de numero prudentũ, q̃ accipit oleũ in uase suo. Virgo q̃dẽ fuit purissima, & adeo sapiens, ut vniuersam mũdi sapientiã superauerit, & quinquaginta sapientes cõuerterit ad fidem, & tm̃ olei in aïa sua accepit, ut in corpus eius redundauerit, & nunc sepulchrũ illius oleũ manat. Et eius corpus tã quam Angeli. [illegible] Angeli sepelierũt, qa Angelus illa erat gratia. Mnũ profecto sepulchrum, q̃ Angeli Angelo extruxerunt. Sileant miracula Memphis, sileat Mausoleũ, & Aegypti pyramides. Nullus regũ, aut imperatorum ab Angelis sepelitur, nisi virgo, q̃ Angelus est. Si ergo Catherina virgo purissima est, si martyr illustrissima, si doctrix sapientissima; qs dubitet trib. eã ornatã coronis in cœlesti regno? Sed quõ virgo hęc uigilauerit. & sponsũ exceperit uidebimus facile si literã Euãgelij explanauerimus. In ea uero parabola proponitur, ex qua eam conclusionẽ cęlestis magister concludit, vigilate itaq; quia nescitis diẽ, neq; horam. Hęc. n. diuersitas est inter iustos, & peccatores, q̃ iustus timet, pauetq;, & de salute ęterna solicitus est, & ideo maxima cura se parat, ne imparatus inueniatur. Peccator vero uana securitate confisus salutẽ suã negligit, & ideo imparatus inuenitur. Audi iustũ solicitum, et cum sibi morti proximus iam uideretur, ait enim. Putãsne, saltem ibi erit requies mihi? quasi dicat, in hac uita iam nullam requiem expecto, qa morti p̃ximus sum, sed num in alia uita erit mihi requies? In quæ verba multa dicit Greg. de solicitudine iusti, q̃ Christus vigiliã dicit, sicut contra peccatorum incuriam somnum appellat. In illa Ionæ tempestate nautæ nauim alleuiabant, Deum orabant, uela complicabant. At Ionas descẽdit in inferiora nauis, & dormiebat sopore graui. Sæpe audiuimus, & manifesta experientia agnoscimus uitã nostram nauigationem esse periculis plenam, q̃ in naui corporis peragimus. Sed tp̃s nobis tranquillũ nõ est, sed iugis tẽpestas, atq; procella. innumera. n. adsunt pericula, tẽtationes atq. Syrtes. Hoc attẽdẽtes iusti uigilant, seq; custodire curãt. Hinc Es. Sup speculam

A

B

Iob 17

C

Ionę 2

Esa. 21

A lam dñi ego sum stãs iugiter per diẽ, & sup custodiam meã ego sum stans, totis
Ap.16. noctibus. Et dñs in Apoc. Ecce uenio si cut fur beatus, q vigilat, et custodit vesti mẽta sua, ne nudus ambulet. Et attẽdẽs iustus p sensum rimulas aquã subintrare, q nauim mergere põt, eã foras sacrorũ frequẽtiam pellere curat. Peccator tñ fitis Ionę dormit, negligitque. Descẽdit ad inferiora nauis cũ Iona, in sensuali
Psa.72 .n. delectatione uitã agit, ꝙ explicat Ps. cũ ait. Transierunt in affectũ cordis, reliquerunt rectã rõnem, q locus naturalis hoĩs est, & transierũt ad affectus cordis, q locus est bestiarum. Ibi uero dormiũt, quasi tempestas nulla esset. Quod
Pro.23 mirè expressit Sapiens, cũ ait. Et eris sicut dormiẽs in medio maris, & quasi sopitus gubernator, amisso clauo, & dices
B verberauerũt me, sed nõ dolui, traxerũt me, & nõ sensi. Aqua pctõrum immẽsa in eos intrat, qua demergendi sũt in profundũ, sed nõ curãt, imo vt Iob ait. Abominabilis, & inutilis homo, q bibit iniq
Iob.15 tatem quasi aquam. Et sic ĩpius, cũ in ꝓfundum malorum uenerit, contemnit. Vt hoĩes ab hoc excitaret somno, uenit Xp̃s in mundum. Ita loquit pr̃ filio per Esaiam. Dedi te in fędus populi, vt susci
Esa.49 tares terrã, vt possideres hæreditates dissipatas, vt diceres his, q uincti sũt, exite, & his, q in tenebris, reuelamini. In uniuersa uita sua nihil aliud egit, q̃ discurrere p ciuitates, & castella, ac dicere oĩb. uigilate. Et vt opus hoc tandẽ perageret, sicut Dauid è rupe uocauit Saul, & Ab-
C ner, eosq; excitauit. Ita Xp̃s crucẽ ascen
1.Reg. 26. dit, & ibi clamore ualido hoĩes uocauit, clamauit, qdem uoce magna, clamauit sũma sua charitate, humilitate, patiẽtia, an nõ clamores hos audies. Deus tui cã in cruce est, & tu in eũ peccas. Certè qui tñ clamorem non audit, mortuus potius quam dormiens iudicandus est.

Sed nũc parabola vtitur, vt nos excitet. Et ea est. [Simile est regnum cęlorũ decem virginibus, quæ accipientes lãpades, &c. Ad fideles hæc parabola dirigit. Fideles.n. virgines in scriptura dñtur, sicuti idolatræ adulteri appellant, quia Deo relicto, q vir erat legitim⁹, ad Deos alienos diuerterũt. Nec uero de oĩb. fidelib. parabola loquit, sed de his, qui multa ui rtutũ opera præstat, ait.n. exisse obuiã sponso cum lãpadib. q opera pia signi- A
ficãt. Sed terret valde, ꝙ ex his plures dãnent. Qđ ij infernum descendat, qui de prauatis morib. sunt q nihil boni agere curãt, sed desperantes tradiderunt se ipudicitiæ, & oĩ immunditiæ, mirũ non est. At vero, ꝙ ex ijs, qui multa opera pia faciũt, plurimi damnẽt, terribile est, ac tremendum. Quid.n. sibi putat futurũ, qui oĩno peccatis se tradidit? Hoc est, quod Petrus dixit. Si iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt? Sed qua 1.Pe.4
rõne illi damnentur, qui bona plura pręstiterũt? Certè quia exteriora bona egerunt, sed oleum charitatis non habuerunt interius. Cõsidera ergo an exterio- B
ra, quæ agis à vera charitate procedant, an aliquid lateat in corde, ꝙ Dei dilectioni super oĩa cõtrarium sit, si.n. honor, aut diuitię, aut quid aliud ĩ corde lateat, ꝙ pluris facias q̃ Deum, oleo carruisti, & tanquam fatuus à regno excluderis.

Sed mira similitudine exponit Xp̃s dñs curã, qua putare aĩas nr̃as debem⁹, vt ei occurramus. Ait.n. similes nõ esse debere virginibus, quæ se ornant, ut regijs nuptijs assistant, & festina gaudia ĩ nuptijs celebrent. Si.n. nũc rex nuptias faceret filio suo, & in eas vocaret vniuersos regni sui principes, tum viros, tũ fęminas, vt festina gaudia agerent ludis militarib. viri saltibus uero fœminę, viri quidẽ præclare se ornarẽt, sed fœminę C
supra modũ, vt nunc in pulchritudine, & gloria regis oculis, & principum appareretur, iõ cultum vestium nimiũ curarẽt ornamẽtũ lapillorũ, capillorũ pulchritudinẽ, capiti pcipua ornamenta aptarẽt. Eã à vobis Xp̃s exigit curã, vt ei occurramus cum uniuersarũ uirtutum ornamento. Plorauit Arsenius visa muliere ornata, dicens. Nunquam ego sic curaui aĩam ornare, ac ista corpus. Mira ꝑfecto hoĩum væcordia est, qui plus ornant corpora, ut mundo placeant, q̃ aĩas ut Deo. Cum ergo ornatas, ac comptas mulieres uideris plora, quia non sic tu animam ornas, ut Deo spõso placeas,

A [Sed quinque, ait, erãs fatuæ, & quinque prudentes.] Sed quõ fatua dr̃ a͞ia, q̃ exit obuiã X̄po, & lãpades bonorũ operũ defert? Certè iure fatua dr̃, quę multa bona opera p̃stat, & multũ laborẽ ponit in Dei obsequio, & vniuersa hęc amittit qa oleũ charitatis secum nõ detulit. An nõ stultus dicẽdus est, q ieiunas, eleemosynas p̃stas, & similia multa bona pagis & uniuersa amittis, qa in Dei gr̃a ea nõ fuisti operatus, qa aliquid in corde lætebat, qd Deo p̄ponebas, qa iniuriã non remisisti, vel tandẽ in statu peccati ea fecisti. Audi Paulum monentẽ. Videte vosmetipsos, ne perdatis, quæ operati estis.

1. Co. 3

Memoria retinendũ verbũ illud est, videte vosmetipsos, id est, considerate interiora vestra, circũspicite vniuersum corne forte oleũ charitatis vobis desit, & vacua sint mercede opa vestra, stultus.n. est, q sic laborat, vt nulla ei merces det.

B

Sed attẽdendum est, tum fatuas, tum prudentes exisse obuiã sponso, qa oĩb. fidelib. dr̃, quod Abrahę dictũ est. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Sed quo pacto exhibimus? Certè exhibimus obuiã Deo, si intra nosmetipsos intrauerimus. Mirũ profectò est, q tunc exeat homo, cum intrat. Intrauit Angelus, & non exiuit obuiam Deo, qa plures ĩ se diuitias vidit, ĩ ob. mãsit nec processit in occursum Dei & iõ perditus misere est. Sed si homo, vere, ĩ se ingredit, videbit miseriam tantã, vt libenter à se exeat, vt Deo occurat.

Ge. 13.

C Sed quid est exire a se? Abnegare se, mortificare se. Si à te nõ exieris, Deũ non inuenies. Audi qd spõsæ acciderit, q̃renti sponsum, ait illa. In lectulo meo per noctẽ quæsiui, quẽ diligit a͞ia mea, quęsiui illum, & non inueni. Ber. ait: Si extra lectũ suum processerer, spõsa, & in cruce, q̃ est sponsi lectulus, eu quæreret inueniret certè. Planè vt Deum inueniat intellectus noster, exire debet à se, & iõ Paulus fidẽ appellat captiuitatẽ intellectus, in captiuitatem redigẽtes intellectum in obsequium X̄pi, qa sicur captiuus ducit in alienã patriã ita intellectus volens natura sua videre, à se exit, dum credit, quę non uidet. Simili lectione uoluntas exire dẽt à se, duci se pmittẽs à diuina volũtate? A voluntate tua auertere, ait. Sap. i. exire à se, nõ duci desiderijs pprijs, sed Dei beneplacito. Fatuę virgines exierũt obuiam spõso, sed solo intellectu, quo si dei credebãt, & aliquali volũtatis mortificatione, quã aliqua pia opa præstabãt. Sed nõ oĩno exierãt volũtate, qa oleum charitatis non habuerunt charitas vero est, q̃ voluntatẽ oĩno extra se ducit, ut Deo obuiã veniat, & iõ extasim dr̃ facere, qa efficit, vt sui oblitus homo in amarũ tẽdat. Prudẽtes virgines oleũ habẽtes omnino exierunt. Audi Paulum, qui exitũ, & oleum deferendum monet. Exeamus ad eũ extra castra, ĩproperiũ ipsius portantes, i. nosmetipsos mortificantes. Et inferius ait. Beneficentiæ aũt, & cõionis nolite obliuisci, talib. n. hostijs promeretur Deus, En oleũ charitatis, q à nobis dum eximus, deferẽdum est. Charitas ẽt à iustis defert, cum ex hac uita migrant, quia in cęlo fides, & spes nõ erit, at vero charitas nũquam excidit, vt Paulus ait.

Can. 3.

Berna.

1. Cor. 10.

A Ecc. 18

He. 13.

B

[Moram aũt faciente spõso dormitauerunt omnes, & dormierũt.] Dormire peccare est grauiter, ac lethaliter, dormitare est peccare venialiter, & negligẽter aliqua agere. Omnes vero virgines dormiũt, vel dormitant, qa in pc̃tã incidũt, vel mortalia, vel uenialia. Si dormire, nõ esset peccare, & somnus pc̃m̃ significaret, nõ Paulus dixisset, hora est iam nos de somno surgere, Et iterũ. Nõ dormiamus, sicut & cęteri. Et surge, qui dormis & exurge à mortuis & illuminabit te X̄ps dormitare uero, q uon est perfecte dormire peccarẽ venialiter est, peccatũ .n. veniale nõ contra Deũ est, sed pręter.

1. Cor. 13.

Ro. 13.

1. Th.

Eph. 5.

C

Sed audi prauũ hoĩs ingenium, vnde occasionẽ nãciscitur dormiẽdi qa morã facit spõsus. Sic iniquus seruus in corde suo dixit, morã facit dñs meus, & iõ cœpit percutere cõseruos, & mãducare, ac bibere cum ebriosis. Diuina bonitas, ac m͞ia nos expectat, vt priũ placeamus, & lento gradu pcedit in uindictã, & iõ morã facit. Hic peccuersi colligũt, posse se libere peccare, Audi Petrũ de his loquentẽ. Veniẽt in nouissimis dieb. ĩ deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias

Ma. 24

2. Pe. 3

A tias ambulãtes, dicentes, vbi est promissio, aut aduentus eius? Ex quo.n. patres dormierunt, oĩa sic perseuerant ab initio creaturæ. Latet.n. eos hoc volentes, qđ mundus aqua mundatus periit. Nõ tardat Dñs promissionẽ suã, sicut quidã existimãt, sed patiẽter agit pp vos, volẽs aliquos perire, sed oẽs ad pænitẽtiam reuerti. Adueniet aũt dies Dñi ut fur. Similes homines fuerunt tpe Ezechielis, ad quos ille ait. Quod est prouerbium istud nobis in terra Israel dicentium. In longũ differuntur dies, & peribit oĩs uisio. Q.d. Multi restãt dies, in quib. nihil mali accidet, & postea Deo placebit, vt nihil mali eueniat. Ita nunc impij dicere solent, multi anni uitæ nobis restãt, moram faciet dñs. Et cũ venerit, pænitebo. His vero falsis cogitatoinib. rñdet dñs p Matthæũ. Quod si dixerit malus ille seruus, morã facit dñs meus, nõ veniet, &c. Veniet dñs in die, qua nõ sperat, diuidetq; eum, & partẽ eius põnet cũ hypocritis. Præclare vero Petrus ubi supra occurrit impiorum rationi, dicentium, mutatio nulla veniet in mũdo. Satis.n. fuit diluuium, qđ oĩb. cõstat fuisse, ĩ quo mundus perijt, ut simile expectemus p ignẽ efficiẽdũ in iudicio. Et licet vniuersale iudicium proximũ nõ sit, iudiciũ tñ tuum, quod in morte fiet, proximum est cuius consideratio efficit, vt negligẽtes non simus. Et ideo Psaltes, vt linguã suã frænaret ab iniurijs, & cõuitio, cum consisteret peccator aduersum eũ, orat Dñm. Notum fac Dñe finem meum, i. ostende mihi, me iã iam mori, morti proximum esse, Ecce (ait) mensurabiles posuisti dies meos, quo loco est verbũ Hebræum Thesacot, quod significat mẽsurã quatuor digitorum. Breues certe dies hoĩs sunt, pauci, & mali, q digitis numerari possunt unius manus, & supererit digitis vnus. Et tandem cõcludit, & substãtia mea tanq̃ nihilũ ante te, idest, duratio mea, & cõsistentia nulla est. Et tandem. Petrus concludit, hãc Dei moram ex diuina procedere misericordia, nolẽs aliquos perire, sed oẽs ad pænitentiã reuerti, q diuina misericordia puersi male vtuntur. Peccauit Angelus, & statim

Eze.12 — B — Ma.24 — Psa.38 — C

dãnatus fuit, nec expectatus ad pænitentiã. Homo vero expectatus, sed tandem venit dominus, vnde subditur.

[Media aũt nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, &c.] Ecce qũo media nocte veniat tanq̃ fur. Hinc Paulus dies Dñi sicut fur ĩ nocte, ita veniet, Q I vero dies iudicij vniuersalis dies dñi dr̃ id ipsum, de morte cuiusque possumus, media nocte dñs venit, cũ minus sperat̃ eius aduẽtus, ab eo, q morit̃, & ab aliis. Hinc procedit, vt fere sp de morte hominum miremur, ac dicamus, fieri ne potuit, vt ille adeo cito moreret̃? Mors qdem noua in mũdo non est, vt admirationẽ pariat, sed quod nunc mors adueniat, illud miramur, qa tunc nõ sperabatur. Fere omnib. accidit, quod diuiti illi dicẽti. Aĩa habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autẽ illi Deus. Stulte hac nocte aĩam tuã repetent a te, q̃ aũt parasti, cuius erunt? Media nocte ingressus Aegyptũ interfecit uniuersa primogenita. Quia sicut cum auis in viridi est arbore, & forsan dulciter canens, vel cibum capiens, auceps inopinatus adest, qui missa sagitta eã interficit, ita repentinus hoĩ adueniet interitus, cum minus illud cogitabat. Sicut ergo fur illud tps expectat, quo pater familias dormit, ac securus est, ita Deus qua hora non putatis, adueniet. Hinc Sapiens. Nescit homo finẽ suum. Sed sicut pisces hamo, & aues laqueo, ita hoĩes capiuntur tpe malo. Nullus putat se cito moriturum, sed puer putat ad iuuentutẽ se puenturum, iuuenis ad virilem ętatẽ, vir ad senectũ, senex ad ætatẽ decrepitam, & cũ in ea est, nõ putat eo anno se moriturum. Vt vero securus nullus sit, mortẽ Deus immittit oĩ hoĩum ętati. Mixta senum, ac iuuenũ densantur funera. Et eadem de causa plura nobis mortis nuncia relinquit, q nos sp moneant morituros esse. Hęc vero sunt dolores, ęgritudinesque minores, quib. homo perpetuo laborat. Au. ait. An nõ frãgiliores sumus, q̃ si vitrei essemus? Certe multo fragiliores, qm̃ vitrũ seruatũ durat plures in annos homo vero ab intrinseco habet proxi-

A — 1.The. — B — Lu.12. — Exo.12 — Simile — Eccl.9 — C — Augu.

A me corruptionis principia. Vnde Hier. Quotidie morimur, quotidie immutamur, & tñ æternos nos esse credimus.

Hier.

[Fatuæ aūt sapientibus dixerunt. date nobis de oleo vestro.] Imparatas eas inuenit sponsus charitatē nō habebāt, quę lux, & vita reliquarum uirtutum cū sit, si ea non adsit, lāpades virtutum extinguuntur. Sed attēde diuersum iustorū, & peccatorū ingenium ait Chrys. Oēs volumus oleum charitatis habere, oēs desideram⁹ Dei amici esse. Sed iusti hoc charitatis, & amicitię oleū i uita vniuersa hře uolunt. At vero peccator in vita quidē amicus huius mundi esse uult, & in morte cū Deo amicitias componere vellet. Licet vero pęnitentia in morte vera esse possit, raro tñ ea inuenitur, & iō pęnitentia illa secura nō est, qa an sit vera plena, & ex toto corde, dubitat. His .n. qui in morte pęnitentiam agūt, id accidere solet, qd hoī, in quem exagitatus taurus irruit, fugit ille, oēs vociferantur, cum uero taurum prope se homo videt palium proijcit, uel ut taurum detineat, vel vt liberius currat: si uero discrimē illud euadat, & saluus fit, qa pallium nō ex corde dimisit, sed ut periculum euaderet, statim palliū repetit, & iterū eo se induit. Ita oino uideas hoīem, q multa bona aliena possidet, q inimicitias gerit in lectū incidera, grauat infirmitate impetit cū mors, en taurum eum insequentē, tunc palliū relinquit, & testō cōfecto, pcipit multa dñis restitui, amicitias componit promittit uitā se in melius mutaturum. Sed si discrimē hoc euasit, & integræ saluti restituitur, iterū pallio se induit, bonis alienis fruitur, inimicitias gerit ut prius, & q mundi sunt, sectatur. Signum pfecto illud est, uero non fuisse pænitentiā, nec palliū ex corde reliquisse. Sera hæc pęnitētia, q in morte est, dubia est, & hic sensus est huius parabole, q̃ hodie Xp̃s proponit, in qua fatuæ dñe virgines, quæ oleū tunc curāt, cū spōsus adest, quia fatuus oino est, q tunc bene uiuere uult, cum iā viuēdū nō est, qui in morte pænitentiā differt. His uerò vt in plurimū accidit, q virginib. fatuis, ut audiāt nescio uos. Ex quo nobis illud colligere oportet, quod Sapiens monet. Memento creatoris tui in dieb. iuuentutis tuæ, antequam veniat tps afflictionis tuę, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent.

Chry.

B Simile

C

A Ecc. 11

[Ideo vigilate, quia nescitis diē, neq; horam.] Nullum aliud uerbū ita in Euāgelio repetitū est, ac hoc, uigilate. Quo nobis significat Dñs, ita nostra gerere, ut sp parati simus ad mortē, nihilq; nobis restet aliud agendū, cum audierimus ueni, q̃ ire, cum nobis dictū fuerit, ecce spōsus uenit, nisi pcedere, nec tūc oleū q remedium est, nec aliud agēdum. Si ergo nosse uis, qñ ut Christianū decet, uiuas, qñ uirgo sis prudens, qñ uigilare diceris, tūc certe, cū tua oīa ita disposueris ut si tibi diceretur, nunc tibi migrandū ex hac uita est, dicas migrem⁹ hinc. Nūc ergo attende te ipsum, & circūspice, an ita tua oīa disposueris, ut si nūc audires Moriendum tibi est nūc, nihil tibi aliud restaret agendum, q̃ mori, & tunc prudens uirgo es, sin minus, fatua. Attende, qd Moysi dicat Dñs. Ascende in montē istum Abarin, in montem, Nebo, & uide terrā Chanaam, q̃ ego tradam filijs Israel obtinendam, & morere in mōte. Mortuusq; est ibi iubēte Dño, ut postea dr Mirabilis plane uir Moyses, q obediuit Deo usq; ad mortē. Et mirabilis eius uigilia sunt, qui ut moreret, inducias nō petiit, nihil agendum illi supererat, & iō statim mortuus est. Hoc consilium semper uigilādi nobis Xp̃s tradidit pluribus parabolis. Et Lucę 12. capite, & Matth. 24. & Marci 13. quod uobis dico, oībus dico uigilate. Maximi momenti res ista est, quę toties nobis à Xp̃o proponitur. Si enim uigilaueris, dies ille non sibi ueniet, ut fur non uigilantibus. n. ut fur aduenit, uigilās enim illum expectat. Hinc in Apoc. Christus ait. Si non uigilaueris ueniam ad te tanquam fur, Et Pau. Vos autem fratres non estis in tenebris, ut uos dies ille tanquam fur cōprehendat. Dormiētibus mors, ut fur adest qui omnibus eos bonis expoliat. Vigilantibus uero secus, quia illam expectant, & non solum bona non auferet, sed ęterna bona tribuit, &c.

B

De. 32

De. 34

C

Apo. 3.
1. Th. 5

In

A **In die S. Andreæ Apostoli,**

*Thema. Venite post me faciam uos fieri piscatores hominum, &c. Matth. 4.*

VOlens Christus dñs illud inchoa re ædificium, ad quod perficiendũ in mundum uenerat, de quo loquitur ad eum pater Es. 51. Posuit verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cœlos, & fundes terra, & dicas ad Sion, populus meus es tu. Primos ad hoc lapides Apostolos elegit, qui fundamenta huius ædificij futuri erant, quos ex aquis colligit, vt hodie patet, Iosue 4. Cum siccasset dñs Iordanẽ, vt esset trãsitus in terrã promissã,
B ait Dñs ad Iosue. Præcipe, vt tollant de medio Iordanis alueo duodecim durissimos lapides, quos ponens i loco castrorum. Et qñ interrogauerunt uos filij uestri, dicẽtes, quid sibi uolunt lapides isti? rñdebitis eis, defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Dñi, idcirco positi sunt lapides isti in monimentum filiorũ Israel in æternum. Fluuius impediens transitum in cælum peccata erant, quæ per Christum ablata sunt, & iustis eum sequentibus facta est noua via in cœlũ.
Ro. 8. Quia nihil nunc damnationis est ijs,
Hab. 3 qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. De quo mirabili ait Habac. iam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. In huius miraculũ testimoniũ colligant duodecim lapides de medio aquarum, duo-
C decim Apostoli, qui rei huius, & testes, & munimentum sunt, quia eorum labore hoc factum est opus. Vnde interroganti. quid sibi uolunt Apostoli? Dicemus, hi sunt testes redẽptionis Christi, viæque nouæ in cælum apertæ, testes denique totius Euangelij. Cum vnus Iu-
Act. 1. das defecisset, ait Petrus, alium eligendum testem Christi, hi ergo sunt fundamenta fidei nostræ, & Ecclesiæ cœlestis.

Sed mirum uidetur, ad tantum ædificium, uiles e igi lapides. Adeo amplum, & magnificum ædificium hoc futurum fuit, ut de eo dictum sit. Ne memineris priorum, & antiqua ne intueamini, ecce ego creo noua, & non erum in memoria priora. Et iterum, ponam te in superbiam populorum, gaudium in generatione, & generatione. Nihilominus tamen abiectos lapides adhuc elegit, [& ideo ambulans iuxta mare Galileæ, &cæt.] Si potentes quæreret, ambularet iuxta Romam, si sapientes iuxta Græciam, sed quia stulta eligit, & ea, quæ nõ sunt ambulat iuxta mare Galileæ. Sicut vt vincantur Madianitæ eliguntur trecenti infirmiores, qui tãto inimicorum metu correpti erant, ut nõ auderet se in terrã prosternere, vt biberent, sed manu aquam lambebant, ut ait Iosephus li. 10. Antiquit. Sicut ergo ex Aegypti aquis principem Synagogæ Moyses eduxit, ita ex Galileæ aquis principes Ecclesiæ. Hoc uero factum asserit Paulus, vt non glorietur omnis caro. Cum enim vili instrumento opus grande perficitur, non instrumento, sed principali agẽti gloria tribuitur. Sic orat Iudith. Erit enim hoc memoriale nominis tui, dum manus fœminæ deiecerit eum 2. Reg. 12. cum iam capiẽda esset vrbs, ait Ioab., vocate Dauid regem, ne nomini meo adscribatur victoria. Iustum æquumque erat, ne alicui hominum adscriberetur tanta Euãgelij victoria, ideo piscatores huius belli duces elegit. Gloriosissimi profecto hi principes, ex quorũ mirabilibus effectis Deo maxima gloria resultauit: Et infelicissimi fideles, illi quorum talia sunt opera, vt de eis dicatur, propter uos nomen Dei blasphematur inter gentes, Paulus. Acto. 17 citat ex Prophetis, peccatores vocari contemptores. Es. 1. ipsi uero spreuerunt me, uidete contemptores, & admiramini. Et quare Dñe non respicis cõtemptores? Mirabili profecto Dei infinitam maiestatem, ab Angelis adoratã, ab hoĩe contemptui haberi, Sed tandẽ, qui me contẽnunt, erũt ignobiles, & qui glorificauerit me, glorificabo eum. Sic glorificati sunt Apostoli, licet peripsema essent huiusmodi, quid illi Deũ glorificauerunt. Nobisq; illud contingit, quod intran-

Esa. 43
Esa. 60
Iud. 7.
Ioseph
Exo. 3
B
2. Cor. 10.
Iud. 9.
C
Ro. 2.
Haba.

A intrāt in sculptoris domū, q duos videt truncos viles, sed post tps illuc regrediēs, inuenit ex truncis vilibus factas imagines Petri, & Andreæ, easq; adorat, sic abiecti hi piscatores, & contēptui habiti, nūc à mūdo adorantur, glorificāturque, & merito, qa per eos glorificatus est Deus.

[Venite post me.] Primus prędestinationis effectus vocatio est, quos prædestinauit hos, & vocauit, ut nossēt illud: non vos me elegistis, sed ego elegi vos.
Ioā. 16 Vñ cū vides hoiem ī melius mutatū, dicit, vocauit eū Deus, qa nemo uenit ad
Ioan. 6 me, nisi pater meus traxerit eum. Quod hoc perspicies exēplo. Sagitta apta nata
Simile est in duo tendere loca, in centrū, & in scopum, sed hac diuersitate, qd ad cen-
B trū per seipsam tendere pōt, nullo dirigēte, sed ut in scopū tēdat, opus est sagittante, q eā dirigat. Sic hō ut descendat, atq; deficiat p se illud efficiet, ac poterit, sed ut in finē supernaturalem tendat, q est scopus nr, indiget dirigente, & destinante, directio illa destinatio est, ars dirigētis pdestinatio dr, Deus ergo pdestinatione sua nos destinat, dirigitq; in finē supernaturalē. Hoc uero efficit primū uocatione sua, q̄ ēt uocationē multis exhibet, ēt non pdestinatis, ut notat
Matt. 22. Aug. li. 83. quæst. q. 68. Vbi notat ad regis conuiuium nullū uenisse non voca-
Ge. 19 tum, sed non oēs uocati venerūt. Vocāt Angeli ēt generos Loth, sed exire noluerūt. Loth vero exijt efficaci uocatione,
C ita prędestinatos efficaciter uocat, facitque oīa relinquere, sic hos modo uocat, & postea Paulum, q ait ad Gal. 1. Cum autem placuit ei, q me segregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam suā, vt reuelaret filium suum in me, continuo non acquieui carni, & sanguini.

Sed duplex est uocādi modus. Primº, quo Xp̄s vocat ad se, secundus quo uocat venire post se, primo innuit se finē, secundo medium, & uiam, idem. n. nobis uita est, qd est finis, & uia, qd est medium, de utroque dicamus. Ostendit se
Matt. 11. finem, cum ait: Venite ad me oēs, qui laboratis, & onerati estis. Ad me ait, tanquam ad finem, & terminum motus uestri. Sed qui uenturi sunt? Qui laborāt. Sed qūo laborat, qui in delicijs est? uel qūo reficiet cruce Christi, & doloribus eius? Vere laborat peccator, & graui onere pressus est, & oīs mundana consolatio non quietem præstat, uniuersa onus est, sed ab uno humero in alium onus transfertur, & hoc consolationem dicis, & leuamen. Lassaris ludo, deambulas, lassaris deambulatione, ludis, lassaris ludo, cum amico colloquetis, lassaris colloquio, quiescis in lecto, oīa onus & pondus sunt, sed ab uno humero in alium trahis illud, nihil est, quod nō molestia afficiat, quod non grauet, ideo cito relinquitur. Et si modo dicis, hoc onus non sentio, dormis modo, euigilabis in alia uita, sentiesque, & dices: Lassati sumus in uia iniquitatis, recte ergo laborantes uocat. Sap. 5. B.

Sed qūo hic laborās reficietur à Christo, cum eius debeat accipere crucem? Rñdetur, labor bonorū nobilis, & honorificus est, labor uero malorū uilis, & infamis, ideo primus honor appellatur, secundus labor. Præficitur dux bello, & laborat quidem, sed honore eum à rege affectum dicis. Laborat in triremi dānatus ob culpā, hic uere labor dicitur, quia Pro. 12 & 14.
infamis. Sic infames gressus eorum, dicitur de peccatorum labore. At de iu- Sap. 20
stis, honestauit illum in laboribus, & 1. Pet. 4
compleuit labores illius. Quia ut dicit Petrus, quod est honoris, & gloriæ, & uirtutis Dei, super nos requiescet. C

Sed modo aliter uocat, [uenite post me,] innuēs, se medium, & uiam. Sicut. n. in difficilem uiam ductorem quæris, Thob. 5.
& Thob. filio ait, inquire tibi aliquem fidelem uirū, q eat tecum. Multo potiori, iure in uiā celi ductore opus nobis est, De illa. n. Christus asserit, pauci inue- Mat. 1.
niūt eā. Maxima fuit in nos misericordia, talem hre ductorem, Xp̄m, s. Quod pōderat Esa. 30. Et erūt oculi tui uidentes pręceptorem tuum, & aures tuæ audient uerbum post tergū monentis, hæc est uia, ambulate in ea. Olim de sanctis, dicebatur, ambulauit corā Deo, non solum quia eorū talis erat uita, qualis esse decebat in Dei conspectu, sed etiā quia Deū ductorem, exemplaq; dantem non habe-

A habebant, ideo ante Deũ ambulabãt, qa eum præcedebant hoĩem factũ. Nos vero ambulamus post Deũ, quia Deus gra dicante nos, ꝙ maxime nos deuincit, vt eum sequamur. Sumus vero similes posteriori ex his, q botrũ terræ ꝓmissæ portabat, qui botrum intuebatur præcedentem. Sed nota verbum illud, ] post me, ] quasi famuli herum sequentes.

Sic Iacob ad Esau Gen. 33. Præcedat dñs meus añ seruũ suũ, & sequar paulatim vestigia eius. Sic ꝑcedit arca Israelitas in iordanẽ, illi sequunt̃. Quo signat̃, ꝙ sicut dñs ꝑcedens ministrũ ducit, quo
Iosu. 3. vult sic nos Deꝰ ꝑcedit, vt ducamur, quo
B ille voluerit, nõ nos ꝑcedamus, vt uelimus eũ ad nostrã ducere voluntatẽ. Nõ
Ma. 16 ꝙ ego uolo, sed ꝙ tu. Sic Petro dr̃. Vadẽ
Ma. 26 post me Sathana, id est, nõ ego te seq de beo, sed tu me. Et sicut sequẽs sp intuet̃ præcedẽtẽ, sic hõ Deũ. Prouidebã dñm in cõspectu meo sp, ait Ps. Sed quõ Xp̃m sequatur Andreas, mirũ est, quia sequitur
Ps. 15. eũ usq; ad uitę finẽ, vsq; ad crucẽ. Multi quidẽ nõ solũ vsq; ad crucẽ Chr̃m nõ sequuntur, imo crucis inimici sunt. De quibus Paulus, multi ambulant, quos sæpe dicebã vobis, nunc ãt, & flens dico ini-
Phi. 3. micos crucis Chr̃i, quorũ finis interitus, quorũ Deus vẽter est. Hi sunt quorum oĩs cura est, ut sibi placeant, nihilq; crucis experiatur. An nõ hi stultissimi? Stultus in biuio positus uidet hanc uiam planam, delectabilem, illã asperã, atque du-
C ram, & arripit delectabilẽ, nec interrogãt, an illa recta tẽdat in patriã sapiẽtes uero, si nouit p asperã in patriam tendere eam sequitur, ita peccatoꝝ uiam dulcẽ tenet, iustus asperam, licet pedes eius in ea pungantur, nam Christi etiam caput punctum fuit spinis.
Ma. 26 Alij Chr̃m sequuntur, sed a longe, ut Petrus, q̃ sequabantur Iesum a lõge, cũ imperfectus erat, & hit andẽ eo deuenere, quo Petrus deuenit. Chr̃m negãs. Nũ in domo tua sustineres ministrũ, qui nollet te a ꝓpinquo comitari, sed a lõge, ne seruus tuus esse uideretur? & ne tecum esset in discrimini si forte accidere? Recte Chr̃s ait. Qui erubuerit me corã hoĩ
Luc. 9. bus, erubescam & ego eum coram pa-

tre meo. Alij vero sequunt̃ Chr̃m, & a- A
deo ꝓximi illi sunt, ut usq; ad crucẽ cũ eo ꝑueniãt, horũ Andreas unus est, qui nõ solũ, usq; ad crucẽ ꝑuenit, sed cũ ea lętatꝰ sic est, ut ei amatoria multa dixerit. Pauci admodũ fuere sãctorũ, qui amatoria huius mundi dixerint tormẽtorũ suo rũ instrũs. Vñ miratus hoc Ber. interrogat. Hõ ne hic est, an Angelus? Rñdet, Hõ quidẽ, sed melior Angelis. Sicut. n. Berna.
circulus aureus pretiosior est argẽnteo, sed talẽ poteris argenteo addere lapillũ, vt multo pretiosior sit circulo aureo, sic natura Angelica humanã; excedit perte Simile
ctione, sed tãta gr̃a esse põt in humana, vt excedat angelicã. Sed aliud est hic miraculum ꝑpendendum, ꝙ scit Ber. tra- Berna.
dit. Timet, tremiq; Xp̃s appropinquante passione, & discipulus lętatur, & gau- B
det, num discipulus s. magistrũ? Rñdet Bern. Christi infirmitas nostra fortitudo est, & sicut Adæ tollit os, ut Euę det, Gen. 2.
& replet carne pro osse, ita inde robora tur Ecclesia, unde infirmatus est Chr̃s. Illa ergo Chr̃i infirmitas nostra est, hæc fortitudo Andreæ Christi est, os eius est Andreæ datum. Felices prorsus animę, q̃ glorianutr in cruce, quib. contingit, ꝙ Delboræ Iud. 4. Erat Delbora Prophetissa, quę indicabat populum in illo tempore, & sedebat sub palma, quę nomine illius uocabatur. Fœlix anima, quæ in arduis ponens nidum suum in cruce, scilicet ibi habitat, & inde vniuersa iudicat, ibi princeps indicatus est mundi, ibi omnia, quę mundi sunt condemnatur.

In Andrea impletum uidemus ad literã illud Oseæ. 2. & dabo uinitores ex C
eodẽ loco, & uallem Achor, ad aperiendam spẽ, & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ. Promittit Deus Ecclesię uinitores ex eodem loco. i. Apostolos ex eadẽ Ecclesia desumptos, & insuper uallẽ Achor. De quo ualle Ios. 5. dr̃ in eo lapidatum Achã, dr̃ uero uallis Achor. i. turbationis, quia furto suo conturbauit Israel Vallẽ ergo turbationis, & tribulationis promittit Deus suis in pręmium. Sicut, Ma. 10
& in Euãgelio dr̃ cẽtuplum accipiet, cũ persecutionib. reseruntur. Et ad hoc aperiendã spẽ. Maria. n. spes in sanctis origi-
cum

A cum pro Deo passi fuerint. Et cauet ibi iuxta, dies iuuentutis suæ. i. in medio tribulationũ gaudebit, & canet, vt canere solebat in consolationib. quas initio accepit. An non canit in ualle Achor Andreas salutans crucem? & cũ ea gaudẽs?

Et sic ẽt in eo impletũ est illud Esa. 65 Et erũt cã pestria in caulas gregũ, & vallis Achor in cubile armentorũ populo meo, qui requisierunt me Gregib. & armentis suis ꝓmittit Deus munera, sed diuersa diuersis. Greges minora aĩalia sunt, ut oues, arietes, capreæ. Armenta maiora sunt ut boues, bufali cameli. Minorib. ergo aĩalib. Dei ꝓmittit cãpestria pascua vberrima, uitam, s. tranquil lã, cõsolationẽ abundantẽ. Ar armentis, maiorib. animantib. promittit vallẽ Achor tribulationem. s. & crucẽ. Ecce cubile Andreæ, q fuit armentũ maius, crux est, vallis Achor est, q in cruce requiem inuenit, armẽtũ maius est, de quo dicetur.
B

Apo. 7. Hi sunt, qui venerũ de magna tribulatione. Maximum ergo qđ spectamũs in Andrea, & in quo imitari eũ debemus, est, in tribulatione canere. Es in cruce paupertatis, infirmitatis, doloris, ĩfamię

Rom. 5 Cane ibi, gloriare ea in cruce cũ Paulo non solũ aũt, sed & gloriamur in tribulationib. Vñ Iacob. Oẽ gaudiũ existimate fratres, cũ in uarias tentationes incideritis. Quia sapienti maximũ domum crux, & tribulatio est. Vnde Paulus. Vo
Iaco. 1.

Simile bis donatũ est, non solũ ut in eum credatis, sed ẽt ut pro illo patiamini. Hoc vero armentis suis Deus, cõcedit. Sic. n. piscis Sabalus oua sua, & filios paruulos in fluuiorũ aquis dulcib. reponit, cũ uero cre-

C uerint, inudans hyberno tpe aqua eos rapit, & in mare mergit, ubi pisces grandes fiunt. Sic cum iustus paruulus est, aquis dulcib. a Deo enutritur, cũ uero cre-

Heb. 1 uerit, in mare mergit' tribulationum in uallẽ ducitur Achor. Sic moyses grãtis factus, negauit se filium filiæ Pharaonis magis eligens affligi cum populo Dei, q̃ temporalis peccati habere iucũditatem, maiores diuitias æstimã improperium Christi thesauro Aegyptiorum.

Sed audi quid ad hos magnos Christus dicat, [ faciam uos fieri piscatores hoĩum.] Primus hoĩum piscator Deᵘˢ ẽ. & hamus eius bonitas infinita est, q̃ ua hoĩes capit, Duo hrẽ dẽt hamus, at piscibus capiendis aptus sit, primũ ut fortis sit, ut teneat piscẽ, quẽ semel cæperit, 2m vt hẽat suauitatẽ escę, qua capiat pisces.

A

Prædatus ergo hamus Dei bonitas est, fortitudo. n. illius maxima est, ut quẽ semel cæperit, fortiter teneat. Vñ Xp̃s Io. 10. Nemo rapiet eas de manu mea. Qua diuinę bonitati fortitudine fisus Paulus dicebat. Quis nos separabit a charitate Chri? tribulatio, & Suauitas vero escæ, quæ in hoc hamo est, suma est. De qua Psal. Quã magna multitudo dulcedinis uiæ dñe? Et suauis dñs vniuersis. Tanta vero hæc cũ fortitudo, cũ dulcedo est, vt q plene hamũ traiecerit, qui oĩno gustauerit, vt beatus impossibile sit nõ trahi necessario diligit Deum. Sed quia oportet hamum traici, vt piscis piscari possit iõ Deus infinitã suam bonitatẽ studuit ostendere, qua recte agnita hoĩes raperet, & ideo uniuersum condidit, quo diuina bonitas maxime manifestatur, ut oĩum ad se corda traheret. Sap. 16. a magnitudine speciei creaturæ põterit creator horũ cognoscibiliter uideri. In oĩ. n. creatura apparet aquæ gutta, pfectionis scintilla, q emanat a Deo intra creaturã existente, Greg. sicut in montis cauerna immensa aqua est, quę per rimulas mõtis guttatim emergit, qui siti maxima fatigetur aquę guttas profluentes colligit, ser si rupto monte aquam immẽsam in ius clausam biberet, tunc plane sitim sedaret. Sic intra creaturas Deus cõsistẽs, infinitũ bonũ cum sit, guttam bonitatis p quãlibet creaturam emittit, quam homo gustat, sed si uideretur intus latẽs bonitas infinitas plene satiaret, sed gutis illis se ut põt nunc manifestat, guttas nũc bibimus, ideo non plane satiamur, erit cum torrente uoluptatis nos faciet.
Ro. 8.
B
Ecc. 38
Luc. 12
C
Dan. 5.

Sed audi malorum ingenium, q esca erat, ut in Deũ traherentur, est illi finis, & eo impediuntur, ne in Deũ tẽdant. Eueluti pisces callidi, qui escã hami corrodũt exterius nec oĩnõ escã, & hamũ traijciunt, ita peccatorin his sistit creaturis, quæ ei diuinã oñdunt bonitatem, quã tũ
gregor.

ille

A ille non curat. De quib. Sap. 14. Creaturę Dei in odiũ factę sunt, & in tentatione aĩæ hoĩum, & in muſcipulam pedib. inſipientium. Sed q̃ merito dictũ ſit, pedib. inſipientium, facile agnoſces hoc ſubiecto exemplo. Mittit ſponſus ſponſæ effigiem, & imaginẽ ſuã, ut eum diligat, ei efficiat, eũ deſideret, ſi illa accepta imagine pulcherrima, adeo ei efficeretur, ut oblito ſponſo, imagini deſponſaret, eam ſolum diligere, ſponſum nõ curaret, an nõ inſipiens, fatuaq; virgo hæc eſſet, & merito inter fatuas virgines cõputanda? Vide ſi Dei hęc de te q̃rela ſit illa Ezec. 16. Vbi exprobrãs peccata Iſraelis ait. Feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis. Quid.n. creatura oĩs amabilis, pulchraq; eſt niſi imago Dei, q̃ ad B te miſit, ſit ex ea colligeres ſponſi tui pulchritudinem, ac decorem, & ſic eũ deſideres, eumq; diligeres? tu uero imagini adheſiſti, ei nupſiſti, eam dilexiſti, oblito vero Deo, qui ſponſus tuus eſt. Populus
Hier. 2 uero meus oblitus eſt mei diebus innumeris, ait ipſe per Hieremiam.

Videns ergo Deus, hũc piſcãdi modũ non ex uoto ſuccedere, ſed creaturas, & earũ cognitionẽ impedimẽto potiꝰ eſſe hoĩb. ne in eũ tẽderent, aliud piſcandi genus adinuenit. De quo Paulus 1. Cor. 1.
D.Th. loquit, ut ibi explicat D. Th. Nã quia in Dei ſapientiã nõ cognouit mundus per ſapientiã Deũ placuit Deo, per ſtultitiã pdicationis ſaluos facere credentes, i. cũ C Deus ſuã ſapientiã oſtendiſſet in creaturis, in quas ſapientiã effudit ſuã nec tñ earũ cognitione in Deũ deuenerunt, placuit Deo aliã aperire viã, qua hoĩes intelligerẽt Deum. Hñt.n. ſe creaturæ ad Dei ſapientiã manifeſtãdã ut uerba hoĩs ad ſapientiã, q̃ manifeſtat in corde latentẽ. Sicut ergo magiſter, qui uerbis curanit docere diſcipulos, cũ uidet ſuã ſapientiã, illis uerbis non intelligi, nec percipi a diſcipulis eorũ tarditate, alia uerba excogitat, qb. eis mentẽ aperiat ſuã ita, uidens Deus manifeſtaſſe ſe ſapientiam hoĩb. per creaturas, nec ab hoĩb. fuiſſe intellectam, placuit ei aliter manifeſtare, p ſtultitiam, ſ. prædicationis, i. p fidei pdicationẽ, q̃ ſtulta vr̃ humanę ſapiẽtię, ad q̃ ſtultos eligit pdicatores, q. ſ. humana ſapientia non pollent, quos hodie in piſcatores A elegit hoĩm. Vñ pmiſerat Paulus. Vbi ſapiens? vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſæculi? q. d. nõ inuenietis tales inter Xpi Apl̃os, ſed Petrum, & Andream, Iacobum, & Ioannẽ. His ergo dicit, [faciam vos fieri piſcatoris hoĩum.] Fides hic Apoſtolorum cõmẽdat grande munus eſt hoĩes piſcari, cum ad illud deſcenderit e cælo dñs. Vñ ergo tibi o Andrea vires ad hoc ſuppetunt? Certe ſicut credidit Abrahã Deo, & in ſpe cõtra ſpẽ credidit, nec conſiderauit corpus ſuũ emortuum, & ſic reputatũ eſt ei ad iuſtitiam. Credidit Moyſes Deo & fide aggreſſus eſt grande opus, quale fuit. Iſrael ab Aegypto liberare, & obtinuit tandem. Sic uocant Apl̃, vt piſcatores ſint Regum. B Imperatorum, Sapientum. Vbi retia in hanc capturã? Crediderunt Deo, & obtinuerũt, & ſicut crediderũt, factũ eſt illis.

Si hoĩes piſcandos dicit Xps, ſine dubio hoĩes piſces ſũt, & in aquis ſunt mũdi huius, & piſcatores Apl̃i ſunt, hæc ergo oĩa perpẽdamus. Et primo locus horum piſciũ mare rectẽ dr̃. Quid.n. ſæculum hoc niſi mare eſt? In hoc piſces grãdes parui, & mediocres, ſed oẽs in aqua amara maris natãt, ac alunt. Putas ſolũ paruos in aquis ſalſis eſſe? pcedãt in medium Imperatores. Regesq; terrarũ, coronis, & ſceptris ornati, pcedant aulici eorũ pcedant Principes, & oẽs dicent, eſſe ſe in aquis amaris, ſalſiſq; maris, q̃ amariores ſunt aquis Marat, & fontib. Ierico, ſed q̃a hic hi nõ ſunt ut hæc teſtentur C veritatẽ, p eis eã teſtabit Spiritꝰ ſanctus 1. Re. 4 Iob 16. Ecce Gigantes gemunt ſub aqs & q̃ habitant cũ eis, Vbi Greg. p Gigantes potentes ſeculi, & ſuperbos intelligit Greg. nã quãto qs hic altius erigit, tanto curis grauiorib. onerat. Licet.n. olla eis videat dulciſſima parata, nũq̃ deeſt, q eis amaras colocynthidas in eã mittat, ut clamẽt, & dicant, mors in olla. Vt Amã fortunatiſſimo cõtigit, cui Mardochæus colocynthidas dedit, dũ eu nõ adorabat. Hinc dicunt, potius ſe mori, q̃ uiuere. Hoc potẽ- Iudas. tes, cum in peccatis uerſant, uocat Iudas in ſua difficili Canonica, fluctus feri ma-

A ris despumantes suas confusiones. Videbis fluctū maris tanq̄ montē altū venire, quasi terrā absorbere velit, sed cū litus, arenanq; cōtingit deficit, nihil relinquēs præter gracilē spumā, & paleas, immunditiãq; o hō superbe, & insana, qua si mare elatū, ꝙ quiescere, non ualet, oēs q̄ celsitudines in spumā, & confusionem deficiunt. Videbis potentē quasi fluctū maris, sine ut in orā ueniat maris, in sepulchrū, & tunc illa die peribunt oēs cogitationes eorū, & eorum memoria non erit amplius, ut ipsi tādē dicent, & prius dixit Sap. 5. Oia transissent uelut nauis cuius nec uestigium manet. Transit nauicula, nec curas, qa parua est, uenit nauis immensa grandi strepitu, tanta aquę diuisione, sed cū pertransierit, nec eius B vestigium erit: Transeunt per mare mūdi huius pauperes nauiculis suis transeunt reges nauib. magnis, qualis erat illa Tyri, & cū trāseūt magnus fit sonitus, sed cum transierint, perit memoria eorū cū sonitu. Vidi impiū superexaltū sicut cedros Libani, transiui, & ecce nō erat.

Simile

Hie. 27

Psa. 9.

Ps. 36.

Mūdus ergo mare est, sed vide turbatū mare. Ingredit mare Ionas insurgit tēpestas, soliciti sunt oēs, qui in naui sūt, sed Ionas pp quē tempestas orta est, dormit, & gubernator, ait uela deprimite, aquā extrahite, uento resistite. Sed o gubernator, noli putare, hāc tempestatem casu factā, ppter pctōrē Ionam orta est. Inuenit eū nauclerus, & ait, qd' tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deū tuū, si forte recogitet de nobis. An nō uides Ecclesiæ tēpestatē? qd putas in ea esse? Certe pctā, si peccas crede, qa ppter peccata tua in tēpestate Ecclesia est, qūo ergo sopore deprimeris? Qd' si solum tu dormires, tolerandū forte esset, sed cū Deus se nobiscum gerit ad eū modū, quos nos gerimus cū illo, qn̄ nos dormimus, dormit ipse. Sic dormit Xp̄s in nauicula, & procella insurgit. Quid est Deum, tot Ecclesiæ dissimulaf pericula? dormit Xp̄s. Qua rōne ille dormit? Quia tu dormis. Iō expergiscimini ebrij. Excitat tu Christum dormientē, dicque illi, exurge, quare obdormis domine, exurge, & ne repellas in finem, salua nos, perimus.

Ionę 2

C

Ioel. 1.

Ps. 43.

Luc. 4.

Vidimus mare, uideamus pisces in eo cōmorantes, q piscandi sunt de qb. Habac. Et facies hoīes quasi pisces maris, Aug. in illud Psa. oīa subiecit sub pedib. eius, &c. & pisces maris, q perambulant semitas maris, dicit per hęc aīalia intelligi oē genus peccatorū, quos Xp̄o piscandos pr̄ dedit. Merito uero peccator piscis df. Primo si piscis in aqua fortis est, & uelox, industria pollet, ac uirib. sed si in terram trahat, nihil pōt, tantisper mouetur, & cito morit. Sic peccator ad ea, q mūdi sunt, diligēs, acutus, fortis, solicit' sed si ad negotia aīæ eū diuertas, statim torpet, Sapientes sunt, ut faciāt malū, bn̄ facere aūt nescierū. Sūt qdā pisces q singulari rōne improborū figurā gerūt, Leuit. 11. Pisces, q sine alulis, & squammis sunt, immundi Deo reputant, ut angula. Qd exponēs Greg. 5. Mor. c. 6. ait Pisces, q hn̄t pennulas, saltus dare superaquas solent, soli ergo sunt electi, qui in eo, ꝙ imis deseruiunt, aliqn̄ ad superna conscendere mentis saltib. sciūt ne semp in pfundis curarū lateant, & nulla eos amoris summi quasi liberis auris aura cōtingat. Qd bene in duob. illis fratrib. designatur Gen. 25. Factus est Esau vir gnarus uenādi, & hō agricola, Iacob autē vir simplex habitabat in tabernaculis in uenatione Esau eorū uita significat, qui exteriorib. uolupratib. fusi, carnē sequunt. Qui & agricola df, qa amatores huius sæculi tāto magis exteriora colūt, quāto interiore sua inculta derelinquūt, Iacob vero simplex domi manet, qa in exteriorib. curis spargi refugiēs, simplex in cogitatione itera cōsciam suā habitat. Squāmas et hi nō hn̄t pisces, qa quo ictibus resistat, peccator nō hēt, oīq; tētioni obnoxius est, uidimus mare, & pisces, uidemus piscatores Apl̄os, qui Dei adiutores sunt, Dion. Oīum diuino rū diuinissimū est, Deo cooperari in aīarū salute. Sed piscatores sumit, non uenatores, hi. n. postea successere. Hinc Hie. 6. Ecce mittam piscatores multos, dicit dn̄s, & piscabunt eos, & post hæc mittā eis multos venatores. Piscator paup assūpto rete sine strepitu domū exijt, & multis piscib. collectis, domū redit. At uero uenator

A Hab. 2

Au gu. Psa. 6.

Hie. 4.

B

C

Dion.

A uenator diu ras antequam exeat, vt tenet nocte strepitu plena domus est summo mane similiter, multis comitibus procedit, & post multos labores, ac sudores tã dem autem vnam venatur. Sic antiqui prædicatores, piscatores erant, sine strepitu non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in virtute spiritus, maximum cũ fructum referebant. Sed iam venatores sumus, nocte præcedente pulsatur campana pulsatur in concionẽ, similiter summo mane campana pulsat, & post multos clamores, post multa verba composita fere nihil fructus colligit. Et huius ratio est, quia plurimi sunt, de quib. Paul. ait, adulterantes verbũ Dei. Sed quisnam adulter est, & quis maritus verbi Dei? Certè maritus filios intẽdit, adulter delectationẽ solum. Ita veri prædicatores curant Dei filios in spiritu procreare. Sicut Pau. Filioli, quos iterũ parturio, donec formetur in vobis Xp̃s. Falsi vero prædicatores adulteri sunt, q hos filios non intendunt, sed suum nomen, delectationẽque, Esa. Ego Deus tuus docens te vtilia. Vbi Hiero. non subtilia. Iõ prędicante Paulo Athenis, multi ex his, qui fuerant curiosa sectati combusserũt libros multos magni pretij. Multa vero in auditoribus culpa est, qui curiosa audire desiderant. Nescis confiteri peccata tua, de eis dolere, & vanas desideras theologias? Hęc fuit inscitia Adę, cui datę sunt arbores duæ, altera scientiæ, altera uitæ, edit de ligno scientiæ, reliquit lignum vitæ, & perditus est.

1. Co. 2 & 4.
B
Gala. 4
Esa. 48
Hiero.
Act. 19

[Illi continuo relictis omnibus.] Maximũ est homini remedium, si continuò accurrat vulneri, & sanguinẽ teneat, & vulnus curat, ne putrefiat. Quando te Deus vocat, continuo dic cum Samuele, Loquere Dñe audit seruus tuus. Ideo tanta cura pręcipit offerri sibi agnũ anniculum, anteq̃ tonderentur, & uitulum antequam iugum portaret, quia antequã mundus tondeat te, antequam super te mittat graue suum iugum Deo offerendus es, Amb. ait, multis cõtingere, quod Dionysio Syracusano, qui uidens idolũ veste aurea contectum, eã rapuit, dicens nullo modo tale pallium conuenire idolo, in vere enim multi erat ponderis, hyberno tempore non calefaciebat. Sic multi dicunt, virtutem nec iuueni conuenire, nec seni, ideo nunquam Deum sequuntur, iuuentuti non conuenire dicũt, tunc. n. homini gaudendum, mundoque fruendum, senio vero confecto, iam non licere per ætatem virtutum officijs se tradere, & ideo licet à Deo vocentur, non eum sequuntur. Sed certum est, uirtutis officia omni tempore conuenientissima esse. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.

C
1. Re. 2
Leu. 1.
Nu. 19
Ambr.
A
Thre. 3

Sed ais, se ar Christum, sed postea Aug. 8. confes. Omnis peccator ait, aliqñ Deum sequar, sed non modo Exo. 8. ait Moyses, cõstitue mihi tp̃s, qñ deprecer pro te, & pro seruis tuis, vt abigatur ranæ à te, & ab omni Aegypto. Qui rñdit, Cras. O peruerse atque scelestè, ait Ambrosius, cur non hodie dixisti, sed in crastinum differs? Nonne melius esset continuo à te recedere malũ? Figura est Pharao peccatoris conuersionẽ differentis. Ideo hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. An nõ irreuerentia summa Deum uocantem cõtinuo, non sequi nænijs detentum? Qualis irreuerentia in regem esset, si eo uocãte, vt eum sequereris, respondeas, sequar sed vsque mane nonpossum, hodie enim est mihi negotium, & quod negotium? paleæ mihi colligendæ sunt an hæc excusatio est? Dic mihi quare detineris cum à Deo vocatus sis, ne post eum venias? Dicere profecto erubesceres, facere ergo magis erubescendum est.

Augu.
B
Ambr.
Psa. 49
C

[Vidit alios duos fratres.] Sed quid uidit in his, & illis, vt vocaret eos. Primo vocat hos, quia vult. Hinc Ps. Saluũ me fecit, qm̃ voluit me. Sed & in eis aliquid videt, quod ei placuit, ꝙ fratres simul esse conspexit, quod maxime placet ei. Sententia Diony. & Augustini est, inter creaturas corporeas Solem esse, qui maxime Deum repręsentet, cuius pulchritudini nulla cõparari põt, & unum eius radium non efficiet oẽs corporea natura penetrat cęlos oẽs, viscera terræ, aquas, & arenas maris oĩa lumine, & influentia, implet, alta, infima, propinqua, remota.

Psa. 17
Dion.
Augu.

A remota. Quibus Deum repręsentat, cu-
ius bonitas in oīa se diffundit, humilia
respicit, illuminat omnem hominem, et
infimum, vt hodie manifestum est. Et
quemadmodum vt ad te Sol ingrediať,
non expectat, vniuersam ei aperies fene
stram, sed vel per paruulam rimulam in
greditur, sic licet posset Deus merito di-
cere, nolo animam tuam ingredi, nisi to-
tam eam mihi aperias, sed non sic, sed q.
Act. 10 stat ad ostium, & pulsat, si tantillum ape
rias, eo ad te ingreditur Centurio rimu-
lam aperit eleemosynæ, & per eam in-
Act. 8. greditur ad eum. Eunuchus aliam, libri
sancti lectionem, & per eam ingressus
est. Ad hos fratres hodie ingreditur, quia
Ma. 18 fratres eos videt, animo concordes, quod
ei gratissimū est. Quia vbi fuerint duo,
B vel tres congregati in nomine meo, ibi
sum in medio eorum. Amator est vnita
tis, & pacis, & ubi hæc sunt, signum est,
ad quod ille volitat continuo. Quisque
illud potissimum respicit, quod ei maxi-
mè placet, nā trahit sua quemque volu-
ptas. Intrat plures ciuitatē magnam, q
affectus est architecturæ, ædificia consi-
derat, qui templis, templa, qui picturis,
picturas. Tu ergo Domine ad quid respi
cis? ad quæ afficeris.

Esa. 66 Super quem respiciam, ait ille p. Esa.
nisi super pauperculum, & trementem
sermones meos? Respicit hos fratres ve-
rè pauperculos, & trementes sermonem
Dni. nam continuo vocati eum sequun-
C tur: qu a hoc Dñi ingenium agnouit Ps.
Psa. 24 ait. Respice in me, & miserere mei, quia
vnicus, & pauper sum ego. Multi cōque
runtur, quod à Deo nō respiciuntur. Vi-
de ne forte de illis sis, quib. dr̄: Dicis quia
Apo. 3. diues sum, & nullius egeo, cum sis pau-
per, & agnosce te pauperem, & nihil es-
se respicierisq; à Deo, & Mat. 24. dicunt
discipuli Christo, magister non aspicis,
quales lapides, & quales structuræ? Sed
non superba ædificia contēplatur Chr̄s,
humilia respicit, alta à longe cognoscit,
Audi, & alia, quæ Dei rapiūt oculos, qa
rapiunt, & animum. Eccl. 25. In trib. be-
neplacitum est spiritui meo, quæ sunt p
bata coram Deo, & hominibus, concor-
dia fratrum, amor proximorum, vir &
mulier bene sibi consentientes. Libenter A
ergo hæc aspicit Deus, qm̄ hæc placent
ei, eidem sentiamus omnes idem loqua-
mus, & beneplacitum Deo erit in nobis Luc. 1.
& respiciet nos. Attende hoc in Zacha-
ria, & Elisabet, ambo idem dicunt. Al-
ter scribit, Ioannes est nomen eius, alte-
ra: nequaquam, sed uocabitur Ioannes.
Diuisio linguarum maledictio fuit ędifi
cantium Babel; ut cum peteret aquam Ge. 11.
quis, alter ei porrigeret lignum. In vltio
nem inimicorum Dei ait Ps. Diuide lin-
guas eorum. Cum diuisas linguas in do- Psa. 54.
mo videris, & viro dicente vnum, mu-
liér diuersum loquitur, frater asseueran-
te, frater negat, eos pditos iudicare po-
tes. Hinc Oseas. Diuisum est cor eorum
nunc interibunt. Vt ergo te respiciat Ose. 10.
Deus, esto consentiens, non fratri solum
sed & aduersario tuo in uia. Quod si ad
hoc necesse fuerit, te aliqua pati, aliquid
iuris tui amittere, amitti oportet, ne cha
ritas amittatur. Sic Petri animum bilio B
sum patienter Andreas tolerabat. Si .n.
tabulæ duę iungendæ sunt, vt aliquid o-
peris ex eis conficiatur, si queque dicat,
ego tangenda non sum, nec ex me ali-
quid adimendum, nullo pacto coniungi
poterunt, cum omnino integræ sint, sed
eas dolari, & expoliri necessarium est, vt
opus conficiatur. Hinc tibi discendū est
vt animo cum proximo tuo coniunga-
ris, vt charitatem serues, vt structura do-
mus ex te & illo efficiatur, amittendum
tibi aliquid de iure tuo, nec integer esse
debes, aliàs solus eris. Væ autem soli.

[Reficientes retia sua.] Iā hoc facto o-
stenditur, quid à Ioanne postea perficiē-
dum sit. Ille enim, qui nunc retia reficit C
postea retia Euangeliorum reficit. Non
quod in eis defectus aliquis esset, sed
quia de Christi diuinitate non adeo ma-
nifeste fuerant loquuti alij Euangelistæ,
propter quod multi pisces e reti Ecclesię
exibant, reficit retia Ioannes, manife-
stissime, & multis edisserens Christi di-
uinitatem contra Ebionem, & Cherin-
thum. Quo facto etiam ostendit. Dei
verbum proponentibus, ut doctrinæ re
te reficiamus, rumpunt enim eam pisces
grandes, qui ea nolunt contineri. Ver-
bi

A bi gr̃a. Doctrina sanctorum est, diuersos esse status, unde diuersis vestitus, & cultus. Hinc occasionem sumit vanitatis, q̃ viro nupsit, ut pretiosas induat vestes, ac superfluas, cum nuptis dixerit Petrus. Quarum nõ sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti uestimẽtorum cultus. Reficienda ergo doctrina est, ut sic diuersa indumenta concedantur sæcularibus, ut uana non sint. Simili rõne in alijs refici oportet doctrinam, Doctrina est, non est deficiendum in his, ad quę status obligat deuotioni inseruiatur. Hinc alter sumit occasionem vt omnẽ relinquat deuotionem, ut sacramenta non frequenter, &c. reficienda er B go doctrina est, ut sic ea, quę statũ decet, impleas, vt non relinquas plurima pietatis opera, quæ simul præstare potes.

Præterea omnibus exemplum relinquunt Iacobus, & Ioannes retia reficientes, vt cõsciẽtiam nostram reficiamus. Sicut enim rete rumpitur, uel quia lapides, ligna q; colligit, uel quia rupi adhæsit: Sic oĩa in mari mundi huius piscantes, rete conscientiæ nostræ per peccatũ sæpe rumpimus, dum autem rete ruptũ est, piscib. colligendis aptum non est. Sic dum mortali peccato obnoxij sumus, nihil gratia, aut gloria dignum efficimus. Inspiciamus ergo rete cõscientiæ nostrę, an peccato ruptum sit, & reficiamus illud ne labores nostri vani sint. De exa- C mine ad hoc adhibẽdo, & exemplo Dei nostri, qui uidebat opera quæ faciebat, plura à nobis dicta sunt in secundo tomo nostrarum concionum, Dominica 4. post Pentecosten, ex qua concione plura alia ad hanc colligi possunt, &c.

*Festa Decembris.* A

De B. Nicolao, vide in communi Confess. pontificum.

De B. Ambrosio, vide in communi Doctorum.

## Concio I. In Conceptione B. Mariæ Virginis.

*Thema. De qua natus est Iesus, &c. Matth. 1.* B

Attingit Deus noster a fine, usque ad finem fortiter, sed suauiter vniuersa disponit, ut Sapiens ait: Sap. 8. Hæc vero suauis Dei dispositio in eo potissimum consistit, quod certo ordine, statutisq; legibus vtitur in mundi gubernatione, quas regulariter obseruat, & quibus uniuersi ordo conseruatur. Sic cibum homini præstat, terræque fructus pluuia, Sole, & agricoltura, sic etiam salutem infirmo præstat medicamẽtis varijs. Sed ordini ipsius vniuersi conueniens, fuit, rationiq; consonum, ut aliquãdo Deus hunc ordinem non seruaret, C sed mirabilia efficeret, miraculaque patraret, quibus Dei omnipotentia manifesta omnibus fieret, nec eum legibus alligatum, ueluti si causa foret non libera, sed naturalis, & se potius ostenderet liberrimam causam, Dominum naturæ, & super omnem legem, & ordinẽ principem existere. Hac ratione plura in Aegypto mirabilia operatus est, & in deserto. Hac Solem stare voluit medio in cursu, & aliquando etiam retro incedere per decem lineas, & similia multa fecit, quibus eum glorificatum scriptura testatur. Qui vero hæc diuina opera, quę miracula dicuntur, & super omnem regulam, & ordinem sunt, metiri voluerit communi regula omnino errabit, quia super illa sunt.

Proponitur hodierna festiuitate opus Dei Maria. Domus Dei, quã sibi sapien-

A sit, nihilque in ea sit non sanctum, vndique sanctitate circunuallata, ut nullus sit locus, quo peccatum in eam intrare possit.

Qua in re proponitur nobis exéplũ domus nostrę construẽdæ. Erigit Deus in terra domũ sibi hodierna die, ut mũdum perditum erigat, primum vero, ꝙ in domo sua collocat, gratia, sanctitasq; est, & omnis virtus. Non sic in mundo vsu venire solet, sed ut homo domum stabiliat filijs curat multam coacervare substantiam, honoresque, sicque stabi-
Amb. litam domum suam credit, etiam si uirtus ab ea procul sit. Ambros. regnum, domus, respublica, i qua uirtus corruit, stare nullo modo potest, multa regna,
B multęque domus funditus euersæ sunt unius virtutis defecto, uel quia iustitia, vel temperantia caruerunt, uel castitate, aut misericordia. Si ergo unius virtutis defectus, regna disturbat, quo pacto domus stabit tua, si nulla uirtute ful
Tho.4 ciatur? Prædicens Thobias Niniuæ castitatem, ait. Video enim, quod iniquitas eius finem dabit ei. Dum religio, iustitiaq; fuit in Israel, prosperatum est illius regnum, cum ea desuere, finem ac
Pro.14 cepit. Quia, vt sapiens ait: Iustitia eleuat, gentem, miseros autem facit populos peccatum. Virtutes namque colum
Pro.9. næ sunt, quibus domus fulcitur. De quibus sapiens loquitur. Sapientia ædificauit sibi domum, & excidit columnas septem, idest, virtutes septem, quib. ful-
C citur. Qua ratione construere uolens Christus dominus ecclesiam perpetuã, eam sanctitate firmauit, ac stabiliuit, eã sanctam efficiens. Vnde dicitur: Credo sanctam Ecclesiam. Curandum ergo tibi domi tuæ est, vt primum omnium virtus in ea sit, ac dominetur, sic.n. domus tua stabit, cum super firmam petrã fuerit fundata, & nec uenti, nec flumina
Pro.24 eam diruent. Hinc Sapiens, Sapientia ędificabitur domus, & prudentia roborabitur.

Qua etiam in re nobis exemplo Maria est, illa namque ab initio sancta est nullo vnquam temporis momento peccato abnoxia. Ne ergo tu dicas, ut multi dicunt, sanctus ero, & mundus. in tẽplũ Dei me consecrabo, sed non nunc, modo enim indulgere volo vẽtri, deseruire cupiditatibus, postea vero Deo me tradam. Miser, quid te dicere putas aliud, quam nunc stabulum bestiarum esse uolo, postea Dei templum efficiar? Si Deum aliquando suscepturus es, cur non modo? A

Inspice Mariam continuo sanctam, & impollutam, & omni prędítam virtute, in qua illud Esaię impletum est. Glorla Libani ad te ueniet, abies, & buxus, & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis tuæ, & locum pedum meorum glorificabo. Quasi dicat, omni te ornabo virtute, & gratia initio ex quo efficietur, quod inferius propheta eodem capite ait. Non audietur vltra iniquitas in terra tua, uastitas, & contritio in termini tuis, quia in conceptione ornata omni gratia fuit Maria, & in ea sic roborata, ac confirmata, ut per totam uitam nullo actuali peccato, uel veniali fuerit inquinata. Quod signum est purissime illius conceptionis. Sic namque augustinus arguit de Christo, nullum habuit actuale peccatum, ergo nec originale. Domum ergo tuam sanctifica, templum statim construe, in quo Deus habitare possit. Esa.6 B Augu.

Sed cum plura miracula in Maria efsecta dixerimus, inter quę hoc enumerauimus, sine peccato eam conceptam, & addiderimus, totam Mariam miraculũ esse, & pręstantissimum orbis terræ miraculum, operæpretium erit inquirere, qua ratione Deus voluerit Mariam miraculum esse, & hoc miraculum conceptionis eius purissimæ efficere, quod adeo mirum est, ut aliquibus appareat incredibile. C

Respondetur, Deum aliquãdo mira aliqua opera, præstare, & super omnem legem, & ordinem, eo quod in finẽ maximum, ac pręstantissimum rem illam mirum ordinat. Hac ratione, ut Paulũ lucraretur, rem miram peregit, descendit de cœlo ipsemet, nec homini, vel Angeli ministerio usus est in eius conuersione, eo quod uas electionis effi- Act.9.

A ria efficeretur propter filij eius honorē. Dedecus enim Christi esset, si eum diceremus filium peccatricis. Nec satis est dicere eam peccato fuisse obnoxiam, antequam Christus ex ea gigneretur. dedecus. n. filij est, si mater eius infamia notetur, etiam antequam eum gignat. Sicut ergo Deus cum in munus aliquod hominem vocat, idoneum eū facit munere tanto: idoneos, ait Paulus, nos fecit ministros noui testamenti, Sapiens. n. ea, quæ sunt ad finem conuenienter fini aptat. Et iura dicunt, cum princeps assumit aliquē in dignitatē, cum eo dispensat, si forte aliqua ratione incapax illius redditus fuerat. Cū ergo Mariā in Dei matrē degerit, eam præparauit a conceptionem nunc finē. Dixit Eliefer. Hæc est mulier, q̃ præparauit dn̄s filio domini mei Dicamus & nos, hæc est mulier, q̃ pater præparauit filio suo unigenito, ideoq; inuenisse dr̄ gratiam apud Deū. Nec idonea esset mater Dei, si aliqua macula fuisset infectas esset. n. hoc dedecus filio. Hinc Cyril. cōtra Nestoriū ait, propter filium temerarium est in Maria virgine ponere culpam aliquam, vel peccatum. Et B. Augu. lib. de natura, & gratia contra Pelagianos, c. 36. ait, excepta itaque sanctæ virgine Maria, de qua pp honorē dn̄i, nullam prorsus cum de peccatis, agitur habere uolo quæstionē. Inde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit, ad vincēdum omni ex parte peccatū, quia concipere, & parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo virgine excepta, nullus sanctus absq; peccato. Expēdenda nunc illa verba sunt ꝑpter honorem dn̄i. Sicut ergo pp Christi honorē caruit omni peccato veniali, omni infirmitatē omni denique imperfectione, ꝙpter eundem originali care debuit. Et hoc Paulus significat, dicens. Secundus homo de cælo cælestis idest de uirgine cœlesti incōraminata, purissima. Idipsum attinet ad patris honorem, cum habeant communē utriusque filium, sicq; affinitate patri æterno coniuncta sit, & quasi consanguinitate. Idem ēt honos ad Spiritum sanctum pertinet, cum eis

1. Co. 3

B

Ge. 14.

Augu.

C

Cyril.

1. Co. 15

illa præcipuæ sponsa sit, ideoque omnino indecens erat, Angelos, & Euam illam superare conceptione, ac conditione sua, quod siue dubio foret, si in peccato concepta fuisset. A

Demum tertia de causa eam ab omni peccato, immunem Deus fecit, ut potentiam suam manifestam faciat, legibusque nullo modo se subiectum, sed p libito eas mutare: quod cum ille debuerit facere cui alteri creaturæ id conferre debuit quam matri? sine dubio in ea diuinā potentiam ostensam? illa declarat dicens. Fecit mihi magna qui potens est & sanctum nomen eius, sicut. n. si miraculi causam q̄ras audies, fecit hoc Deus qui potens est. sic mira multa in se Maria uidens, hānc oīum rationē reddit fecit mihi magna, qui potens est. Audit vero & misericordia eius a progenie in progenies, aliis misericordiam exhibitā dicit eum. n. in peccata lapsi fuerint, misericordia oēs indigent, ut saluentur. Sibi uero potentiā arrogat. Licet. n. misericordia ēt indiguerit, ne in peccatum laberetur rn̄ quia misericordia ei exhibita super omnem legem fuit, & potentia absoluta Deus circa eā usus fuerit, recte hanc illi adfuisse memorat. Omnis ergo causa, & ratio, qua miracula effici solent in maria fuit, ut mira multā in ea efficerentur, & mirabile hoc purissimæ conceptionis. Merito ergo de ea Ps. Sanctum est templum tuū mirabile in æquitate, quia sancta Maria est, & mirabilis in gratia, donisq; cœlestibus, ipsi ab omni potente Deo concessis.

B

Luc. 1.

C

Ps. 64.

Sed cum omni ex parte mirabile Mariam fuisse oportuerit, docuit tn̄ ut præcipue mirabilior esset hac in re, ut scilicet, a peccato omni, quam longissime abesse, quia est illa. [De qua natus est Iesus, qui uocatur Christus.] Oportuit mirabilia multa esse in Marię corpore, & adhuc mirabiliora minima, ut illū concipere, & parere mereretur, qui Deus est: At præcipuum miraculum in Maria efficiendum, illud fuit, ut omni labe peccati careret quia est illa, de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus qui ideo summo odio peccatum detestatur. Vt

A Deus est, infinito illud prosequitur odio, vt homo est immensa etiam detestatione illud execratur. Et in hanc causam solum se cruci, mortique tradidit, vt illud omnino destrueret, atque deleret. De qua re uide multa sermone de Marię Natiuitate quam longissime ergo a peccato eam distare oportuit, quæ illum erat conceptura, & paritura. Expendamus nunc matris Dei dignitatem quę his verbis exprimitur, de qua natus est Iesus, & ex ea illud facile colligemus Cum primus adam e sopore euigilans
Gen. 2. Etiam conspexit, ait. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quæ
Hiero. verba sic explicat Hieron. Hoc nunc
B idest, hac vice ita factum est, ut e primo Adamo Eua prodiret, quasi innueret, postea alteraque vice alter efficiendum esse, ut, scilicet, secundus Adam ab Eua procederet, secunda, factus ex muliere,
Gala. 4 vt Paulus ait. Sicut ergo inter primun Adam, & Euam multa fuere, in quibus maxime conuenient: ita intar Mariam, & Christum, multa inuicem data, & accepta dona sunt, Ille ab ea suscepit naturam humanam, illa ab eo gratiam, quæ participatio est diuinæ naturæ. Illa præstitit ei pulcherrimam, & omnibus numeris consumatam naturam, & ille mátri concessit excellentissimam gratiam. Quam ille a matre accedit naturā, nunquam dimisit, quam illa accepit a filio
C gratiam, nunquam amisit. Qua patre ille homo est, filius Mariæ est, quia ab ea humanitatem sumpsit. Qua patre illa gratia ornata est, filia filij sui est, quia a filio gratiā suscepit. Nec iste tam diuersa inter se aduersantur, aut mutuo contradicunt. Sicut nec in filio diuina, & humana natura, humana, & diuina voluntas.

Qui ergo Maria mater Dei est. innumera in ea mirabilia esse opportuit, præcipue vero vt omni careret peccato, etiam originali. in cuius rei ostensionem vti possumus argumento Pauli, Heb. 1. literis duabus duntaxat mutatis. Ait ille de Christo domino. Tanto melior Angeli effectus, quanto differentius præ illis nomen hęreditauit. Nos de Maria dicamus. Tanto melior Angelis effecta, quanto differentius præ illis nomen hęreditauit? Angelis ministrorum seruorumque nomen concessum Ps. 103
est. Omnes sunt administratorij spiritus, Paul. ait. Et Psal. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammā ignis. Conserui nostri sunt, ut eorum Apo. 19
quidam Ioanni dixit. At Marię nomen mater, & regina est, quodque in regis domo interest inter reginam regis matrem, & ministros, hoc in Dei domo interest inter Mariam, & Angelorum, sanctorumque cœtum. Quod si in Angelis, & uitis sanctissimis mirabilia multa ab eo effecta sunt, qui dicitur mirabilis in sanctis suis, quę erunt mira, quę in B
Maria posita erunt. Qualis obsecro, Ps. 67.
quantaque illa mulier futura est, quam Deus matrem dicit, quamque hac ratione dominam appellat, & illi se subditum confitetur. Merito Diuus Ansel. in D. An.
oratione ad Mariam, ait: O nimis exaltata, quam sequi conatur affectus animę meæ, quo aufugis acie mentis meę? O pulchra ad intuendum, amabilis ad contemplandum, delectabilis ad amandum, quo euadis capacitatē cordis mei? Mira res in quam sublimi contemplor Mariam locatam, omnis natura a Deo est creata, & omnis Dei natura ex Maria est nata, Deus omnia creauit, & Maria Deum genuit, Deus qui omnia fecit se ex Maria fecit, & sic omnia, quæ fecerat refecit. Hucusque Anselmus. C

Ex quibus colligitur. Mariam ab omni originali labe immunem esse. Si namque Angelis concessa gratia est primo conditionis suę instanti, si illis omnimoda puritas data, qua ratione matri Deis reginæ Angelorum, hæc neganda erant?

De Arminio naturale philosophi tradunt, tanta cum puritate nitere, sicque sordem omnem abhorrere, vt si in ostio foueæ ipsius lutum apponatur, illam nullo modo ingrediatur, etiam si vita eis eripienda sit, etiam si insequenter canes uideat, qui cum lacerent. Ne ergo in luto pedem ponat, capi se, & interfici permittit. Ideoq; titulus, stemmaque Armi-

A Arminij est: Malo mori, quam fœdari. Quid de infinita Dei puritate credendum est? Num Mariam ingrederetur, si in ea impurum aliquid fuisset? Merito Psalm. Domum Dei decet sanctitudo, nec enim congruum Deo habitaculum fuisset, si vel minima culpa macula ta foret. Ps. 92.

At dicunt aliqui, mundata fuit, priusquam Deus in eam intraret, eripuit eam quàm citissime. Si tam cito liberanda fuit, & hoc super omnem legem, qua ratione per illud instans labi permissa est? Quid enim ad rem pertineret, continuò liberandam per breue tempus inimicis tradere? Si nunc regina in Hispaniam veniret, vt regi iungeretur coniugio, cumque per mare uiam ageret, classis adueniret turcarum, vt eam captiuam duceret, classis vero prope esset Hispanica, quæ eam facili negotio liberare posset. Si dux Hispanicæ classis diceret, permittamus nunc reginam à Trucis capi, dehonestari, conculcari, iniurijs affici continuo, eam liberabimus ab hostium manibus. An non merito ad eum diceres, vt quid regina capienda, & dehonestanda, si continuo liberanda est? An non melius multo erit, vt in manus inimicorum minime veniat? Si ergo Mariam cœli reginam dicimus, Dei matrem confitemur, si post instans liberandam, cur non in instanti primo libera? cur eam dęmonis seruam, vel ad instans, Deiq; inimicam dicamus? Simile B C

Hinc etiam nobis illud ediscendum est, nec ad momentum in peccato consistere: Beatus vir; qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum nó stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit, sed in lege domini voluntas eius. Maximum omninoque fugiendum, ac vitandum malum est & peccato stetisse vel ad instans, ideo nobis summe cauendum, vt Mariam imitemur, &c. Psa. 1.

Concio Seconda, In Conceptione Beatæ Mariæ. A

*Thema. De qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Matth. 1.*

CVm iã hominib, placabilis Deus voluit apparere, tabernaculum sibi construi statuit, in quo inter homines habitaret, illud uero uoluit hominum donariis, eorũ pecunia, & sumptibus effici. Potuisset quidem, è cælo illud demittere, sed voluit in terra confici, & ex his, quę Israel voluntarie in id opus obtulit. Ne uero quisquam se excusaret causans paupertatem suam, & ob eam causam nihil dono daret in tabernaculi cõstructioné, præcepit, de pilis caprarum operimenta tabernaculi fieri, vt qui pauper esset, nec aurum, gẽmas, aut argenrum haberet, quæ dono daret, saltẽ pilos caprarum offerre posset. Tabernaculum illud typũ gessisse Mariæ, nullus est, q. dubitet. Sumptib. vero nostris, ac pia largitate Mariæ tabernaculum cõficitur, cum conceptio illius immaculata non de fide nobis credenda proponitur, sed deuotioni nostræ relinquitur, ac pietati, quam in Mariam nos habere decet. In huius etiam virginis laudem omnis creatura afferre tenetur, quia cũ omnibus illa benefecit, ab omnibus merito est prædicanda, vnde illa ait. Ecce enĩ ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia omnibus generationibus salutẽ attulit. Beati spiritus in hac festiuitate offerrent aurum, gemmas, & reliqua precio digna, nos uero pusillis pilos caprarum offeremus, sed nec hos recusat, & renuit Maria, hos excipit tanquã pia mater. Donum hoc per exiguum est, ni accedat gratia, illud ornans ac eleuãs, hanc petamus per Mariam. Ex. 35. B C Luc. 1.

Si de Deo nostro uera dicenda sunt, ac prędicanda, magna utique pdicanda sunt, quia magnus dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius no est finis. Hoc Christiana religio a cęteris mũdi sectis differt, quod istę quidẽ, ridicula, uana, & abiecta de Deo loquuntur, at Ps4.

A Christiana religio maxima,& q̃ Deum plane decēt. De dijs gētiū ea p̄dicabant eorū chronographi, q̃ dedecus,ē no esset,ēt hoib.de plebe infimis, vñ martyres dicere solebant idolorū cultorib. Sic M̃r tua similis. Veneri,q̃ colis meretrix Mercurio impostori Ioui,crudelis,& īpudico. Et nunc Iudæi,& Sarraceni ea de Deo p̄dicator,q̃ blasphema,&īfima sunt. De qb. Ps. narrauerunt mihi iniq

Ps. 116 fabulationes,sed nō ut lex tua. At Christiana religio, nihil nisi infinitū de Deo p̄dicat immensum.n.nulla alia decēt nisi immensa. Si uero obijcias. An nō dicimus,Deum hoiem factū crucifixum,& mortuū,Et hęc parua vñr. Sed ego dico

B parua nō sunt,sed maxima qa signa sūt infinitæ bonitatis,amoris, & misericordiæ,& q̃ Deū in his infinitū ostendunt. Hoc uero in laudem Dei maxime cedit, nihil.n.æque gloriosum, q̃ optimū esse; & ideo prius dr̃ Deus optimus, q̃ maximus,licet.n.in Deo oīa unum sint, nobis tñ pręcipuus titulus,& quo maxime honoramus, quem uolumus honorare est,cum eum optimum dicimus. Si ergo nosse vis,q̃ sunt illa,quę Christiana religio superaddit ad ea,q̃ de Deo nostro lumine naturali cognoscimus, ea plane sunt, q̃ ostendunt in eo infinitā bonitatem,misericordiā,ac amorem. Et huiusmodi sunt,Deum hoiem fieri,crucifigi, mori,&c. Nihil ergo non immēsum de Deo prædicamus,sed nec p̄dicare possumus,si modo uera prædicamus.

C Ad eundē modū si de Maria uera dicenda sunt, sp magna prædicanda sunt quia oīa,q ad eam pertinēt,magna sunt

Luc. 1. Facit, inquit illa,mihi magna, q potens

Iud. 16 est. Eius figurā expressit Iudith, de qua dr̃,magna facta est,in Bethlia,nec erat, qui loqueret de illa verbum malū. Quis ergo uerbum malum audeat loq de Maria? An non verbum malum, an nou uile,& infinitum,maculata conceptio. Indigna prorsus locutio de Maria,quę ma

Ap. 12. gna est. Hæc est mulier illa,de qua dr̃ signum magnū apparuit in cœlo. Hæc ru

Exo. 3 bus illa,de qua Moyses,vadam, & uide bo visionē hanc magnam. Hæc domus

2. Pa. 4 Dei,de qua Salomon, Domus,q̃ ædificare cupio, magna esse dēt, qa magnus A dñs Deus noster super oēs Deos. Hęc ille,de qua Baruc. O Israel q̃ magna est Baru. 3 domus dñi,& q̃ ingens locus possessionis eius. Hęc demū altare illud, de quo Iosue 22. Raben,Gad, & Menasse ante Iordanem ædificauerunt altare infinitę magnitudinis, qd uocauerunt testimoniū nr̃m,qd Dn̄s ipse sit Deus. Interrogat uero Israel ædificatores huius altaris. Num aliū Deum colitis,q aiunt nō, nec hoc altare sacrificij est,id.n.solū tabernaculu esse oportet, sed testimoniū est,quod ēt noster est Deus, sicut est vester,ideo altare testimonij dicatur. Vere altare Maria est,in qua posita est imago B vera patris,non depicta, sed uiua est vero testimonij altare, quo ostēdit Deum esse,nr̃m,ne unq̃ Angeli dicere ualeant Deum illorū esse,non hoium. Ecce Ma Esa. 7. ria factus est Emanuel, idest nobiscum Deus,nobis ergo datus est Deus p Mariam,nobis natus. Dr̃ uero infinitæ magnitudinis esse,qa cum Dei mater sit,infinita dignitate erecta,eleuataq; est. Vnde cū oīa,q̃ ad Mariam pertinent, huic infinita dignitati proportionari dēant, oportet illa oīa maxima esse,huic maxima conceptio,maxima natiuitas,maxima uita,maxima mors. Sed quæ magna nō capiet illa,q̃ Deum ipsum capit? Aliquib.aliqua ita magna vñr,ut Maria illa non capit. Sed uere q̃ Deum capit,reliqua oīa facile capiet, minora oīa sunt C Deo,qui intra hanc domum cōtinetur.

Sed nunc adeo parua Maria uidetur, vt magnum de illa dici nō possit,infans est unius diei,quid magnum de illa prædicare possumus.

Multa profecto,ac præcipui, quorum 3. Re. 5 primum illud sit,quod de templo Salomonis dictum est. Tu scis,ait Salomon ad Hirā,uoluntatē Dauid patris mei,& quia nō potuerit ędificare domum nñi Dei sui pp bella imminentia per circuitum,nūc aūt requiem dedit Deus mihi per circuitum,& non est Sathan,nec occursus malus,iō cogito ædificare domū dño sicut,templū illud ædificari ceptum est,cum bellum non esset, cum Sathan nō esset,nec occursus malus. Sic Maria

for-

A formata, conceptaq; est nullo imminẽte bello sine occursu vllo malo, Sathan, & oẽ peccatum procul abfuit, & hoc est, quod hodierna festiuitate recolimus, neq; vero id duntaxat, sed scdm adde, ut uideas de infantili puella magna esse, & præclara, q̃ dicant̃ nõ solũ nãq; oẽ pc̃m abfuit, sed maxima gr̃a adfuit, dona cœlestia, q̃ plurima, & ingenia illi cõcessa fuere in cõceptione. Noe ullus sanctorum tanta

Pro. 6. gr̃a ornatus fuit in fine vitæ, q̃ta Maria in cõceptione sua, quia sapientia ędificauit sibi hanc domũ, & multo aliter Deus ędificia construit, q̃ hõ. Cum tu domum ędificas, in eius fundãmentis lapides collocas non elaboratos manu artificis, sed

B rudes, ac impolitos, elaboratos uero, ac cultos lapides seruas in superiorem ædificij partem, quo ab omnibus cerni, spectariq; possint. Non sic Deus ædificare solet, In fundamentis.n. optimos ponit & pretiosos collocat lapides maximeq; elaboratos. Attende hoc in Ecclesia, q̃ ille fundauit atq; extruxit, primum posuit

1.Co.3 in fundamẽto lapidem Christum dñm. De quo Paul. Fundamentum aliud nemo põt ponere, p̃ter id, quod positum est, quod est X p̃s Iesus. Sed q̃ sit pretiosus hic lapis, quis dicat? Ab hoibus quidẽ reprobatus, sed à Deo electos, & honorificatus

Esa.28 est. De quo Esaias. Ecce ego mittã in fundamẽtis Sion lapidẽ angulare, lapidem probatũ, pretiosum, in fundamento fundatũ. Cõtinuo vero adiecit fundamenta

Eph.2. alia huic primo lapidi p̃xima Apostolos

C superædificati sup fundamentũ Apostolorum, Pau. ait, & Ierusalẽ cælestis duo-

Apo.21 decim fundamenta Ioãnes videt duodecim lapides p̃tiosos, & i illis scripta noĩa duodecim Apostolorum agni. Hi etiam lapides pretiosissimi extitere. Ad huius rei instar sapientia ædificauit sibi domũ Mariã. Cum nos ædificemur, in conceptione, vbi fundm̃ collocauit hoĩs nihil pretiosum inueniet, sed rudia, ac impolita vniuersa. At in Marię conceptione cũ à Deo ędificata sit, singulari prouidentia pretiosissimi iacti sunt lapilli gratiarũ cęlestium, & bonorum. Qui rõne. 3. Reg. 5. In templi constructione scriptura meminit pretiosos lapides in fundamẽto à Salomone loquatur vt significaretur, in Marię constructione, q̃ templo illo figurabatur simile quid à Deo agendum esse, vt s. immunera gratiarum dona ei con cederentur in purissima conceptione. A

Nec id in Mariã effectũ fuisse adeo est mirãdum. Est nãq; illis cęlestis illa Ierusalẽ, cui per Psalmistã dr̃: Lauda Ierusa lẽ dñm, Lauda Deũ tuũ Sion, qm̃ cõfortauit seras portarũ tuarũ, & benedixit filijs tuis in te q posuit fines tuos pacẽ, & adipe frumẽti satiat te. Mittamus nũc reliqua, & solum illud expendamus, adipe frumẽti satiat te. Quasi dicat. Aliis sic farina cõcedit̃, vt simul cum adipe frumẽti furfures accipiant tibi uero frumenti adeps, farinaq. similæ, ac flos sine ullo fur fure dat̃, id vero facile erit cõspicere, n. per singula discurram⁹. vxori filios parẽti farina filiorũ cõcedit̃, sed quod ibi furfures sint patet. Str virgini, furfur ẽ quod filio careat. Sed Marię virginitas, filiusq;, concedit̃. En procul abest oẽ furfur. Pet. Pau loq. concessa gloria aĩę est; en frumenti adipe, sed si furfures spectare velis attende, in cinerẽ versa eorũ corpora. At Marię gloria corporis, & aĩę tribuit̃, nullum ergo furfur. Str oĩ Adæ filio in conceptione natura concedit, q̃ farina est, sed culpa continuo adest, q̃ furfur est. At Mariæ adeps duntaxat frumenti datur, cui simul gr̃a cum datura conceditur, sicut Angelis de quibus pręclare August. ait, Deus erat simul cõdens naturam, & largiens gratia. Quasi dicat, hac manu naturam, illa uero gratiam conferebat. Ps. 147 B Aug. C

Sed p̃tereũdũ nõ est verbũ illud Psalmistę, satiat te, q a usq. ad satietatẽ cõcessa gr̃a Marię est. Hinc Hiero. Alijs data est gr̃a per partes, sed Marię tota se infudit grę plenitudo. Hinc Psa. fluminis impetus lętificat ciuitatẽ Dei, sãctificauit tabernaculũ suũ altissim⁹. Quib. verbis exprimit̃ p̃cipuis sanctificationis mod⁹ mirabilis Dei tabernaculi, cũ gratiarum flumẽ in ipsum intrasse perhibet̃. Nõ ergo aque uas, nõ panis bucella Marię cõcessa, sed flumen integrũ gratiarũ, messa panis integra. Illud vero p̃cipuis verbis explicasse Ps. vr̃, cũ ait, laudare dñm in sanctus eius, laudare eũ ĩ firmamẽto virtutis Hiero. se. de assumpt. Psa. 45 Ps. 150

A tutis eius. Merito quidem in sanctis suis laudandus Deus est, q mirabilis i eis est, & multo mirabilior, q in toto uniuerso. Sed q obsecro est firmamentu illud, qd inter sanctos adeo pcipuum est, vt è regione eorū ponat, solumq; noietur, cum ante cetus ois sanctorum dictus esset. Sine dubio firmamentu illud Maria est, q è regione sanctorum oium posita, ea sola i'los oés superat longo interuallo. Sed quid est in Maria, vt firmaméti nomé ei tribuamus? Maxima profecto, ac præcipua similitudo. Firmamentum.n.a phylosophis dr octaua sphera, q innumeris est ornata stellis, & maximis, queq; scintillare vnr, hoc vero cælum præcipua ratione Mariam significat, q animatū cælum a Damasceno dr. Et primo cælum Maria est, quia cum cælum locus sit beatorum, in Marię vtero Xps homo uidit diuinam essentiā, cęlum ergo illa est, cęlestis rota Maria est, nec in illa aliquid nō cęleste reperies, sed & firmamétum est, octauaq; sphera merito dr, quia cum reliqui cęli una ornentur stella firmamentum iunumeris ornatur, & maximis, in hac vero re inter alia Maria oés sanctos superauit, q illi quidé ornati sunt oi uirtute, nec.n. una uirtus sine alia inueniri pót, sed qlibet eorū una pcipua uirtute pditus est, qua excelluit, ppter q de eorū quolibet concinit Ecclesia, nō est inuentus similis illi q conseruaret legé excelsi. Et illā optimo iure planetā cœli illius dices, quo illud pcipuè ornatur, sic Apostoli charitate, Prophetę spe, Martires fortitudine, virgines puritate, cōfessores lōganimitate pditi, ornatiq; fuere. At uero si oculos in Mariā cōuertas, firmamétū videbis innumeris decoratum stellis, qa oi virtute, & gra ornatā cōspicies, & ois in ea virtus sic splenduit, ut in earū qualibet cōsummata, perfectaq; fuerit, & oés reliquos iustos superauerit longo interuallo, qua rōne Maria ét merito scdm nomé suū mare dr, qa sicut initio mundi congregationes aquarū appellauit Maria. sic origine ecclesię congregationes gratiarū appellauit Maria. Qua rōne de ea dr Cant. 4. Sicut turris Dauid collum, mille clypei pédent ex ea oīs armatura fortiū, Mariā Ecclesię collū esse merito Rupertus ait, quia sicut collum caput corpori unit, sic Maria Xpm Ecclesię copulauit, & sicut ois capitis influxus ad corpus per collū descédit, ita p Mariā ois gra in Ecclesiā a Xpo procedit. Hoc ergo collum Maria similis phibet turri Dauid in qua oīs est armatura fortium, quia in ea oīs virtus sanctorū est. In ea fides Abrahę prophetarū scientia fortitudo martyrum, puritas virginū, & denique oīs lapis pretiosus operimentū eius.

Dam. ser. de Assu. — B — Gen. 1 — C

Fœlicissima prorsus Maria, q omnium virtutum fructu vberrima est. Soler hęc terra hunc producere fructū, illa alium, sed omnib. laudib. extollenda illa esset, quæ oi fructu abundaret. Fœlicitas uero ista seruata est terrę i'li, ex qua veritas orta est, quæ fructum dedit suum, cū Xpm peperit, & fructum item suum cum omne uirtutis germen in illa pullulauit.

A — Rupe. — Simile — B

Sed mirum aliud in hoc firmaméto, Maria non est silentio pretereundū, in quo similem se prębuit firmamento materiali, & quodnam illud? certe Stellę inferiorū cęlorum, q planetę dnr, quia prope nos sunt, non scitillant, q vero in firmamento sunt, quia remotissimæ sunt, scintillant, est āt ea, ut ita dicā, scintillatio, oculi titubatio, nō ualentis plene, securęq; conspicere ré adeo remotissimā. Qua in re nobis ostenditur, q longo interuallo Mariæ virtutes superent aliorū sanctorum uirtutes, vel excellétissimas, sanctorum.n. dona, & facinora egregia, atq; uirtutes mirabiles quidem stellæ cęlestes sunt, attamen planetarum more à nobis plene conspici possent, imitari facile eos possumus, & plures eorū æquare, ac si volumus superare. Si.n. Abraham filiū obtulit, multi nunc id efficerent, si Deus pręciperet. Si martyres pro fide decertātes, sanguinem fuderunt suū, plurimi hac tépestate id ét pstant, pręstarētq; multi alij si tyrāni adessent. Sic et virginum puritas, prophetarum spes, a multis hodierna die imitatione æquatur.

C

At Marię dona, gratiæ, atq; virtutes stellæ sunt firmamenti, adeo remotæ, vt scintillent, quis nam eas assequi ualeat? quis, vel cōspectu plane cōsequi potest? Im-

A Imitare, si places, virginẽ esse, & matrẽ, conceptionẽ purissimã, nullo prauo affici motu, nulla, uel leui culpa iquinari? Adeo hæc sublimia sunt, ut titubent, ac cõtremiscãt oculi nostri debiles ad horũ conspectũ, & nisi fide oculos mentis firmaret, plura horũ cõspicere nõ ualeret, Qua rõne mira hęc Marię pulchritudo merito pulchritudine, ac decore incredibili Hesther reginæ significat, de qua
Esth. 2 dr, icredibili pulchritudine oĩum oculis gratiosa videbat. An nõ icredibilis pulchritudo, virgo mater? & cætera quæ de Maria diximus? Si ergo nosse vis, q̃ sint quę dignè de Maria dñtur, planè illa, q̃ icredibilia sunt, quæ i intelligibilia, quę in inuestigabilia, hæ stellę decent hoc firmamentũ, ad quorum conspectum oculus mentis nr̃æ titubet, ac contremiscat.
C
Simile Huiusmodi vero est immaculata conceptio, digna planè stella cęlo tãto. Dic obsecro, si rex nunc tibi diceret, quære mihi sponsam, sed incredibili pulchritudine eam præditam esse oportet, ita ut nec nævus in ea sit. Adduceres ne ei in sponsam mulierẽ turpẽ, fędã, atq; deformẽ? Tãta pulchritudine expetiuit sibi sponsã Dei filiꝰ, ut ad eã dici possit: tota pul-
Can. 4 chra es amica mea, & macula non est in te, nec nęuũ venialis delicti i ea passꝰ ẽ, qũo ergo deformitas tãta, qualis originalis est culpa i ea inueniẽda fuit, q̃ dęmonis serua, Deiq; inimicam cõstitueret?
Eccl. 6 Fingamus ergo nũc Mariæ aĩam corpus ingredientẽ timorem correptã, non inficienda esset, cum domum luteam ingrederetur, sicut oĩum hominum aĩæ in-
C
Luc. 1. ficiunt, [poniendose del lodo,] vt vulgo dici solet. Dicamusq; ei ne timeas Maria, qa inuenisti grãm apud Deũ, q̃ uerba, vt aptius p̃senti festiuitati accommodent, resq; melius pcipiatur, fingamus aĩas prius a Deo creari, q̃ infundi, sicut quorundã fuit error, oẽs initio mundi à Deo esse creatas, deinde uero corporib. successu tẽporis infũdi, ꝙ quidem error est. Sed nunc illud fingamus effectũ, potuit. n. fieri, maxime cũ non educãtur de potentia materiæ, ut brutorum formæ, posito ergo casu possibili, qđ oẽs animę simul creatæ forent, & cuique diceret cuius corporis unoquæq; esset habitura co- A
merciũ, illisque p̃dicerẽtur status, munera fortunæq; ipsis parata. Huic diceret ingrediens, ò aĩa in corpus pulchrum, optimè dispositum, & eris rex, consul, dux tibi parati honores, diuitiæ, &c. Tu uero contra miserũ ingredieris corpus, eris uilis, abiectusq; homo, an nõ scdm diuersitatẽ eorũ, q̃ illis prænunciant, aliæ aĩæ lætitia pfunderent, aliæ contra dolore, atque mæstitia? si uero has aĩas fingamus diuina ornatas grã, non adeo dolerẽt, & si dura, & aspera eis nunciarent futura i uita, nec. n. ex ea illis obstaret, ne Deũ tandẽ in beata patria assequerẽtur, iuro vero, iacturã opum aut filiorũ ęgritudines, acerbos casus agnoscerẽt nõ esse signa irati Dei, imò tũ maxime elemẽtis, q̃ seruos suos p ignẽ, & aquã vectos, ducit ad refrigerium. Atq; adeo hæc ma- B
lorũ genera bono aĩo aĩæ iustæ expectarent, & sese ad ea ferẽda firmissimas, imperteritasq; preberent. Sed finge uni earũ sic loquentẽ Angelum Dei nuntium, Parat tibi, o aĩa oĩpotens rerũ cõditor, elegãs, pulchrum, decorum corpus, cui infundaris, corpus inquã egregię puellę, & inter Adę filias facilè, principis, puellam inquã, q̃ ipse sibi Deus inscrutabili, & ęterno cõsilio pelegit sibi matrẽ, matrẽ inqua, sed virgineo pudore integro paritura, paritura inquã, sed partum dolorum expertẽ. Ad hęc qs nõ uidet hilarescentẽ aĩam, lætabundam, exultãtem, nec se præ gaudio capiẽtem? Sed nondũ finitum oraculũ est, ꝓsequitur Angelus attẽde ò aĩa, & adhuc aduertito, audies C
ꝙ no les audiuisse, non re canto palinodiã, in his, q̃ hucusq; præcinni, sed triste aliq d tibi denũcio, qđ futura sis, tãtisper Deo inimica, sed cito mũdaberis. Quo affectu nunc hãc aĩam affectam putas? Vtiq; summo dolore, & si ei optio concederet, præeligeret, si iusta esset, ac sancta, ut diximus, illis oĩb. bonis nõ potiri nec corpori cõiungi, ut euaderet culpam illã, q̃ contracturã sciebat in unione corporis, & aĩæ, diceretque, nolo illa oĩa bona, si tanti sper futura sim Deo inimica, [con tal contrapeso] ut vulgo dr. Et quod tunc in ea metus fuisset, nunc detestatio est.

A est. Dicamus ergo nunc animæ Mariæ sic tremēti, ac trepidanti corporis ingressum. Ne timeas Maria, inuenisti gratiā apud Deum, oīno ex quo manifeste colligitur, in Maria, nō fuisse peccatū, quod si illa præsciuisset, & uitare posset, præeligeret, non esse, quā sic esse. Ne ergo timeas, tu. n. sponsa sūmus sacerdotis, es, quæ scdm legem nec uidua, nec repudiata, nec alienigena futura erat. Tu terra nō maledicta secūdo Adæ formādo præparata. Tu terra sacerdotalis ab oī immunis tributo? Tu arca testamētide qua Leu. 10. dr̄. Cum surgeret arca ad ambulādum, dicebat Moyses, Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. In cōceptione vero tua uiā uitæ inchoas, tunc inimici oēs dissipantur, & fugiunt. Si in sepulchro nouo, & sindone munda reponendum fuit mortuū Xp̄i corpus, quo loco reponēdum, cum opere Spiritus sancti formatum est, nisi in Maria, in qua nusq̄ dæmon habitasset. Si mater Sampionis prohibet ab omni immūda esca, an nō mater Dei. Tu demum Hierusalem illa es, cui ꝑmittitur 4. Re. 19. Assyrius non intrabit in eā, nec circundabit eā, nec uero sagitta eius muros Hierusalem penetrabit. Quibus verbis in figura ostēditur liberam Mariam ab omni peccato mortali, ueniali, ac originali. Eam .n. aīam Assyrius intrat, ac uastat, quæ per mortale pc̄tū demonem in se admittit. Eā uero Assyri⁹ circūdat, q̄ uenialia admittit. Est. n. ueniale peccatū dispositio ad mortale, & cum ueniali culpæ aīa obnoxia est, dæmoné puniri se circundantem appropinquantéque, ut expugnet, Originale uero peccatū significat sagitta, q̄ a longe mittit, qui à primo parēte in oēs posteros hęc labes descēdet. Tu ergo, ò Maria, q̄ Ciuitas Hierusalē es, nihil horum patieris. Tu ergo nobis es ciuitas refugij, tu nobis E lice, tu nobis Cynosura per altū. In te securi sumus, ac in Ciuitate munita, ad te nobis cōfugiēdū q̄ firmissima turris es. Sicut ergo turris fortissima nomen Dn̄i, & oīs q confugerit ad illam saluabitur, ad eum modum turris fortissima Maria, turris Dauid, in qua omnis est armatura fortiū, & om-

De. 21.
Ge. 47.
B
Iud. 13
C
Pro. 18

nis, q ad eā confugerit, saluus erit, est nā que illa terribilis, vt castrorum acies ordinata. Sed qn̄o pulchra, ut luna, electa ut sol, terribilis, ut castrorum acies? pulchritudo namque & terribilitas, non bene conuenire uidentur. Vtique diuisit hæc Deus in hominum genere, uiris dedit fortitudinem, fœminis pulchritudinem. Sed in Maria uniuersa bona congessit, ille pulchra est, ut sol, atque luna, illa fortis, ac terribilis, ut castrorū acies, ad eā ergo cōfugiamus ut saluemur, &c.

## Concio Tertia, In Conceptione Beatæ Mariæ.

***Thema. Dominus possedit me in initio uiarum suarum ante quam quicquam facere a principio. Prou. 8.***

Quid dulcius, quid ve suauius, quā de Maria loqui? An non seruus Dn̄i sui domum, in qua pascitur, agnoscere tenetur, an non ad eam. Venite, & eius in dulcedine recordari? Quid vero Maria sit, audi. Non est hic aliud, nisi Domus Dei, & porta cęli. Qn̄ enim Deo optimo, & maximo complacuit, in terris habitare, & cum hominibus conuersari Mariam in domum elegit illum. Dixitque illud Ps. Hic habitabo, qm̄ elegi eam. Si nosse, vis, quo in loco omnia bona, omnes thesauros suos repositos, ac reconditos Deus habeat, scito in Maria domo sua eos condidisse. Eam scrutatus fuerat, inspexeratq; propheticis oculis, qui dixit Gloria, & diuitiæ in domo eius. Non facile lætabatur regius Psaltes, sed unum fuit, quod eā summa affecit lætitia. Lætatus, ait, sum in his, quæ dicta sunt mihi. Sed quænā nuntia tam læta ad te peruenerunt ò rex? num insignis aliqua hostium uictoria? non classis aliqua ex Ciphir venit tibi auro onusta? Non ista me lætificauerunt. Quid ergo? In domū Dn̄i ibimus. Et quid boni inde tibi? Replebimur, ait, bonis domus tuæ. Attende innumerabilius domus bona, dū ait, replebimur, in bonis eius. O domus ingens, domus ditis-

A
B
Gen. 2.
Psa. 13
C
Psa. 11
Psa. 12

A ditisſima, domus theſauri Dei, ĩ qua oẽs Dei theſauri reconditi, ò domus, in qua oĩs excutitᷣ moneta, & pecunia redemptionis nr̃æ confecta eſt, eique figura humanæ naturę impreſſa, domus oĩ abundãs bono, in qua replemur bonis, in qua oĩs qui petit accipit. Si ergo ſ... diſſipatori filio per alienas diuagari domos ſumus, redeamus in domũ patris. licet. n. peccatis deformati alieni ab hac domo videamur, ſed loquela oſtendet nos ad hanc domum pertinere, ſi Mariam ſalutantes, dicamus, Aue Maria.

Dulcedine diximus plenũ eſſe de Maria loqui de ea hodie nobis agẽdum eſt. B Sed quid in hac feſtiuitate dñam? vtiq; in conceptione illi datã primam, maximãque gratiã, nec vnq̃ peccati labe infectã. Oſtendẽda ergo mariæ nobilitas, ac ingenuitas eſt, eamq; liberam dicimus ab oĩ peccati tributo, tanq̃ ſacerdotalis Ae-Ge.47. gypti terra, q̃ nulli tributo obnoxia fuit. Hæc hodierna feſtiuitas: ſed num id hodie nobis probandum eſt, multiſq; rõnibus oſtendendum. Abſit, probatione in re manifeſta opus non eſt, ne Mariã iniuria affeciſſe videamus. An non contumelioſus videretis in nobiliſſimũ, uirũ, Simile regni principẽ, uel magnatẽ, ſi ab eo peteres, vt nobilitatis tibi oſtenderet chirographũ, quod vulgo dr̃ executoria de ſu hidalgua. Ab infimis de plebe hæc exigenda ſunt nobilitatis teſtimonia, nõ a principib. Sic plane Mariæ irrogarᷣ iniu C ria, ſi excellentisſimã illius nobilitatem, ac ab oĩ peccato libertatem, q̃ tã eſt manifeſta vniuerſæ eccleſiæ conſenſu, probare nunc argumentis, & teſtimonijs tẽtaremus. Illud ergo tanq̃ manifeſtũ relinquamus, & hac rõne Pius Papa Quĩtus decreuit motu ꝓprio, ne in hanc rẽ rõnes adducerentur, cum ad populum conciones hñr. Quid quod, ſi hæc virginis Mariæ nobilitas in dubium, ac diſcrimẽ uocarẽᷣ, maximum adhuc nos eam liberam oĩno, & ab oĩ peccati labe immunẽ credere, ac prædicare oporteret, Simile quod hoc exẽplo facile perſpicies. Eſt tibi amicus vnice tibi charꝰ, dilectisſimuſ que, eius vero nobilitas in dubiũ uocarᷣ, nec iudicis eſt illuſtrata ſnia. Oĩb. uero index conceſſit, ut eũ nobilẽ habeãt, uel ignobilẽ, ut cuiq; placuerit, eũq; admitãt ad nobiliũ numera, vel excludant, dũ in lite, & diſcrimine res uerſarᷣ. Quis te urgeo, cũ amico iſto præſtares, num eũ tu nobilem diceres? num ad munera nobilium admittere, an vero excludere? Manifeſta res hęc eſt, dum. n. tibi, liceret, eũ nobilem hr̃e, in numera nobiliũ admittere, id plane faceres amicitia hoc a te impetrãtes nec. n. te iactare poſſes illi amicisſimum, ſi, cum eũ poſſes hoc honore afficere, non afficeres. Sit ergo in æquilibrio virginis ingenuitas, liceat tibi eã ingenuã dicere, vel ignobilem, ſi ei te pluri ma dẽre fateris, ſi te illi deuinctum dicis B & ꝑcipua deuotione ei addictum, an nõ eam honore hoc afficies, an non dices, eam nobilẽ, & ab oĩ labe immunẽ? Summa vero nobilitas, ac ingenuitas hęc eſt ab oĩ peccato liberam eſſe. Qñ ergo res iſta dubia eſſet, nos oẽs in hanc ſniam conuenire oportet, quod nulla originali labe ſit infecta. Hoc manifeſtis verbis Anſe. Anſel. ait in epiſt. de concept. Virginis, Gers (quem citat Gerſon. in ſerm. de Concep. Mariæ, in fine illius.) Non eſt, inquit, verus amator virginis, qui reſpuit diem ſuę conceptionis colere at res hæc dubia iã non eſt. Licet enim fide certa id non teneatur, ſed communis eccleſiæ conſenſus, ratio, urgens, & eccleſię feſtiuitas, id adeo manifeſtum facit, ut in ea re explicanda verba plura non ſint inſumenda C nec huius nobilitatis Mariæ teſtimonia expetenda. Ad altiora ergo de Maria dicenda. ſermonem conuertamus.

[Dñs, ait poſſedit me in initio viarũ ſuarũ.] Hęc verba diuina ſapientia ad literã dicta ſunt. Ea uero eccleſia Marię tribuit, illaq; ſibi uſurpat. Cuius obſecro oculi, et ſi aquilini ſint, contemplari poterunt Mariæ celſitudinẽ, q̃ tãta eſt, ut ſi ibi merito vſurpet verba, q̃ de creata ſapientia dicta ſunt? Adeo mirabili modo diuinũ eſſe participauit, tantã ex diuino illo fonte hauſit aquã, tam magnã partẽ accepit diuinorum bonorũ, adeo facta ſimilis Deo eſt, ſic ĩ eã ſe ille efformauit vt ſicut uidentes hoĩem ſumma preditũ ſapiẽtia, dicere ſolemus, ilium videri ip ſam

A sam esse sapientiam. Sic Mariæ tribuūt diuina noīa, nō, q̄ illa Deus sit creatura eīm est, sed in diuinis donis oīnat, diuitijs cęlestib. affluit, ut diuina illa noīa dem⁹. Oīs e dem iustus diuinā participat simi litudinē,& quasi qdā Deus est, cū i eo efficitur illud Pauli. Nos āt reuelata facie 2.Co.3 gloriā dñi speculātes, in eandē imagine transformamur, diuersimode tñ ſm diuersitatē participationis gr̄æ Dei, q̄ cum fuerit ī Maria plenissīma, fuit ēt plenissima assimilatio diuinę sapiētię, et bōitati

Ad cuius explicationē notādū ex D. D.Th. Th. opusculo de charitate Dei in fine, diuinā similitudinē diuersimode hic p̄ gratia, & in cęlo p̄ facialē visionē participari a sanctis. Qd hoc exēplo apparet. Cū B speculo obijcit̄ res aliqua distātia rei specie emitentis,& speculi recipientis, causat diuersitate similitudinis, nā quo minor distātia, eo maior similitudo. Vera eīm, & tota facies resultat ī speculo distāte, sed in minus distante plenius ſm q̄titatē, & iō similius. Si ergo plura specula abijciant̄ alicui faciei in diuersā distātia in oīb. illis speculis tota facies splēdet, et eius similitudo, sed inequaliter, in eo.n. q̄ lōgius abest, minor apparet facies, in eo q̄ p̄pius maior, in eo q̄ p̄xie obijcit̄, ęqualis est imago res repræsentatæ, Deus ergo est, q in cordib. ipsum diligētiū imprimit spēm, & similitudinē suā, C & oīs iustus p̄ grām, & beatus p̄ facialē visionē, recipit ipse, vt ī speculo totā Dei faciem, qa Deus non hēt partē, & patrē sed nō recipit eā totaliter, ſm totā quantitatē virtutis. In solo Dei filio resplēdet diuina imago, oīno totaliter, & infinitè, vt est in patre, in oī vero creatura, q̄ finita est, atque adeo a Deo elōgata, recipit̄ qdē diuina facies, & tota facies, & imago eius cōpleta, sed non recipit̄ totaliter ſm plenā eius magnitudinē, pp distāiā, non quidē loci, sed diuersitatis. Quo vero creatura magis appropinquat creato Simile ri, eo efficitur speculum cōiuncti⁹, ut plenius repræsentet, & recipit diuinā imaginē. Sic Angeli superiores,& sancti pręstātiores plenius recipiunt diuinā similitudinē, q̄ inferiores. Vt vero se repræsentaret pręcipue Deus fecit sibi p̄pinquissimum speculū beatissīmā virginē Mariā A qua in cognoscendo, & diligendo Deū, oīum creaturarū psonarū coītatem, inęstimabiliter excessit, q̄ dr̄ speculū sine macula. De qua Ber. Hāc dñe fecisti imagi Berna. nē bonitatis tuę, qa Deo oīum propinquissīma est adeoq; proxima, vt in utero suo Dei imaginē non participatā, sed veram, & infinitā continere valuerit. Hęc D.Th. atque adeo vt Deo simillima verba sibi diuina usurpat dicēs. [Dñs posse dit me in initio uiarum suarū.] Sed mysterio nō uacat, noīa usurpare diuina, & verba illa, q̄ de se ipsa sapiētia loquitur, cum.n. oīs creatura aliqd Dei represen tet, tanq̄ eius participatio, & quęlibet earū theatrū mundi huius ingrediat̄, ut aliquid Dei hominibus ōndat. Maria inter B vniuersas creaturas psonam egit diuinę sapientię eius similitudinē induit, eā pręcipue repræsentauit, vnde loquit̄ verbis sapiētiæ, ac si ipsa sapiētia esset. Et huius rō multiplex est, prima qa Mariā condidit sapientia singulari quadā arte, atque Simile industria adhibita. Sicut.n. cū tibi lis est difficilis, & ambigua, & in eius actib. ac scriptis multa sibi inuicē aduersa, atque pugnātia, sunt, multos iuris peritos cōsulis, eosque cōuenire facis, ut re maturius multis cōsiderata, tādē veritas extrahat̄. Sic p̄rsus Deus noster cū simplici verbo fiat. f. cēs cōdidisset creaturas, dū hominē condere uoluit, qa in eo cōtraria, & apposita multa erant, caro, & spiritus, appetitus, & uoluntas, cōsultatione, C et singulari quadā prouidētia usus est, dicēs faciamus hominē. Singulari ergo sa Gen.1. piētia opus fuit in hoīs cōditione, vt iter se aduersa faceret conuenire. Cum ergo Maria condenda fuit opus erat summa sapientia: diuersa nāq; & inter se maxime distātia in ea cōuenire debuerūt, qualia sūt mater, & virgo creatura, genitrix creatoris, filia Adæ sine culpa. Sigulari ergo p̄uidētia, ac sapiētia ędificauit sibi domū, ideo verba sapiētię illa usurpat.

In idem secunda ratio est, quod sapiētiā ipsam in utero gestauit suo, nec Dei similitudinem solum habuit, ut cæteri sancti, sed Deum ipsam sapientiam increatā in utero portare meruit. Pretio-

fus

A ſus oĩs lapillus inde pretio dignus cenſe tur, qđ ſolis ſplendorẽ imitet, qđ influẽtiam peculiarẽ ſolis acceperit, qua efficitur, ut ſplẽdat, & illuſtrior ceteris ſit: Sed mirabilis plane ille lapillus foret, q nõ influentiã duntaxat ſolis cõtineret, ſed ipſum ẽt ſolẽ intra ſe haberet. Iuſti oẽs ſoli iuſtitiæ radios ſuſceperunt, & inde in ei duo magno hñr ſuper reliquos ho-
Apo.12 mines. At Maria hoc ipſum habuit ſup oẽs ſanctos, & præterea ipſum continere intra ſe iuſtitiæ ſolem. En mulierem amiciẽtem ſolem, & ſole ẽt amictã, mirabilis plane mulier, & q̃ merito ſapiẽtię uerba illa arrogat, quaſi ipſa ſapiẽtia eẽt.

Tertia uero ad idẽ rõ eſt, ꝙ in Maria diuina ſapientia uoluerit ſui ipſius ima
B ginẽ efficere, & ſui ſpeciẽ oib. in illa exhibere. Naturalis ſimũ uiuẽtib. eſt, teſte
Ariſto. Ariſtotele, naturam cõicare ſuam, ſibi ipſius ſimilia efficiendo, Deus uero maxime uiuens eſt, iõ hoc ei maxime proprium. Principio ergo ad intra Deus id pręſtitit gñationem diuini uerbi, ꝙ ſimilitudo, imagoq; pñs eſt. Sed ad extra id ipſũ effecit i Lucifero, q ppea dr ſigna-
Ez. 28 culũ ſimilitudinis, qb. verbis exprimit, ſimile, qđ in Lucifero effectu ei, qđ efficitur, cũ ſigillo in cera impreſſo, ſimilitudo ſigilli i cera manet exp̃ſſa, ſic ſe Deus in Lucifero expreſſit. Sed delata figura hæc eſt pctõ, licet q̃ naturalis erat ſimilitudo manſerit gratuita tñ, & ſupernaturalis, q̃ oĩ ex parte maior erat, penitus perit. Aliud ergo ſignaculũ ſimilitudinis, aliud grę exẽplar cõſtituendũ fuit. Hoc ergo in Maria factũ eſt, ſicut.n. oĩa quæ
C Holofernis fuiſſe probata ſunt, data ſũt
Iud. 15 Iudith, co ꝙ eius amputauerit caput. Ita prorſus Mariæ cõcedenda ea oĩa ſũt quæ Luciferi fuerunt, q a eius caput contriuit, & multa plura, atq; ampliora. Cõceſſum ergo ei eſt, ut ſit ſignaculum ſimilitudinis, imago Dei perfecta, ipſum exprimens, atq; adeo eius uerba uſurpãs. Sic uero Deũ imago iſta pręſentauit, vt Dionyſium Areopagytã fide contineri oportuerit, ne eã ut Deum uerum coleret. Vltra uero quo progrediatur imago non hẽt, cum ſic ad viuũ rẽ exprimit, ut ipſamet res eſſe uideatur, ſed ĩ ſpexiſti, ò beate Dionyſi, q̃ exteriora ſunt Marię. A
ſi tibi interiora eius uidere liceret, qđ de Ps. 44.
Maria diceres? Oĩs namq; gloria filię regis ab intus. Sicut.n. tabernaculi exteriora ſub pellib. caprinis, & cilicijs operiebat, interiora uero ꝓtioſiſſima erant.
Sic exteriora, q̃ in Maria apparebãt, nõ Can. 4.
adeo erant pretioſa, ac interiora. Hinc illa loquitur, nigra ſum, ſed formoſa filię Hieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis. Quaſi dicat. Sicut Arabũ tabernacula exterius uilia ſunt, interius uero ornamẽta contiẽt ꝓtioſa, & ſicut tentoria Salomonis parata in belli tp̃s, exterius nigra interius ornata auro, & argento, ſic ſe hẽt pulchritudo mea, exteriora namq; oĩa parui ſũt momenti ſi cũ his, q̃ interius latent, conferã
tur. Hinc eſt, qđ ſpõſus Mariã pcipuè in B
Canticis laudans, cũ exteriora eius mul Can.
tis laudauerit, ait, abſq; eo, ꝙ intrinſecus latent. Quaſi dicat, q̃ exterius apparent, aliquo modo laudari poſſunt, ea tñ, quæ interiora ſunt nullis uerbis, nullis laudibus commendari pro dignitate ualent. Si ergo ijs, qui minora erant in Maria, uiſis, tale quid de ea pronunciauit Dio. qđ diceret, ſi ei interiora uidere liceret? Simillima quidẽ Deo Maria eſt, atque adeo ipſi cũ Maria contigit illud ipſum
quod Adamo Eua conſpecta. Adduxe Gen. 2.
rat Deus uniuerſa aĩantia ad Adã, ut uideret, quid uocaret eã. Adæ uero non inueniebat ſimilis, ſolus ergo erat Adam, nec ſocietatẽ inire potuit, aut, ſedus cum ullo aĩalium. Vbi uero Euã cõſpexit, ait. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de
carne mea. Quaſi dicat. Hęc eſt, q̃ mihi C
placet, hãc ergo quærebam, hãc amabo, huic ſociabor. Illud hoc nũc hiſpane dr̃, [eſto ſi eſto es lo que yo queria.] Qua rõne dixit Deus, faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi. Ad hunc modũ pr̃ ęternus adduxit filio ſuo uniuerſos iuſtos, qui Mariã pręceſſerant, ſed oẽs illi aĩalia erant, alia quidẽ mũda, alia immunda, ſed uerbo diuino nõ inueniebat ſimilis, nec.n. ſimilitudo dr̃ eſſe inter duo alba, ſi unũ eſt albũ decẽ, aliud uero albũ ut unum. Licet ergo aliqua ſimilitudo ſit inter Chriſtũ, & Abrahã, Iſaac, & Iacob, ſed remo

ta ni-

A ta nimiũ, adhuc nõ hẽt Deus, quo cũ societatẽ ineat, iõ carnẽ nõ assupsit, donec Maria inspecta ait, hæc nũc elegi ex hac carnẽ assumã, hanc ego quærebã, hanc exoptabam, ex hac carnẽ libenter suscipiã, qa dilectus meus mihi, & ego illi[ sones para en uno.] Hoc explicat diuina sapientia verbis illis. Hãc amaui, & exquisui a iuuentute mea, & q̃siui sponsam mihi eã assumere, & amator factus sum formæ illi⁹, hæc mihi simillima est. Qua rõne Ansel. ait. Decuit virginẽ ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequiret intelligi, ex quo patet manifeste, q̃ ab oĩ peccato libera fuerit, quæ Dei perfectissima imago est, q̃ sapientiam sic exprimit vt verba, noĩaq; sapientię sibi usurpet.

Can. 2

Sap. 8.

Ansel.

Sed iã verba illius ppendamus. [Dñs ait possedit me in initio uiarũ suarũ, anteq̃ quicq̃ faceret à principio.] Sed quæ nã sunt uiæ Dei? Via in ciuitatẽ, illa dr, qua in ciuitatẽ imus. Viæ ergo Dei sunt ea, qb. in Dei cognitionẽ, ac dilectionẽ venire possumus. Viæ ergo Dei creaturæ sunt, nos. n. ducunt in Deũ cognitione, & amore. Hinc Sapiẽs. A magnitudine. n. spei creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horũ uideri. Cũ. n. oĩs creatura participatio sit diuini esse, oĩs illa ostẽdit aliqd Dei. Vñ infert Sapiẽs, Sap. 13. Vani aũt sũt oẽs hoĩes, in qb. nõ subest scĩa Dei, & de his, q̃ vñr bona, nõ potuerũt intelligere eũ, q est, neq; operib. attẽdentes agnouerũt, qs esset artifex. Hi pfecto in uia steterũt, nec ad terminũ peruenerũt. Quo cõtra ille, q ait. Bonũ est, confiteri dño, & psallere noĩ tuo altissime, qa delectasti me dñe in factura tua, & in opib. manuũ tuarũ exultabo. His oculis cõspiciẽda oĩs creatura est, ut aliqd Dei, ut uia ad ipsũ, ut imago illius, vt p eã Deũ cognoscam⁹, & diligam⁹. Oĩs. n. pulchritudo creaturæ oñdit, infinita Dei pulchritudinẽ, oẽ ptiosum thesaurũ Dei ĩfinitũ, & sic scala nobis est oĩs creatura, qua in Deum cõscendamus, sed ut Psal. ibidẽ ait, vir insipiẽs nõ cognoscet, & stultus nõ intelliget hæc, qa creaturã uidens in ea gradũ facit, nec ulterius in Deũ pgredit. Vidisti mulieris pulchritudinẽ, & in ea gradũ fecisti, uidisti auri

B

Sa. 13.

Psa. 95

C

Simile

ptiũ, & ultra pgressus tu es insipiens, & stultus es, ĩ uia stetisti. Similis fact⁹ stultæ spõsæ cui spõsus mittit, sui ipsius effigiẽ, expssam, vt ipsi afficiat, eũq; desideret, illa uero ĩ imagine sponsi sibi adeo cõplacet, vt spõsum nõ curet, sed imagini despõsat, & pp illã sponsũ obliuiscitur suum. An nõ insipiẽtia magna hæc. Merito ergo Ps. vir insipiens nõ cognoscet, &c. His ĩsipientib. creaturæ scandalũ, & laquei sunt, iõ scriptũ est. creaturæ Dei ĩ odiũ factæ sũt. Et in tẽtationẽ aĩæ hoĩum, & in muscipulã pedib. ĩsipiẽtiũ. Viæ ergo Dei creaturę sũt, qua rõne de Lucifero dr, ipse est initiũ uiarũ Dei, qa potissima, primaq; oĩũ creaturarũ fuit.

A

Iob. 40

Sap. 1.

Nũc igit' Maria ait, [Dñs possedit me ĩinitio uiarũ suarũ.] Sed qua rõne illud Maria dicere pt, initio nãq; creaturarũ facti sunt Adã, & Eua, qũo ergo Maria? Rñdet, philosophis tritũ est illud, primũ in intentione, est posterius in executione. Vis cõstruere domũ primũ in tua intẽtione, illud pfecto est, ut tibi cõstituas cubila, in qb. habites, sed hoc est ultimũ q executioni madat, prius. n. fundamenta collacas, parietes erigis, & demũ cubicula, q̃ primo cogitaueras, ędificas. Sicergo cũ Deus fabrica hãc, atq; mollẽ grãdẽ ędificare uoluit primũ, q intenditfuit. Iesũ, & Mariã, q̃ fuerũt cubicula, ĩ qb. habitat plenitudo diuinitatis corporalr, i. vere, & realiter, non figura. Cũ ergo illi sint pcipuũ inter ea oĩa, q̃ Deus condidit, ea Deus primũ intẽdit, tanq̃ finẽ oĩũ operũ suorũ, reliqua uero oĩa, q̃ cõdidit, uoluit, ut media in hũc finẽ, licet ergo ea executione sint ultima, sed itẽtione, priora extitere, & iõ merito Maria ait, [dñs possedit me in initio uiarũ suarũ.] quia eã intendit' primũ ante oẽm creaturam. Sicut ergo pictor primũ intendit imaginem pĩgere ĩ tabula, q̃ imago sit Mariæ, vel Xpi dñi, sed multa etiam alia supaddit, & pingit, q̃ ornamento sint pcipuæ figuræ, illamq; exornant. Ita Deus, q pcipue intendit efficere in hac uniuersi tabula fuit Xps, & Maria, sed in eorũ ornatum, ne sola essent, condidit reliqua uniuersa tum uisibilia, tũ inuisibilia, pcipuũ ergo, atq; primũ à Deo intentũ Iesus,

B

C

Simile

A sus,& Maria sunt, Et hæc fuit sñia Hebræorum antiquorũ, referẽte Galatino lib.7.de arcanis fidei. Nã inter eos Rabbi ille, q tantæ fuit apud ipsos autoritatis,ut ipsum dicerent Rabbenu Hachados,i.magistrũ sanctũ nostrum,in libro quẽ Galeracei; i.reuelatorẽ arcanorum nuncupauit,rñdens, ad sextã Antonini consulis Romani petitionẽ,hæc ait: Agnoscens Deus Adã peccatorũ, & totũ orbem infecturũ, nolebat mundũ creare,uerbũ aũt Dei instabat esse creandũ. Videns uero Deus benedictus,ex Israel excidẽdam esse illam petram primariã, ex qua Messias futurus erat,huius petræ dilectione, q mater Messiæ est)& Messiæ mundũ condidit, ꝑ arcanũ dictũ est Hier.33. Nisi pactum meũ stetisset, diẽ ac noctẽ leges cęlo,& terræ non posuissem. Hæc Rabbenus ille. Legitq; Hieremiæ locũ aliqua diuersitate nostra uulgata. Addit vero Galatinus hęc nomina Iesus,& Maria hebraicè eundem constituere numerum, quẽ constituit nomen Hebręum, ꝑ ponit loco illius dictionis pactum, ꝑ est berit, q numerus est 612. Quasi dicat Hieremias, nisi pacti meũ esset,i.nisi Iesus,& Maria essent,nisi illud pactum meum cum natura humana esse dẽret,mundum,neutiq̃ condidissem. Cum, n. mundus sit pp hoiem, & hõ pp beatitudinẽ,q̃ impedita erat Adę peccato,si Iesus, & Maria non essent, q remediũ huic malo attulerũt,nulla mundi constituendi rõ super esset,& nisi illi fuissent,q finis sunt operũ Dei ea,q̃ media sunt,in uanũ fierẽt,est ergo Maria finis operũ Dei primaq; in eius intẽtione ex quo eius excellẽtia, miraq; perfectio colligitur, & q̃ erat oĩno perficienda, nullaque macula unquam deturpanda.

Galat.

B

C

Fr.vin. Quibus oĩb. addendum est ex Fräcisco Veneto in Harmonia mundi Cantico 1.to.5.c.6. Fuisset recõditis imum Hebræorum arcanum, vn i apud Deũ esse primam creaturarum, q̃ oĩum reliquarum perfectionẽ continet,q̃ illi uocant, Mitatron Serapenim,ꝑ sonat princeps facierũ,cuius est semper ut tui Dei assistere,& eius munus,ac officiũ est introducere reliquos oẽs bñmeritos ad Dei conspectum,& hãc dñt sum Moysi locutã in rubo,eumq; subdexisse, ut tandẽ uideret, loqueretur q; cum Deo facie ad faciẽ. Hoc uero mun⁹ priusq; Maria in mundum ueniret, præstitit supremus Seraphinus, Marię tunc uides gerẽs,sed Marię munus hoc ꝓprium est, ut patet ex supputatione numerorum, q̃ in mysterijs plenã Hebręi dñt nomen uero Maria Hebreis constiterit numerã 290. & eũdẽ reddunt numerũ extremæ litteræ illorum noium Mitatron Serapenim. Est ergo Marię mun⁹, ꝑ sit mr Dei, mater et hoium, Deo ꝓxima, hoĩes ĩtroducẽtes ad Dei conspectum uide'is hoium ĩterpellatrix coram Deo, omniumq; bonorum nostrorum causa, in oẽs namq; se extendit eius misericordia. Quia vero plena sit misericordia, vel ex eo colligis, ꝑ in vtero portauit ipsam misericordiã, eum, s. de quo scriptum est, Deus meus misericordia. Si.n.qa manu attrectasti aromata eorũ odorẽ retines. Si, quia paruas guttas odoriferæ aquæ in linteũ ꝓijcias, odore plenus est, quid mirũ misericordię odorẽ Mariæ inesse, q̃ sic Xpm dñm contrectauit, q̃ rore cęlesti sic irrorata est? Iudith 16.dr Porro Iudith uniuersa uasa bellica Holofernis, quę dedit illi populus, & conopeum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. Obtulerat sedissimi ni, ut populum eriperet, offert ẽ oĩa illi cõcessa à populo tẽplo ornãdo, ut ibi glo. explicat,& Nicolaus de Lyra, qua significatum est Mariam seipsum, filiumque suum pro nobis sæpe patri æterno obtulisse. Et deinde omnem gratiam sibi cõcessam, & quam quod dñm illa inuenit, in commodum, bonumq; nostrũ ab ea offerri, ut nos ornemur, hic illa obsecrat, & orat, & gratia sua obtinet. Ab ea ergo supplices accedam⁹, ad eius genua obuoluamur, teneamus eã, nec dimittamus, donec bñdixerit nobis, potẽs est.n. nẽpe uel⁹ est mediũ inter rorẽ, & arcã, mulier inter solem, & lunam, Maria inter Christum, & Ecclesiam constituta.

B Psa. Simil.

Glossa Lyra.

C

De Beata Lucia vide in communi virginum.

A

## In festo expectationis partus Beatæ Mariæ.

*Thema. Missus est Angelus Gabriel à Deo, &c. Luc. 1.*

TRiplex festum hodierna die cœlebramum. Primũ Annunciationis beatæ Mariæ incarnationisq; diuini verbi. Cũ.n. illud festum in quadragesima celebretur, cum ecclesia præcipuè attendit Christi passioni, prælati Hispaniæ placuit in Concilio Toletano decimo, quod tempore Recinsundi Gottorum regis celebratum est, vt hoc etiã tempore celebri festo incarnationis memoria ageretur. Secundum, quod hodie celebramus est, partus, expectationem, & aduentus Christi desiderium. Tertiũ denique festum agimus diem ppetuæ virginitatis Mariæ. Tres enim uenerũt in Hispaniam hæretici, vt suscitarẽt per uersum dogma Heluidij, quod mirè cõfutauerat Hieronymus eos uero confutauit sanctus Idelefonsus, & ideo meruit hac die à Beata Maria suscipere casulã. Vulgo dicitur, festum hoc Beatæ Mariæ. O: quic litera hac uniuersa, quæ diximus significat Incarnationem quidem, quia sicut in litera. O. principium iungitur fini, ita in incarnatione ille, qui ait, ego sum, principium humanæ naturæ copulatus est. Expectatio uero mundi, ad desiderium aduentus, ac natiuitatis Christi exprimitur apte per, O, quod optantis interiectio est. Et ideo ab hac die antiphonæ celebres, quarum initio. O. ponitur, inchoantur, quibus mundi desiderium exprimitur aduentus Christi Domini. O denique virginitatem Mariæ præclarè explicat, quia litera est omnino clausa, & ideo rectè illam significat, de qua Ezechiel ait, porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. Sed quid est, erit clausa principi? Certè princeps transuit per eam, & nihilominus clausá ei fuit, quia inuiolatus fuit partus. Simili uero ratione omnibus nobis clausã, & patens est, clausa virginitate, sed patẽs intercessione. Vnde de ea Psaltes ait. Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam, sed si iustis solum patet, quid miseri peccatores agẽt? Humilientur, & ad eam ueniat, vt gratiam obtineant humiliati ergo salutemus eam. Aue Maria.

Conci. Tolet.

B

Ioan. 8

C

Ez. 44

A

Desiderium, quo mundus desiderauit Xpi aduentum, & natiuitatẽ nullis verbis exprimi põt. Cum.n. innumeris permeretur malis, & oĩum remediũ in eo situm esset, illum summis uotis desiderauerunt. Adeo vt dictus sit desideriũ mũdi, & desideratus cunctis agentibus. Desiderauit ergo mundus Xpm, ut infirmus morti proximus medicũ, ut captiui redemptorem, ut obsessi ab hostib. liberatorem, ut mendici diuitẽ, qui eos aleret, ut subditi regẽ, qui eos à tyrãno eriperet. Hinc Iacob moriens ait. Salutare tuũ expectabo dñe. Est deniq; Xps. O. & desiderium mundi. Hoc est illud. O. Dauidis, cum dixit. O. si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehem, quæ est in porta. Nõ adeo ei in desiderijs fuit aqua cisternæ illius, q̃ alatam non bibit. Sed domino libauit potissimum ergo expetiuit Christum dominum, qui aqua illa est, de qua Propheta eam ẽt sicut Dauid sitiẽs, ait. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustũ, aperiatur terra, & germinet saluatorem. Hæc uero aqua cisternæ Bethlehemiticæ in porta esse describitur, quia in Maria est, quam orientalem portam diximus, & in Bethlehem nasciturus erat Christus Dominus.

Sed O. illud impletũ nobis est, quod antiquis in tantò fuit desiderio. Nec uero nos in eo pretio illud habemus, quo antiqui habuerunt. Confunder à erubesco, ait Bern. quod nos tepide cum suscipimus, quem prisci patres maximo desiderauerunt feruore. Accidit uero hac in re nobis, quod vulgo dici solet, bonum salutis non agnoscitur, nisi cum illa deest nobis, & infirmitate urgemur. Cum Christus aberat, tunc bonũ illius magis agnoscebatur, quia plura desiderabuntur in hominibus, quæ eis deerant. Sed quænam ista? multa plane,

Defun-

Agg. 2

B

Ge. 49.

1. Pa. 11

Esa. 64

C

Berna.

A Defunctis quidē manifestum est desiderari multa, qm̄ ī limbo tenebātur, donec Christus veniret. Viuis uero, qm̄ nouerant cæli ianuas occlusas, facta, & legem grām non conferre, nec uero facere ex attrito contritum, nisi forte circuncisionē, nec copiā grē, & auxilij cælestis, tunc
Esa. 32 cōcedi. Et hinc Esa. attendens pp inopiā grāæ paruā se, & reliquis prophetis fructum colligi, ab Apostolis uero eximiū, ac maximum propter grāæ animas irrigantis abundantiam, aiebat, ad Apostolos loquens. Beati, qui seminatis super omnes aquas. i. super terram irriguam, q̄ multum fructum dat. Felices ergo nos putemus, qui in lege gratiæ sumus, quib.
B Christus adest quibus ianua cæli aperta est quib. sacramenta plena gratia dātur, quibus effunditur gratia copiosa.

Sed nūc restat nobis aliquod O. quod optemus? Restat plane. Illud uero est, ut effectus aduentus Xpi in nobis compleatur, ut ille nobis, & in nobis nascat. O ēs
Sap. 5. .n. iniusti dicēt illud Sapiētis. Sol iustitię non ortus est nobis, quia licet uniuerso mundo Xp̄s nascatur, non tū omnibus proficit, illud ergo nūc O. n̄ostrum esse debet, ut illius participemus dona.

Nullus est, homo in hoc mundo, qui non habeat suum O. ut ita nunc loqui liceat, per O. vero desiderium intimū cordis accipe. Quidā. n. ait. O. Quis innumeras possideret diuitias, alias ait. Quis honores obtineret alius vero: O. quis delitijs frueret. Hæc O. vel desideria, Deo festū diē non agunt, imo infestū, uniuersa
Zac. 2. uero ista superflua O. ac desideria Chri-
C stus de medio tollere uoluit. Vn̄ ait Zacha. Et ego ero ei, ait dn̄s, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius O. O. O. fugite de terra Aquilonis, dicit dn̄s. O Sion fuge, quæ habitas apud filiā Babylonis. Lauda, & lætare filia Sion, quia ecce ego uenio, & habitabo in medio tui, ait dn̄s. O. illud Zach. diuersum aliquomodo est ab O. quod hodie celebramus, sed illius sn̄ia conuenit cum eo quod nunc dicebamus. Exhortātis. n. & uocātis est. O Zacha, ait. Ego uero ueniā in mundū, & ero in gloria in medio. Ecclesiæ, i. illā glorificabo, & ornabo, ideo

vos fideles fugite à Babylone. i. à mūdo A
hoc, qui nomine Babylonis sæpe in scriptura significat. Idipsum Propheta significat, q̄ B. Ioannes, cū ait: Fratres nolite 1. Io. 2.
diligere mundū, nec ea, q̄ in mūdo sunt. Nihil. n. in mūdo est desiderabile, nulla illius bona. O. dici possunt, qa illa clausa oīno litera est, nihil vero mundi cor claudit, & implet, solus Deus id pstat. Et si nosse vis, ad qd Deus factus sit homo certe, ut ista O. ac desideria carnis tolleret. Vn̄ Ecclesia. O admirabile cōmercium, & c. largitus est nobis suā deitatem. Sed q̄ūo O. ac desideria carnis abstulit homo factus? Certe duplici uia, ac rōne id fecit. Primo carnē assumpsit sine ijs, B
q̄ illa optat, ac desiderat, sine ciuitijs, honoribus, ac voluptatibus, q̄ oīa ille spreuit, ac nihili duxit, quo facto hominē docuit, illā spernere, ac p nihilo hr̄e. Idque mūdo accidit id uidenti, q̄ accidere solet Simile
ijs, q̄ falsas margaritas vendunt, & magno in ptio habēt, q̄ a putāt ptiosissimas esse, sed si adsit lapidarius, qui eas probe noscit, & illas despectui habeat, dicēs falsas, ac adulterinas esse, statim reliquū eas nihili ducunt. Simile qdē est regnū cęlo Ma. 13
rū homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Putabāt uero hoīes pretiosa esse, q̄ in mundo sunt, & uano colore decepti ęstimabāt hic veras eē diuitias, ac gloriā, sed de cælo venit rerū pōderator optimus, q̄ pretium oīum nouit, & hæc vniuersa vana esse ostendit, ea despexit, qd homo faciat id vidēs? Secundo vero C
id ipsum fecit, cū largitus est nobis suam deitatē, & hoīem diuinū fecit, sic. n. caduca, & peritura à corde facile abstulit. Sicut. n. virgo, quæ nuptias optat, si forte princeps maximus eā adamauerit, inferiores amatores statim despicit. Ita pfecto humana natura nupsit Verbo in Xpo, & aīæ nr̄æ illi desponsatæ cū sint, qd mirū si sola cælestia diligat, & terrena post habeat? O ergo ac desideriū nostrum Christus sit, & bona sp̄ialia, quæ ille detulit, quibus ipse possidet. Hoc O. restat in nobis implendum, & ideo illud nobis pręcipuo desiderio expetendū est.

Sed quoniam de tribus ijs, quæ initio diximus hodie celebrari, in Euangelio

A Philippus pr tot regna sibi subiungabat nihil.n.mihi relinquet, aiebat, qd ego faciam? Sic de Cyro, & alijs plura tradun tur similia. Ita plane Maria, q eo tandē processura erat, vt oēm superaret creaturam incōparabiliter, ab ineunte ætate huius magnitudinis indicia, & specimē prębuit, q ideo se Deo oīno consecrauit & virginitatē vouit. Cuius rei duplex ī ea rō fuit: Prior naturę Marię perfectio summa, pfectissima.n.ēt in natura condita fuit, vt ex ea pfectissima humanitatis Xpi sumeret, fuit.n.illa tela, ex qua sibi uestē confecit. Vnde natura pfectissima instigante magnanima fuit Maria, & nihil uile, & abiectū cogitabat, nedū faciebat. Est aūt fomitis infimæ nubere,
B & virginitatē amittere, ut cōstat ex illo, sub uiri ptāte eris, & ex illo qd Loth, ait,
Gen.3. hēo filias, humilitate eas. Atq; adeo Maria magnanima cum esset, sic humiliari
Ge.28. non pateretur. Sed potissima huius rei rō fuit sūma gratia Marię concessa, qua fomes oīno ab ea sublatus est, & tranqlitas in ea cœlestis fuit, & cogitationes oēs diuinę: cū vero diuinū qd sit virginē esse, ad id sēper illa aspirauit. Et licet ei postea pr filium suum dederit, id tñ fuit salua integritate, sicut.n.ille gñat filiū sine ulla corruptionē, ita & Maria generandū concessit, qa idē est filius. Actiones āt, q terminantur ad eūdē terminū. eodē modo fiunt. Licet.n. Maria hoiem peperit, sed is est, q in principio erat verbū. Verbi uero hæc est natura, ut sine mē
C tis corruptione producat, imo cū perfectione maxima, imo mentis corruptio perfecti verbi generationē nō patit, vt D. Thomas ait: qñ.n.mens non est integra nō pt pfecte concipere. Filius autem Marię est verbū pfectissimū, ideo necessaria sunt summa integras, vt cōciperet, & pareret. Hęc vero virginitas fuit summę laudis in Maria. Primo, qa cū res aliqua difficilis, ac ardua est, primus, q eā pficit, summā meret laudē, & amplissimā mercedē, plus q illi, q cū sequunt. Vt ille q indorū regionē prior penetrauit. Prima vero Maria fuit, q uirginitatis statū voto firmatū inuenit, q tantę laudis est, adeoq; arduus, ut de eo cęlestis magister dixerit. Qui pōt capere, capiat. Scdo uero eximiæ laudis ī Maria fuit virginitas pp finē, in quē ordinata fuit. Snia Augu- A Ma.19
stini est in libro de nuptijs matrimoniū Abrahæ ęquale fuisse virginitati Ioānis Augu.
nec in minori habēdū pcio, qa finis illi matrimonij fuit, vt Deus hō gigneret. Si ergo matrimoniū, q infimū est rōne huius finis adeo excelsū redditū est, q excelsa erit Marię virginitas, q in se altissima cū fuerit, meū finē directe ordinata fuit, & immediatè, vt Deū nobis oīe daret.

Sed attendēda sunt verba Lucæ. [Ad virginē desponsatam viro.] Qd optimū erat, virginitas, s.opertum erat desposatione exteriori, exterius non virgo apparebat, sed nupta interius, vero virgo erit. B
Iustorū namq; ingenium est, ut interiora magis pficere curēt, q exteriora. Hic sponsus ait Murenulas aureas faciemus Can.
tibi vermiculatas argento. Ecce aurū interius erat, Exterius vero argentū, quo vermiculatę erāt murę nulę. Sed an non melius foret, si e diuerso fieret, ut murænulę argenteæ essent, aurū vero de sup imponeretur (Ita plane efficiunt filij huius sæculi, quorum oīs gloria in exteriorib. est, exterius fulgent, interius fordēt, exterius sepulchra dealbata, & speciosa interius putredo, & vermis. Sed non ita iustus, imo vero ut Psaltes ait. Oīs glo- Psa.44
ria filiæ regis ab intus. Et ideo spōsa ait, Nigra sum, sed formosa, sicut taberna- Can.
cula Cedar, sicut pelles Salomonis, quæ exterius deformes, interius pulchræ. Sicut tabernaculū Dei, q interius aureum erat exterius pellibus operiebatur. Ideo C
laudans spōsus exteriora sponsæ, adijcit Can.4
absq, eo, q intrinsecus latet, id.n.nō laudat, quia maius est oī laude. Curandū ergo nobis est aīam pficere, ac ornare potius q corpus. Et cū aīa virtutū officijs ornatur, potius nobis curandum est interiora perficere, q exteriora, interius fulgeat aurum charitatis, & mortificatio passionum, ac mundi despectus, hęc enim interiora potiora cēlenda sunt.

Licet vero virgo desponsata esset, sed incognita viro, virgoq; purissima. voluit vero Deus carnem assumere ex purissima uirgine, qa affect futurus erat incē-

A nationis, vt caro nostra purificaretur, & caro carnem nō saperet, sed spiritū: omnis quippe caro per peccatum corrupperat uiam suam, sed in cārne uerbum Dei ponitur, ut diuina iam efficiatur, &
Ps. 83. cęlestis, ut dicere possimus cum Psalte. Cor meum, & caro mea exultauerūt, in Deum uiuum. Id vero efficitur, cum caro mortificata carnalia despicit, & cęlestia appetit, & aspera libenter amplecti
Ps. 102 tur, dices: Cinerem tanq̃ panē manducabam. Nec mirum, q̄ caro diuinum saporem contineat, cum Deum in se habeat. Ió nanque simile dr̃ regnum cęlo-
Ma. 13 rum fermento, q̄ accipiens mulier, abscōdit in farinę satis trib., donec fermentatum est totum. Insipida siquidem farina est, sed fermentum in ea positum sa-
B porem p̄stat. Ita carnem nostram, q̃ insipida fuerat, verbum Dei suscipiens, qđ fermentum est, cęlestem reddidit, & diuinus aduenit spiritus in carnem, q oēm illius gloriam abstulit, quæ flos fęni est.
Isa. 40 Quia oīs caro fęnum, & oīs gloria eius vt flos fęni. Exiccatum est fęnum, & cecidit flos, quia spiritus dñi insufflauit in eo. Ex diuina uerbi incarnatione, & ex eius spiritu ortum habuit, q̄ plures pueri, & puellæ mundum, & eius delicias spreuerint, ac reliquerint, & ad martyria alacres festinarint, quia insufflauit Deus in carnē, & flos illius cecidit. Posuerunt. Philistæi arcam iuxta Dagon,
1. Re. 5 quem illa deiecit continuo, & licet iterū cum erexerint, illa trucidat, qa Deus nō patitur carnem nostram sibi a latere es-
C se, quasi ęqualem, ideo caput tollit, non .n. illa caput erigere, sed obsequi, & seruire debet. Vbi Deus habitat, caro non dñatur, quod si illam dominari videas, lōge ab eo loco Deus est. Ad hoc ille venit in mundum, vt idola eius euerteret, ne ergo tu rursum ea erigas. Quicquid enī q̄ finem in anima erigis tua, idolum
Phil. 3. erigis, ió Paulus, Quorum Deus uenter est. Sicut ergo incensus carbo ponitur in plurimorum carbonum medio, vt eos incēdat, ita Christus homo factus, ignis consumens est, & in medio, omnium ponitur, ut nos igniat. Accedamus ergo ad eum precipue in Eucharistia, ut accendamus, & ignem cælestem participemus quem ille è cælis attulit. A

[Ingressus Angelus, &c.] De Angeli salutatione uide in concione de Annunciatione B. Mariæ. Nunc ad Mariæ responsionem, & turbationem ueniamus [Quæ cum audisset turbata est, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.] Nuncium ac legationem Angeli audiuimus, attendamus nunc facta, uerbaque Mariæ. Vnum ex his, in quibus dignitas, ac ualor, ut ita dicā, personæ alicuius ostenditur, est si legatum, qui ad se uenit super negotio maximo conficiendo, præclare audiat prudenterque eum tractet, ac illi apter r̄ndeat. Considera nunc Mariam, quæ legatum ex cælo suscepit Seraphinum altissimum, & negotium, qđ tractabatur, infiniti erat pōderis, & missus fuit a Deo. Videamus ergo, quō Maria cum eo se habeat, quidque illi respōdeat. Summæ enim eius uirtutes nunc præcipuè spleuduerunt, charitas, fides, spes, prudentia, humilitas, obedientia, uirginitas. Omnes enim hæ uirtutes nunc obuiam processerunt uenienti regi uirtutum, & in ciuitatem suam intrāti, & uniuersæ ornatæ sunt supra modū, ut regem exciperent suum. Et huius rei causa fuit, quod nunc supremis his uirtutum āctib. eo Maria processit, ut Dei digna mater efficeretur, ac eum mereretur in utero concipere. Scripsit uero ista Lucas, quæ a Maria excepit, cui fuit charissimus. Nunc fides præcipuam se ostendit credens ineffabile mysterium. Vnde ait B. Elisabeth, Beata, quæ credidisti, q̄m perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a dño. Nunc in Deū spes fulsit, dū ei se totam, & honorem suum cōmittit cum spōso uideri posset, eam adulteram ex aliquo hoīum concepisse. Nunc charitas oīum uirtutū regina processit. Cuius est unum facere cum dilecto, & Mariam sic Christo coniunxit, ut unū nunc reputentur. Nunc uirginitas eo processit, ut matris Dei dignitatem cum acciperet, doleret si uirginitatem amittere deberet. Nunc humilitas mirabilem se exhibuit, dum quæ in Dei matrem assumitur ancillam se nominat, Nunc prudentia B C Luc. 1.

A dentia apparet, dum turbata est in sermone Angeli, & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Sicut examen apum procedere solet ex suo paruo domicilio, ita ex Maria examen virtutum nunc procedit. Merito de ea pronunciauit Diuinus. Dion. cum eam intueri meruit, Iure virgo Maria abscondita hominũ oculis est, si enim in publicum prodiret, & cum hominibus cõuersaretur, infirmis occasio preberetur, vt idololatriæ efficerẽtur, eam enim, ut Deum uerum adorarent, videntes summa vultus maiestatem, & in verbis, ac factis prudentiam, ac omnium virtutum excellentiã. Ostendit uero Lucas omnino oppositam Euæ Mariam, & ex Euæ historia quasi texit Mariæ historiam. Sicut enim tunc missus est à Lucifero dęmon ad virginẽ desponsatam viro, cui nomen erat Adam, & nomen virginis Eua, & ingressus ad eam dixit, cur præcepit uobis Deus, &c. Ita nunc missus est Angelus Gabriel à Deo ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, & nomen virginis Maria. Sed nimium expendendum est, valdeque mirandum quod Eua turbata non sit, cum audiret dæmonem loquentem sibi per serpentem, id enim horrorem nunc inducere, & quasi cum serpentibus fuerit illa commorata, & cum dæmonibus conuersata, nihil timet, non turbatur. Quam diuersa ratione Maria procedit. prudens, & circunspecta est, ideo turbatur, etiam Angelica locutione, turbatur vero tanquam humilis de tam magnifica salutatione. Verbũ Græcum, quod habetur Ioan. 5. cum ait. Descendente Angelo turbabatur aqua. idẽ ponitur a Luca nunc, cum asserit, Mariam turbatam. Sed domina quid nunc turbaris? vbi magnanimus spiritus tu⁹. Audit Sara parituram se filium ab Angelo, & non turbatur, sed ridet, quid tu turbaris? Rñdet Bernardus, & Beda. Suspicata est, ne forte esset Angelus Sathanæ uidit epistolæ inscriptionem, nec sibi cõueniens videbatur. Optabat enim illa, ac postulabat à Deo ut ancilla, & serua esset matris Mesiæ, nunc uero assumi se videt in matrem Dei, & ideo cogitabat, qualis esset ista salutatio, Vbi græce habetur, quãta esset ista salutatio, quã grandis, quam magnifica, cum dicitur vnica inter mulieres, quod soli Mesiæ matri proprium erat.

Dion.

B

C

Ge. 19.

Bern. Beda.

Videns Angelus turbationem Mariæ ex humilitate procedere, vt sciat se Angelum esse lucis, eam iuuat in humilitate dicens. [Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Deum.] Quasi dicat. Non tibi do arrogantię causam, sed humilitatis, licet enim pręcipui, ac maximi sint tituli, quos tibi dedi, sed illi ex Dei gratia processerunt, non ex te, nec quisquam extolli debet ex his, quæ à gratia sunt. Inuenisti, ait, id est, casu inuenisti, id enim verbum græcum significat, qua si qui thesaurum reperit aliud agẽs, gratia ergo tibi concessa est Dei munere, nõ merito tuo. Sic Moysi ait, inuenisti, gratiam coram me, & noui te ex nomine. Et de Noe dicitur, inuenit gratiã coram Deo. Sic ẽt de Esther dicitur. Habuit Esther gratiam, & misericordiã coram Assuero super oẽs mulieres, & posuit diadema regni in capite eius. Id ipsum Marię cum Deo accidit. Non ergo oppositi sunt humilitati hi magni tituli, imo iuuant humilitatem in eo, qui nouit Dei dona esse. Hinc Sapiens, Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.

A

B

Ex. 33.

Gen. 6

Esth. 2

Eccl. 3

Tandem Maria ait. [Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum uerbum tuũ.] Mirabile profecto fuit verbũ illud Marię, fiat, cum quo illud, fiat vniuersorum hominum conuenit, de quo Ps. Et dicit omnis populus fiat, fiat Mirabile profecto fuit olim illud Dei, fiat, cũ dixit, fiat lux, & facta est lux, fiat firmamentum, & factum est cũ ipse dixit, & facta sunt uniuersa Maria profecto Dei potentia, qui uerbo suo tanta condidit, sed mirabilius est fiat Mariæ, quo effectum est, vt Deus homo fieret, facta enim lux est hominum, illuminans omnes, factum est cœlum in Christo domino. Ad Mariam ergo accedamus nos, vt verbo suo ac oratione in nobis fornicetur Christus, &c.

Ps. 104

C

A In festo S. Thomæ Apostoli.

*Thema. Quia uidisti me Thoma, credidisti, beati qui non uiderunt, & crediderunt.* Ioan. 20.

OMnia, quę sanctorum sunt, maxima sunt, quia illi maximi sunt, & ideo vniuersa, quę ad eos pertinent, magna digna consideratione. Inter, quę nō minimum est, quibus viis, ac modis Deus usus sit, vt ad se traheret vniuersos prędestinatos nullus eorum perierit, ut filios Dei, q erant dispersi, con-
Io. 11. gregaret in unum. Ad patrē ait. Quos de-
Io. 17. disti mihi ego custodiui, & nemo ex eis
B perijt. Qui nūc uniuersum mundi aurū congregaturus esset in unā massam, diuersis vijs, ac rationibus illud pficere deberet, aliud .n. ex infima terra, aliud ex mari, aliud ex hoc, aliud ex illo regno colligere deberet. Ita collecturus in unū Dei filios, qui erāt dispersi, Christus, dñs qui merito aurum dici possunt diuersis vijs, ac rationibus utitur, & ex diuersis locis cōgregat, hos ex Hispania, illos ab extremis terræ, alios ab insulis, hos ex Maurorum gente, illos ex Iudęa. Ideo
Esa. 43 Esa. ait. Ab oriente adducā semen tuum & ab occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, & da Austro noli prohibere affer filios meos de longinquo, & filias
C meas ab extremis terræ. In hoc opere qđ opus Dei dr̄ per excellentiā, sunt mirabilia Dei gesta, quę cum nobis manifeste ostēderit, in cœlo, mirabimur plane,
Apo. 5 & obstupescemus, dicentes illud Apoc. Redemisti nos dñe Deus in sanguine tuo ex oi tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnū. Fœlix certe prędestinati sors est, q Deus eo loco habet ut si oporteat, eius saluandi causa, uniuersum mundū euertet, nullo labori parcit. Quod adeo uerū est, vt hæc de causa uoluerit populū suū vniuersum in captiuitatē duci, ut aliqui ethnicorum, qui in sorte prædestinatorum erāt, salui fierent. Hoc manifestis
Th. 13 uerbis Thebias asserit, loquēs Israeliti. Ideo dispersit uos inter gentes, q̄ ignorant eū, vt uos enarretis mirabilia eius A
& faciatis scire eos, q a nō est alius Deus præter eū. Et hoc intendebat Angelus regni Persarum apud Danielem, cū re- Da. 10
sistebat Angelo Israelis, nec volebat populu Dei a captiuitate exire, vt pficerēt in melius aliqui Persæ. Et Chrys. de lau- Chry.
dibus Pauli asserit. Cum delata fuit uniuersa trib. Beniamin, relictos fuisse sexcentos viros, pp Paulum ex ea tribu nasciturum. Et tandē, sicut cum in animo Simile
tuo decreuisti rem aliquam tibi emere, quia nimirum tibi placuit, & nullū pretium non dare statuisti, vt eam habeas, licèt cures minori emere precio, tñ cum id perficere nequeas, uniuersum das, qđ venditor postulat, & aliquādo dicere soles: mitte manum in marsupium, & qđ volueris accipe. Ita Deus firmiter sta- B
tuit omnem prędestinatum ad se trahere, & nullum non pro eo precium dare, ideo q quid hac de causa facto opus fuerit, perficiet. Vide fœlicem hanc prædestinatorum sortem in Thoma, qui vnus ex eis, & inter præcipuos erat. Statuit ille Christi resurrectionem non credere, nisi eum uideat, & uulnera contrectaret, Deus uero id ei concedit, dicēs affer manum tuam, & mitte in latus meū &c. & noli esse incredulus, sed fidelis. Quasi ei dicat. Vniuersum, quod postulas pro anima tua, accipe, mitte manum in crumenam, & cape quod libuerit. Sic Act. 9.
etiā cum opportuit, iterum e cœlo descēdere pp Paulum, id fecit. Sunt. n. electi fructus, & finis mundi huius, cū vniuer- C
sa propter electos sūt condita. Quod si 2. Ti. 2
Paulus ait. Oĩa sustineo, ppter electos, vt & ipsi salutem cōsequantur, quid obsecro dicet electorum pater, & caput Xp̄s? Nullus ergo electorum tādem peribit, quicquid mundus, & demō machi- 2. Ti. 2
netur. Hinc Paulus. Sed firmū fundamētum Dei stat, habēs signacu'um hoc, cognouit dñs, qui sunt eius. Q. d. Licet Hymeneus, & Filetus hęretici current subuertere fidem, non poterunt; præcipuè in electis, quia fundamentum Dei firmum stat. Hoc vero fundamentum illi sunt, quos Deus uoluit fundamenta esse Ecclesiæ, firmiter perseuerantes in fi-

de

A de,& gratia,& ideo licet concurrant fu mina,& uenti nō decidēt. Et addit Paulus, habens hoc ſignacu'um, ideſt, hæc eſt ſignū huius firmitatis. Ioh.3. Qui autem acceperit teſtimonium eius, ſignauit,quia Deus uerax eſt. Et hoc eſt primum ſignaculum ex parte diuinæ prædeſtinationis,nouit dñs,qui ſūt eius. Et diſcedat ab iniquitate,omnis,qui inuocat nomen domini,quia.n. liberè operatur electus,ſecundum ſignum prædeſtinationis eſt,diſceſſus ab iniquitate. Hęc diuus Thomas in ea Pauli verba. Hoc vero ſignum electionis oſtenditur etiā hodie in Beato Thoma.

Eius uero fidelitas primum in Euangelio proponitur, cum credere noluit diſcipulis oib.annunciantib. Chriſti Reſurrectionem. Sed dices,in die ſanctorū ſolenni illud peragendū eſt, quod Sapiens ait,Sapientiā eius enarrabunt gētes, & laudē eius enūciabit Eccleſia. Qua ergo de cā ſtultitia,& infidelitas ſancti Thomę nobis ꝓponit: Multis qdē de cauſis.

Primo,ut diuina gloria,& miſericordia illuſtretur, q̄ nouit ex cōfracto uaſe mirabile vas efficere,ex uaſe cōtumeliç, vas gloriæ,uas admirabile,opus excelſi. Sic oñenſum Hieremiæ eſt in domo figuli,qui uas confractum rapuerit. Confractus Angelus eſt, non tñ reparatus, confractus homo reparator Dei miſericordia. Terga uertit Angelus Dei miſeri illum inſequutus Deus eſt,ſed in æternū dereliquit. Terga dedit homo Deo, & eum Deus pro ſua inſequitur bonitate. Hinc Eſaias ait. Et erunt oculi tui uidētes præceptorem tuum,& aures tuæ audient uerba poſt tergum monentis, hæc eſt uia. Quaſi uidebat hō Deum,cum in paradiſo ei bonum oſtēdit,ſed terga uertit Deo homo,cum ſuperbiēdo ab eo receſſit, non tñ cum Deus dereliquit, ut Angelum,ſed fugientem inſequitur, & audit homo fugiens uerba Dei poſt tergum monentis,hæc eſt uia. Simili rōne cum reliquis hoib. ſe habet Deus. Quaſi uidet Deum homo,qui in Dei gratia eſt qm̄ faciem ad Deum conuerſam habet. Sed terga uertit cum peccat, & Deū dereliquit.ſi cū alio hoie id faceret, iraſceretur ille, ac delinqueret deſpicientem ſe. Sed nō ſic Deus,quia miſericordia eius magna eſt ſuper nos,inſequitur Deus fugientes,obſecrat cōtemnentes, & reducere in amicitiā ſuā conatur hoſtes ſuos Infinitæ bonitatis indicium hoc eſt,quo Dei gloria p̄cipue illuſtrat, & cum q ſanctorum potius uelit Deum honorificari,q̄ ſe ipſum dicentib. vniuerſis illud Io. Illum oportet creſcere,me autem minui, dum Dei gloria illuſtretur gratiſſimum ſancto cuique eſt, ſi eius ingentia ſcelera vniuerſis manifeſta fiant.

Secūdo,ſanctorum peccat nobis manifeſta fiunt in die laudis ipſorum,quoniam in electis,præcipuè in principibus id diuina gratia effecit, vt in eo, in quo delinquerunt, poſtea adeo fuerunt inſignes uirtute,vt illud magis in eis ſit laude dignum.

Audiſti Magdalenæ in puram uitam ſcito ergo,poſtea ad Angelicam aſcendiſſe puritatē,& vbi abundauit delictu, ſuperabūdauit,& gratia,& quæ inſignis fuerat in immunditia, inſignior acta eſt in caſtitate. Audis Petri leuitatem,dum ad puellæ vocem Chriſtum negauit,intellige ſummum fidei firmitatem ei traditam,tanquam Eccleſiæ fundamento. Legiſti Pauli perſecutionem in ſanctos, ſcito, poſtea acerrimū fuiſſe Chriſti defenſorem,fidei propagatorem, & plura fidei cauſa patientem. Id ipſum Thomæ accidit, incredulus fuit, ſed poſtea ita fide enituit,vt diceret. [Dominus meus, & Deus meus.] Et eccleſia eius fidē nobis imitandam proponit. Vnde in oratione ait,& fidem eius congrua deuotione ſectemur. Qui in re Deo cum ſanctis id accidere ſolet,quod principi cum vaſe pretioſiſſimo, cuius forte baſis confracta fuit, non enim vas proijcit, aut collidit, ſed potius auri baſim ei confici iubet,quo vas pretioſius, ac pulchrius redditur. Ita profecto iuſtis accidit. De quibus Pſaltes ait. Cum ceciderit, non collidetur, frangitur quidem aliqua ex parte,ſed omnino perit,ideo Deus gratias,ac donis ſuis eū ſic ornat, & fracturam reſarcit,vt pretioſior redditur, quā antea fuerit.

Sed

Marginalia: A; B; Ecc.39; Hie.27; C; Eſa.30; A; Ioā.3.; B; C; Simile; Pſa.36

A Sed quodnam pctm̄ Thomę fuit? Voluit uidere, ut crederet, sic. n. ait. [Nisi videro in manib. eius &c. Duo nobis sunt magistri valde inter se diuersi sensus, & fides. Qui sēsu ducit, similis ē brutis, quorum ductor sensus est. Fides uero assentit non uisis. Sensus credere uoluit Tho. Cui similes hoīes sunt, q, nisi mercedem oculis eorum subijcias, nihil operantur cum tñ operari debeant fide, & spe futurorū. De qua re præclare. Oseas loquit, Ephraim uitula docta diligere triturā. & ego transiui sup pulchritudinem colli eius ascēdam sup Ephraim, arabit Iudas, & confringet sibi sulcos Iacob. In quorū uerborum explanationē notandū est, hoc distare inter triturantem, & arātem, q hos triturans coram oculis pabulum hēt, & pōt cū uoluerit cibum sumere, arans uero nō sic expectare. n. debet messem. Nunc ergo Oseas ait, populus meus diligit triturā, qa in tpalib. delectari caput, q habet coram oculis, & quæ capere pōt, cū uoluerit, pmisi ei tpalia, & caduca, & ille in eis sistit, diligit triturā. Sed ego faciam, vt aret, & cōfringat sulcos, i. ego docebo eum spūalia diligere, & contemplari, q non uidet, sed sperat. An nō ita edocti erāt illi, de quibus Paulus. Non contemplantib. nobis, q vñr, sed q non vñr, q. n. vñr tpalia sunt, q non vñr æterna. Hinc. Sapiens monet. Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & usq; ad canos inuenies sapientiam. Quasi is, qui arat, & qui seminat accede ad eā, & sustine bonos fructus illius, in opere. n. ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Quasi dicat. Sicut q seminat, & arat, in spe erat, non. n. pñs est fructus, sed absens, ita disciplinam suscipe, licet statim tibi merces nō reddatur, reddetur certè, sed sustine, i. expecta bonos fructus illius, noli sensu duci, sed fide. Vis oculis tuis subijciā hoīes diligentes trituram, & sensu non fide ductos? Si rex diceret, quoties hoīum quisq; confessus fuerit, & sacrā synaxim susceperit dabo ei mille aureos nummos, quot nā esset, qui hoc tpali premio illecti sacra sepius susciperent? Certè innumeri. Deus vero ait, dabo gratiam, & gloriā, & ferè nullus mouet. An non hæc maior merces? an nō merces magna nimis est certè, sed suam oculis cernit, statim reddit, hæc uero expectanda est, ille triturat, q illam accipit, hic, qui hanc seminat, & arat. Nunc ergo recte Sapiens ait, si agricula seminat, & arat spe fructus colligēdi, tu similiter operare, Quia ergo Tho. sensu duci uoluit, non fide, deliquit.

Ose. 10

B

2. Co. 4

Eccl. 6

C

Sed licet Tho. incredulus fuerit, & deliquerit, aliqd boni prę se ferebat, & ostēdebat. Et quodnam illud? Certè queādmodum is, qui nimio desiderio aliqd cupit, difficile credit, id se hēre, nisi uiderit, & manibus contrectauerit, ita Thomas præcipuo desiderio desiderauit Xpi Resurrectionem, & eum dilexerat nimiū, & ideo nō plene credit, Xpm suscitatum. Sicut si auarus dicas, thesaurus infinit⁹ est i agro tuo, nō credit, nisi uideat, Sicut Iacob, q uiderat intinctā sanguine tunicā Ioseph, nō credit undecī filijs dicētib. ipsum uiuere, & regnare in Aegypto, qa illud ualde cupiebat, & uehemēter filiū diligebat. Ita nunc. Tho. uiderat Xpi corpus sanguine intinctum, uiderat mortuū, cū nunc audit, eū uiueret, & regnare nō credit, nisi uideat, qa id ardēter desiderat. Pręcipuus uero Apostoli Thomæ amor in Xpm ostendit, cū reliqs Apostolis trepidātib. iterum uenire i Iudæam cum Xpo, ipse ait. Eamus, & nos, & moriamus cum illo. Mortē non timet, dū Xpm comitet. Persimilia verba ista Thomę sunt uerbis Ethai, qb. ad Dauid ait, uiuit dñs, & uiuit dñs meus rex, quia in quocunq; loco fueris, siue in morte, siue in uita, ibi erit seruus tuus. Quæ uerba magni fecit Dauid, & ideo eum ducem constituit unū de trib. q pręcipui erāt. Ita nobis datus in ducē Tho. est, præclarus profecto dux, qui mortem non timet. Pręclare Ethnicus, dixit, præstare exercitum ceruorum, in quo dux leo est, exercitui leonum, in quo ceruus dux preficitur. Preclarus ergo dux Thomas, qui leo est confidens, & ad nullius pauet occursū, nec ipsius, quidē mortis. Eam⁹, & nos, & moriamus cū illo. Dux quidē leo est nobis, sed uis nos uidere timidos ceruos? Thomas ait eam⁹, & moria-

A

B Gen. c. 27.

Ioā. 11.

C 2. Reg. 15.

A riantur, nos vero ire post Christum nomus ad uitã, pre eligis mori cum dem one, q̃ videre cum Xp̃o, mancipium diaboli esse, q̃ regnare cum Deo. Cum Xp̃s vocat te, quo putas te uocari? ad vitã, an ad mortem? Si in mortem vocareris, di-
Ioã. 10 cere deberes, eamus, & moriamur cum illo, sed ad vitã uocaris. Audi ipsum dicẽtem? Ego veni, vt vitã habeãt, & vt abundantius hẽant. Cum a dæmone vocaris,
Ps. 33. quo putas te uocari, nisi in mortem æternam? q.a, ut cælestis magister ait, fur nõ veni, nisi, vt mactet, & perdat. Hinc Ps. ait, Quis est hõ, qui vult vitã diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam a malo, q̃ labia tua ne loquantur dolum, diuerte a malo, & fac bonũ, inquire pa-
B cẽ. Hãc hodie offert Xp̃s dicens, pax vobis. Sed, ut incredulitatẽ Tho. auferat Iesus, & summa eũ fide polere faciat, iterũ Apostolis apparet, & tũc ibi Thomas erat, ad quẽ ait, [ infert digitũ tuũ, &c.] Loquitur verbum Dei verba amoris, & dulcedinis plena, verba, q̃ procedunt a pectore, & corde transfigo, nõ lancea solum, sed amore. Quasi pater videns filiũ aĩam agentẽ, qui ait, quid vis? fiat, vt uolueris. Et quemadmodum cum colũba
Gen. 8. reuertitur in arcã, educit manum Noe, & eam recipit in arcam, ita cum manũ suam Thomas mitteret in Christi latus per foramen illud misit manum suam Christus, & apprehendit Thomæ manum, & factus tunc ex coruo columba,
C & defert in ore oliuæ ramum confessionem, s.illã. [Dñs meus, & Deus meus.] Sed, o dñe mirabilia opera tua sunt, & q̃ humanum superant intellectũm, ante lucam venit Magdalena in monumentum aromatibus onusta, & cum discipuli recederent, ipsa non recessit, sed cum lachrymis ibi perseuerauit, appares ei tãdem; & tamen cum pedes tuos tangere uoluit, ais, noli me tangere, nec summitatem pedum tangere ei permisisti, nunc vero incredulo discipulo apparens, non solum pedes tangere permittis, sed manum mittere in vulnera, qua ratione singulare hoc donum ei concedis? Certe, quia necessarium hoc fuit, vt Thomę incredulitas tolleretur, & a initio concio-

nis diximus, nihil Deus relinquit, quod A
ad electi salutem necessarium sit.

Maximum profecto donum Thomæ concessum fuit, quis enim ad Nili origine peruenit? Quis ad fontẽ paradisi, vnde vniuersa terra irrigatur? En paradisi cęlectis fontes manu contrectat Thomas. O felix manus, q̃ in horologio mystico Achaz horam diuinæ miæ designas, & hominib. ostendis. Si ergo bona oĩa cupimus, manus, & cor, & nos vniuersos his Christi vulneribus applicemus. Similem dicit Paulus hoĩem germini, q̃ in trũco inseritur, ut fructum referat, quod Ro. 11
vim omnem a trunco recipit, in quo insertum est. Inserimur nos in Christo domino, ut fructum referamus, sed quo in loco? Certe vulnera Christi domini scil B
suræ sunt trunci, quę ideo facta sunt, vt eis nos inseramur. Si ergo his plagis adhæserimus, si in eas ingrediamur, omnem uim, ac virtutẽ accipiemus. Sic enim Thomæ accidit, cum primum ad hæc vulnera accessit, remedium inuenit. Solent aliquando infirmi ita male se habere, vt medicus dicat tollite eos, & du- Simile
cite in p̃riam, ibi.n. aera cõuenientia naturæ ipsorũ sunt, & terra natiua, ibi melius habebunt. Vulnera Christi p̃ria nr̃a sunt, in quibus nati, & renati Deo sum⁹ & in filios Dei regenerati, ibi omnis ęgritudo tollitur. Hinc de se refert Hiero- Hiero.
nymus, quod cum molestissimis carnis tentationibus vrgeretur, & nullo medicamine adhibito remedium inueniret C
ad vulnera Christi cum primum accederet, non medelam solam reperiebat, sed Angelicam experiebatur puritatem, Can. 2.
Vt ad hæc ueniamus, vulnera nos sponsus inuitat. Surge propera amica mea, columba mea, & veni in foraminib. petrę, in cauerna macerię. Si columba es pulchra, gratias age vulneribus Christi, coruus enim eras, natura filius irę accede ergo, & propera, nę distuleris, veni ad foramina petræ, ad Christi uulnera cauerna macerię uulnus est lateris. Opta- Ex. 33.
bat Moyses uidere faciem Dei, ad quem Deus, posteriora mea uidebis, ponam te in foramine petræ, nunc enim faciem meam uidere non poteris. In cęlo Dei faciem

A ciem cōtemplabimur, nūc uero in foraminib. petræ, in vulneribus Christi nostrum cor constituamus, illuc confugiamus in omni tentatione, sicut columba ad foramen petræ, si ab herodio insectetur. Si ergo videris animam tuam tentationibus impugnari, fuge tanquam columbæ ad foramen petræ, considera vulnera illa, in eis abscondere, & tutus eris quia ad turrem Dauid confugisti, altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum, ibi fortitudinem accipies, qua non solum ab inimicis non vincatis, sed eos superes, ac fugere facias. (Ps. 90.)

Vnde putas tantam fortitudinem in Apostolis fuisse, vt in oēm terram exiret sonus eorum? Vnde Thomas in ea virtute præditus est, ut usq; ad vltimos terræ fines peruenerit? Certè, quia in his B Christi vulneribus nidum constituerat. Expertus Thomas fuit vulnerum vim, & ideo perpetuo his vulneribus mente adhæsit. Sic etiam reliqui Apostoli egerunt, de quib. proinde Esa. ait. Qui sunt isti, qui, vt nubes volant? & quasi columbæ ad fenestras suas? Pręclara similitudine Apostolicam prædicationem propheta describit. Sicut.n. Sol mittens radios in mare, & terrā uapores sursum leuat, qui in nubem congelati, aquam continent, vento vero dicuntur per vniuersam terram, & eam irrigant. Ita veniēs Sol iustitię in mundum, & radios oculorum mittens in mare Gallileæ, & illos discipulos inde educit, ex alio loco alios, sursum eos leuauit, & doctrinæ sanctæ aqua salutari replet, ventus vero Spiritus sancti eos duxit, & dispersit per vniC uersum mundum, quem aqua doctrinæ impleuerunt, sed ita illorum mentes rigant, vt ipsi sibi sint simplices, vt columbæ, & ad fenestras volant, cum in Christi vulnera consideratione veniunt, ubi habitaculum sibi faciunt, & inde aquam hauriunt doctrinæ, quam in populos effundant. (Esa. 60)

Sed operæpretium erit nosse, quibus rationibus adductus sit Christus dominus, vt post resurrectionem suam vulnera reliquerit in carne gloriosa. Prior huius rei ratio est, ut gloriæ suę consuleret, (Augu. 20. de ciuit. c. 22.) sunt enim ei gloriosa vulnera in quibus A ipse præcipuè gloriatur. Augustinus asserit martyrum cicatrices post resurrectionem mensuras in eorum gloriam, si enim gloriatur nunc miles in vulnerib. acceptis in prælio contra infideles gesto, quid mirum glorietur martyr in vulneribus pro Christo susceptis? Fortiter miles agit, cum inimicum percutit, non cū perculitur, & tamen gloriatur de vulnere, quia signum est, quo ostenditur in prędio stetisse viriliter, & pugnasse i hostes. Sed fortissime agit martyr, cum vulnera patitur pro Christo, quid ergo mirū, si in eis glorietur, & ea in eius gloriā relinquantur in ęternū? Si ergo in gloriā Christi vulnera relicta sunt, ipse enim iurę in eis gloriatur, quia sola bonitate, B amore, & patris obedientia ea passus est Vnde ad patientes pro Christo Petrus ait. Quod enim est honoris, ꝙ gloriæ, & virtutis Dei super vos requiescet. Passionem dicit honorē, & gloriā Dei. Hinc (1. Pe. 4) attendenda est immensa Christi in nos misericordia, non solum pati pro nobis voluit, sed in passione gloriatur, ꝙ minoris misericordiæ non est, quā ipsa passio. Mirum quidem non est, hoīem gloriari de his, quæ Dei causa patitur admirandum valde, quod Deus glorietur in passione pro homine suscepta, & in sui gloriam seruet vulnera in carne sua.

Secundo, vulnera seruat, ut ostendat, nō pęnitere sese, quod passus pro nobis C fuerit. Posset forsan aliquis cogitare, visa hominum ingratitudine, pœnituisse Christum, quod pro ingratis passus sit, Pęnituit enim eum, quod hominem fecisset, quia omnis caro corruperat viam (Gen. 6.) suam, pęnituit eum, quod constituerit (Gen. 8.) Saul regem, quia inobediens fuit, simili (1. Reg. 15.) ratione penitere posset, quod homo factus sit, quod crucem subierit, sed quia de hac re pœnituit nunquam, nec pœnitebit, ideo vulnera seruat, nec delet. Sicut voluit, ut mortuus cum esset, lancea latus eius aperiretur, ut nouerimus nos ab eo diligi, etiam mortuo, Christi namque passio, non est passio duntaxat, sicut illius, q nunc a iudice damnatur in mortem, sed est etiam actio. Cum uunc a iu

dice

A dicit damnatur homo ad mortem patitur solum ideo ratione mortis illius a iudice inquiri oportet, qui eũ dãnat. Non talis mors Christi est, ipsi n. tradidit semetipsum in mortẽ, oblatus est, qa ipse uoluit, & ideo ait, nemo tollit aiam mea à me, & ego eã pono propria uolũtate ego in meipsum iniam fero, vt meã in homines dilectionẽ ostẽdam, & cadẽ de causa vulnera seruat, vt testes sint immensæ dilectionis Christi in nos. Iulio Cæsari renunciatum est, militem illius strenuum proditionem in ipsum Cæsarem machinari, quã suspicione commotus Cæsar fuit, id vero sciens miles ad Cæsarem venit, & ei cicatrices vulnerũ ostẽdit, q̃ passus ĩ bello fuerat ꝑ ipsius cã, quo
B facto plena fidelitatis ipsius satisfactionem Cæsar habuit. Vt ergo homo certus sit de Christi ipse dilectione, ut nihil dubitet, vulnera seruat, quæ sp ostendit.

Vidit Thomas Christi vulnera, & ideo similia pati voluit, relisque cõfessus est, vt verus minister fidei, ac Euangelij
Col. 1. esset. Sicut Paulus, qui ait. Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Quæ uerba difficilia sunt, qui enim deesse potest Christi passionibus,
D.Th. cum cõsummauerit una oblatione sanctificatos? Respondet Diuus Thomas in Paulum. Primo, Christus, & Eccle-
C sia sunt unum corpus mysticum, cuius caput Christus, Deus ergo prædestinauit merita, tum capitis, tum corporis, capitis infinita, membrorũ uero finita pro cuiusq; gradu, quæ præcipue attendutur secũdũ passiones sãctorũ. Adimpleo ergo (ait Pau.) merita mea, & passiones meas id est, addo merita mea meritis Christi.

Vel secundo (ait Diuus Thomas) Christus non solum passurus erat pro Ecclesia in carne propria, sed etiam in suis Apostolis, & martyribus, qui ad Ecclesiæ utilitatem passuri erant. Deerat ergo hoc, quod sicut Christus passus fuerat in persona propria, ita pateretur in membris suis, in Paulo, Thoma, & reliquis. Præmiserat Paulus, nunc reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, addit vero, nunc non solum Christus contulit primum beneficium dum
A proprium sanguinem pro nobis dedit, sed addit secundum, cum Apostolorum sanguinem fundit, quod deesse poterat,
Caiet. Paulũ. Caietanus ait, adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea, id est, ea, quæ desunt carni meæ passionum Christi, quod indubie uerum est, quousque enim quis ea uniuersa sustineat, quę Deus præordinauit, aliqua ei desunt ex Christi passionibus, aliquid ex Christi calice ei restat bibendum. Vel aliter adimpleo ea, quæ desunt passionib. Christi, scilicet, ut coniungantur passionibus
Chry. meis. Chrysostomus ait. His uerbis ostenditur Christi amor, qui paratus est, millies si oporteret, pro nobis pati, dum non contentus sua passione, etiam
B membra sua pro nobis sępe pati voluit. Vel forsan significat Paulus, hoc deesse passionib. Christi, quod ille exemplum fuit passionis innocentibus, cum innocens pateretur. Peccatoribus uero Paulus exemplum est patiendi, cum peccauerit, quod etiam Thomę accidit.

Visi Christi vulneribus Thomas ait: [Dominus meus, & Deus meus.] Pauca, & concisa loquitur verba, magna etenim, vel silentio, vel verborum concisione magis explicari solent. Vides amicum vehementissimo dolore stomachi laborantem, interrogas, nimius ne dolor est? & ille, tantus est, ut, & nihil amplius addit, sensum non perficit,
C dolore prohibente. Sic Psaltes anxietatem cordis explicat dicens: Anima
Psa. 11 mea turbata est valde, sed tu domine usquequo? Non ait, quando me liberabis, vsquequo nõ eripies, anxietas enim maxima uerba perficere nequit. Simili, ac potiori ratione uerum, hoc est in cœlestibus consolationibus, quæ enarrari non possunt, & ideo verbis concisis dici ea oportet, quia pro dignitate nullis verbis ualent explicari. Hinc Psal-
Psa. 88 tes. Beatus populus, qui scit iubilatio-
Greg. nem, iubilatio gaudium est, ait Gregorius, quod experiri licet, explicari tamen non potest. Qua ratione concisis verbis

A verbis de ea loqui sancti solent. Hinc
Ps. 115 Psaltes. Calix meus inebrians, nihil bis uerbis addidit Psaltes, concisa ei re liquit, quod enim additur, quam præclarus est, ab interprete additum est claritatis gratia, sed uersio Hieronymi ex Hebræo ostendit, ea uerba, quam præclarus est, dicta non esse a Dauide, qui calicem sanguinis Christi considerans, nihil pro dignitate de eo dicere ualuit. Ita nunc Thomas ait, Dominus meus, & Deus meus, propositionem non perficit, sensum non exprimit, quia sensu, & animo percepit, quod verbis exprimere non ualuit. In Manhu hæc expressa sunt, qui sicut illud explicari non potuit, & ideo Manhu dictum est, ita diuina consolatio nullis verbis exprimi ualet. Quod si iusti consolationes in
B hoc exilio tātæ sunt, si tantum gaudium Thomæ, cum Christi humanitatem uidit, quale, obsecro in cœlo gaudium erit uisa Christi humanitate gloriosissima, & diuinitate, quæ abyssus omnium bonorum est. Si Thomæ proponeres, ut unum è duobus eligeret, uel uniuersa mundi gaudia, uel gaudium, quod ex uisa Christi humanitate suscepit, sine dubio hoc præeligeret, illa respueret, & non similiter eligeremus, si nunc ea nobis optio daretur. Sic ergo omne mundi gaudium minus est gaudio, quod ex uiso corpore glorioso suscipitur quale obsecro gaudium erit ipsius beati, cuius uisio sola tantum parit
C gaudium? Si solum uidere in alio bonum illud, tantum gaudium parit, quale pariet possessio boni illius? & quale tandem possessio Dei, & uisio diuinitatis. certe omne bonum hos est, quo habito nihil restat appetendum. &c.

De Apostolis omnibus, propriæ habentur conciones, ideo nihil de communi hic ponitur. A

## In communi Euangelistarum.

*Thema. Designauit Dominus, & alios Septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam, &c. Luc. 10.*

CHristi Domini Ecclesiam usque ad mundi finem duraturam, certum est. Ipse enim dixit. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi, & regius Psal. Regnum tuum, regnum omnium sæculorum, & dominatio tua à generatione in generationem. Et Daniel, in diebus autem regnorum illorū suscitabat Deus cœli rægnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem, & consumet uniuersā regna hæc, & ipsum stabit in æternum. Sicut enim arborem seruas, ut fructum det, quem si non dat, succidis. Ita mundus hic propter electos seruatur, qui fructus illius sunt. Cum uero collectus fuerit numerus electorum, & completus, mundum finem accipiet, Deo ipsum iudicante. Ma. vl. B Ps. 144 Dan. 2 C

Sed quomodo ecclesia in finem durabit iustis, & fidelibus morientibus? Certe sicut hęc, & illa nobilium progenies, ac familia conseruatur in filijs, nepotibus, & natis natorum, & his, qui nascentur ab illis. Ita Ecclesiæ familia durat, ac durabit proper spiritualem generationem filiorum, ac nepotum. Primi quidem parentes Ecclesiæ Apostoli fuerunt, sed quoniam illi ex hac uita discessuri erant. Designauit Dominus, & alios septuagintas duos, quo facto ostendit, curiæ ei esse, alios, ac alios parentes ecclesię suę prouidere, quorum opéra illa durare possent.

Hinc Paulus. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quomodo Ro. 10

A do inuocabunt, quem non crediderunt? Quomodo credent eum, quem non audierunt? Quomodo audient sine prædicante? Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium pacē, euāgelizantium bona. Euangelistę ergo Doctores, & prædicatores sunt ecclesię parentes, q semine verbi Dei filios Deo generāt, quorum opera Ecclesia in æternum durabit. Merito Christus ait. Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in uineam suam, Hieronymus exponens illud Iob. Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumē suū, ait, frumentum est illud, de quo Christus ait, triticum autem congregare in horreum meum, hoc frumentum uiuum, qui sunt electi desiderant nubes, idest prædicatores. Sicut dicitur in Actibus. Rogabant Paulum, & Barnabam, vt loquerentur eis uerbum Dei: & nubes spargunt lumen doctrinę suæ. Et idem Hieronymus in epistola de tribus uirtutibus, edisserens illud Psa. Qui educit nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, ait: Apostoli, & discipuli Christi nubes fuerunt, qui ab extremo terræ, educti sunt, quia ab infimo, & humili loco vocati, humiles enim fecit nubes, de quibus Paulus, Puto quod Deus nos nouissimos Apostolos ostendit. Nō ergo ex consulibus fecit Apostolos, sed ex infimis, fulgura vero in pluuiam facit ait Hieron. quoniam dicunt naturaliū causarum scrutatores, quod fulgura ex nubium collisione generantur, more lilicum duriorum ques cum collisceris sibi, medicus ex iis ignis extritus elabitur atque ita cum fulgore pariter, & contritu mugire, tonitruo, scilicet, sonitum indicante concussis, & fulgura excussi luminis claritate; Si intellexisti exemplū, considera nunc nubes rationales; Moyses nubes erat, Iesus Naue nubes erat, isti, si secum colloquantur; ex sermonibus eorum fulgura micabit, Hieremias, & Baruc nubes erant, sermocinetur inuicem, & uidebis rutilare fulgura. Sic Paulus, & Siluanus duę nubes in unum conuenerunt, & ecce totum mundum

Hiero.

Iob. 37

B

Act. 14

Psl. 134

1. Co. 4

C

epistolarum eorū fulgor illluminat. Et sic fulgura in pluuiam abire facit, nos enim eorum irrigamur doctrina, ideo discipulos binos mittit, ut se mutuo iuuent, feriant & fulgurent. Hęc Hieronymus sicut ergo terræ infimæ uapores calore solis, sursum eleuati nubes fiunt, quę plura terram irrigant, ac fœcundant, fructibusque abundare faciūt, vt semper eorum generatio duret. Ita cum designauit Dns septuaginta duos discipulos, nubes ab extreme terrę eduxit, sursum eleuauit diuina gratia sua, à qua doctrinæ impleuit, & in mundum misit, vt illam irrigarent, & germina bona in æternum conseruarent. Et sic Ecclesiæ iurabit in finem, quia Deus fundauit eam in ęternum concedens ei parentes, qui semine verbi Dei eā reddant perpetuam. A

B

Hac ego de causa. [ Designauit Dominos & alios septuagintaduos ] Solebat Deus, vnum, aut alterum concionatorem populo suo mittere, nūc Esaiam, postea Hieremiam, nnnc Eliam, Deinde Eliseum, sed nunc postquam duodecim elegerat Apostolos, eosque miserat in Israel, septuaginta duos discipulos designat, eosque mittit in populum suum, Est uero eximij signum amoris, tot prędicatores mittere, qua in re maximam dilectionem in Ecclesiam ostendit, cum ei innumeros concionatores concedit. Hoc optabat Moyses, eū diceret. Quis det, ut omnis populus prophetet, & det eis Deus spiritum suum. Sed hoc Dei beneficium in condemnationem peccatorum cedet, cum tot Dei adinuentionibus, & diligentijs non profecerint. Hinc Ezech. Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. Cuius vltionis rationem inferius subiungit, dicens. Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius. Innumeri sudores ministrorū Dei sine ullo fructu sunt. Ideo Hieremias ait. Defecit sufflatorum in igne, consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum, vocate eos, qa dns proiecit illos. Similitudine etiā sima

Nu. 11

C

Ez. 24.

Iere. 6.

A tione igitur opus, vnde nullus est profectus, dicēte Ecclesiastico. Vnus ædificās alius destruens, qd prodest nisi labor? qs.n. medico credat consulēti diuersum ab eo, q ipse peragat? Dicit tibi quispiā, ne tenueris hanc uiā, peruersa.n.est, &
Ma.11 plures in ea grassatores sunt. Ipse vero eā ingredit viam, quō credes eū serio loqui? Quis non hęret exhortationem hostes insequēdi, cū ab eo fieret, qui ex parte hostium se tenet? Hinc Hier. Nō crediderunt reges terrę, & uniuersi habitatores orbis, pp peccata prophetarū eius.
Lu.14. Ideo uerbi Dei ministris Petrus ait. In quo admirantur, non concurrentib. uobis in eandem luxuriæ confusionem.

Mittit uero suos sicut agnos, eisq; mā dat. [Nolite portare sacculum, neque pe
B rā, &c.] Rectè agnis dr, vt non portent sacculū, &c. Sicut.n. agni gubernatio, & cura penes pastorē est, ita Xps ait. Mihi vos curæ estis, nihil vobis deficiet, cū ego pastor vobis sim. Audi quendam ex agnis id dicentē; Dns regit me, & nihil mihi deerit. Quis ex mūdi diuitib. aut ēt principib. dicere poterit, nihil mihi deerit? Solū agni nouelli Christi dñi id dicere pñt, ideo ab eis, q̄rit postea, Xps. Qñ nisi vos sine sacculo, & pera, nunqd aliqd defuit, vobis? Et rñderūt, nihil. Ideo
He.11 operarij dñr, qui in agro dñi laborant, quib. dñs cibaria mittit. Ab oī ergo terrena cura eos liberos, vult, vt tanto operi insistant: Pharao sacerdotib. suis prędia
C dedit liberè. Sed non sic Deus nr, qui ait ad Aaron. In terra eorū nihil possidebitis, neq; habebitis partem inter eos, ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Xps ergo suos prædicatores seruat, & pascit sine sacculo, & pera. Et de Dei pdicatore Noè ait D. Petrus, Noè iu
i.Ioā.1 stitię preconē custodiuit diluuiū mundo impiorū inducēs. Ex qb. verbis colligit, multa passum Noè cū prædicaret mundo, diluuiū, dñs vero eum custodiuit, q a prædicator erat iustitiæ diuinæ. Multo vero potius seruabit pcones misericordiæ suæ, discipulos, ēt sine sacculo, & pera. Refert D. Matthæus, dixisse discipulo Xpo dño, cum plurima ibi turba esset Desertus est locus, & hora iam præterit, rit, dimitte turbas, vt euntes in castella, A emat sibi escas, Iesus aūt dixit eis. Nō habent necesse ire, date illis vos manduca
Ps.21. re. Considerandū uerbū illud est, nō habent necesse ire, cū mecū sint, sed quale hoc verbū est illi, q ideo peccat, vt cib. ei nō deficiat? Si Xpm sequutus fueris, nihil tibi deerit, si ab eo recesseris, nihil bo
2.Co.c ni habebis. Sine sacculo, & pera suos Xps aluit, vt dicerent, nihil nobis defuit te quoq; pascet, si ei adhæseris. Cum ego Xpi discipuli hanc in Deū fiduciā mundo prędicare deberēt, oportuit, ut exemplo eā ostenderent euntes sine sacculo, & pera, ut docerēt oēs spem in Deum habere, ēt cum subsidia tpalia non essent, Hinc Esdras ait. Prædicaui ibi ieiunium B iuxta fluuium Ahaua, vt Affligeremur corā domino Deo nostro, & peteremus ab eo viā rectā nobis, & filijs nostris, vniuersęq; substātiæ nostræ, eru bui.n. pe
Simile tere à rege auxiliū, & eqtes, q defēderēt nos ab inimico in uia, q a dixerimus regi. Manus Dei nostri est sup oēs, q q̄rūt eū in bonitate, & imperiū eius, & fortitudo eius, & furor sup oēs, qui derelinquunt eū. Ieiunauimus, & rogauimus Deū p hoc, & euenit nobis psperè. Cū pdicasset Esdras Dei potētiā, erubuit petere auxiliares copias, opere etenim ostēdere debuit, q̄ ore prædicauerat. Sic ergo pdicator, q docturus est fiduciā in Deo contemptum temporalium, erubescere
Berna. debet, si terrenis imitatur, & illa hēat.
Gen. 2
Sed qua ratione suis Christus necessaria prouidit? [In quamcunq; domum C intraueritis, primum dicite, pax huic do
1.Reg. 18. mus, &c.] Vt ex Euangelio hoc, & ex Matthæo, & ex actis Apostolicis constat. Hoc ordine procedebant Xpi discipuli, dum irent in ciuitates ad prædicandum. Primo ingressi ciuitatem prędicabant Dei uerbum, & si aliquis eos inuitabat, in eius domum diuertebāt. Si nul
Ioā. 17 lus id præstitisset, interrogabant, quis di gnus sit hospitio eorum, i. quis in hac ciuitate est, deditus operibus misericordię & hospitalitatis.

Hic enim dignus est, vt suscipiat Apostolos, & Angelos, ut Abrahā, & Loth accidit, & dominum etiam Angelorum

A vt B. Greg. contigit. Cumq; ad hanc domum venirent, primum eã salutabant, dicẽtes. Pax huic domui. His vero verbis uim tribuit Xp̃s diuinam, vt his auditis cõmouerentur, q̃ digni erant, ad suscipiendos dñi discipulos. Postquã verbũ caro factũ est, mirabilem verbis tribuit efficaciam. In sacris id manifestum est, q̃ verbis cõficiuntur tanquã forma, Sed & alijs verbis vim impressit diuinã, cũ .n. misit duos discipulos, vt asinã, & pul
Ma.21 lum ei deferrẽt, ait. Si quis uobis aliquid dixerit, dicite, dñs his opus hẽt, & continuo dimittet eos. Vis ergo diuina in illis verbis erat, quib. auditis, statim dñi dederunt asinam, & pullũ. Similẽ uim
Luc.22 alijs verbis indidit, cũ ait. Dicite dño domus, apud te facio Pascha. Quib. auditis statim dñs ille acquieuit. Sic cũ discipu-
B los mitteret sine sacculo, & pera, dedit eis verba ista. Pax huic domui, quib. vi indidit diuinã, vt his auditis susciperent eius discipuli hospitio, & pp horum verborum vim dr̃ in Actib. Christianos in-
Acto.2 Exo.11 & 12. uenire gratiam apud oẽs. Cuius rei exẽplum olim præcessit, cũ pręcepit dñs peti ab Aegyptijs vasa aurea, & argentea, ait. n. dabit dñs gratiã populo suo corã Aegyptijs, & sic expoliauerũt Aegyptũ. Pro crumena ergo, & pera tulerunt discipuli verba ista: Pax huic domui. Quę
Luc.22 q audiebat, illis necessaria ministrabat. Vñ illi dñt. Nihil eis vnquam defuisse.

His vero verbis hanc uim Christus indidit, quia pacem, q̃ ipse attulit mundo, prędicabant nunciantes illũ, qui est pax nostra. Prius. n. quam hoi bellum indicat, pacẽ offert. Sicut populo suo præce-
C De.20. pit, cum ait: Qñ accesseris ad expugnandam ciuitatẽ, offeres ei primum pacem. Meritò Esa. Quam speciosi pedes euan-
Esa.52 gelizantium pacem. Sed quænã ista pax est? Attende, Deus noster in seipso nõ solum pacem hẽt, sed summa pax est, quia simplicissimus est, nec vllam habet compositionem, unde pax turbari solet. Et ideo cum humanam naturam cõdidit,
i.Co.14 pace eam stabiliuit, quia, ut Paulus ait. Non est Deus dissensionis, sed pacis. In natura integra, & innocentiæ statu totus homo pace plenus erit, ratio Deo subdebatur, rationi appetitus, & hoi vniuersa aĩantia, Tunc regnum Dei, quod intra hoĩem erat, pace fruebatur maxima, quia oĩa in suo erant ordine pp originalem iustitiam cuncta ordinantem. A
Sed turbata pax ista est, pomo discordię q dæmon intulit in hoc regnum, ut pacẽ de medio tolleret. Quo factũ est, vt ratio in Deum rebellauerit, caro contra rationem, & cuncta aĩantia contra hominem. Et factum statim est illud, q cœle- Luc.11
stis magister ait: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Quod ẽt Ethnici agnouerunt, cum eorum quidam dixit. Cõcordia res paruę crescunt, discor- Salust.⁹ i Catilinar. cõiur.
dia res magnæ dilabuntur. Ita hõ perditus, & miser, & relictus est, quasi ciuitas quæ uastatur. Rectè Sapiens ait, Deus fecit hoĩem rectũ, ipse vero immiscuit se infinitis quæstionib. Bene infinitas dicit q̃stiones, quia cum Deo, cum proximis, cũ aĩalibus, & cum seipso bellum gerit. B
Qũo ergo pacẽ recuperabimus? Plena quidem, & imperturbata pax seruatur ĩ aliam uitã, cũ in cælo sedebimus in pulchritudine pacis, & in requie opulenta. Illa quidem, omnimoda erit pax, in qua inimicus nullus est, & plenior multo, q̃ fuerit in innocẽtiæ statu, tunc. n. relictus homo est in manu consilij sui, & potuit pacem amittere, & hostes hr̃e. At in cœlo nullus erit hostis, nullũ bellũ. Sicut .n. cęlũ ipsũ materiale contraria nõ hẽt, & peregrinas impressiones induere nõ põt, ita eius ciues pace fruunt, quę turbari non põt. Hinc Psaltes Regius congratulatur cęlesti Hierusalem. Lauda Hie- Psa.12
rusalẽ dñm, lauda Deũ tuũ Sion, &c. Posuit fines tuos pace. & adipe frumẽti saciat tẽ. Vt hũc pacis locũ nobis aperiret, & occlusas fores ei⁹ referaret, venit Xp̃s princeps pacis. Hac pace frui in terra nõ possumus, hostes. n. nũc sunt, qui aduersus nos mi itant. Dęmon aduersari⁹ circuit quęrens, quẽ deuoret. Mũdus circũdat nos vndiq;, vt expugnet caro blanditur, ut decipiat. Et ideo armis nos indui oportet & strenue, acriterque pugnare marcet sine aduersario uirt⁹, & sicut oli relictus est Iebusęus ĩ terra promissa, ut Israel otio nõ marcesceret, sed exerceret C

ad

A ad pliũ. Ita nobis relicti sunt hostes, qb. cũ pugnemus, sicut boni milites Christi Iesu. Sed ais, quæ ergo nunc mihi pax relinquitur? Quam nam pacem. Audi Ps. Orietur in diebus eius iustitia, & abũdãtia pacis. Et Angeli eo nato canunt. In terra pax hoib. bonæ voluntatis, & Psa. Pax multa diligentib. legem tuã. Et demum Apostolus. Pax Dei, quæ exuperat oẽm sensum, custodiat corda vestra. Multa similia in scriptura sunt. Nec solum pacẽ allatam per Xpm nouimus, sed & abundantiam pacis, sic Ps. ait, ubi supra. Et Esa. Et declinabo super eã, qua si fluuium pacis. Pax ergo nobis a Xpo

Ma. 11

Lu. 14

B allata multiplex est. Prior cũ Deo ipso, à quo diuisi eramus per culpam. Peccata vr̃a, (ait Esa.) diuiserũt inter uos, & Deũ vestrũ, reconciliati verò sumus Deo per Xp̃i sanguinem, qua pacificauit ea, quæ ĩ cęlis, & terris sunt. Et ideo pax nr̃a dr̃. Satisfecit. n. patri de rigore iustitię pho minũ delictis. Simul vero gratia sua hominẽ ornauit, qua Deo ille subditus sit, & caro rõni, vt sic in hoĩs regno pax sit, dũ oĩa parent regi suo. Vnde cum infœlicem se Paulus dixisset pp intestinũ carnis bellum, subiũgit. Quis me liberabit de corpore mortis huius. Gratia Dei per Iesum Xp̃m. Pacem ẽt inter hoĩes stabiliuit, dum dissoluit maceriã diuidẽtẽ Iudæos, & Gentes, abrogans legem ueterem, & destruens idolatriam, vt vterq;

C populus conueniret in Christi lege, & sic filij Dei, qui erant dispersi, congregati sunt in unum. Dispersi quidẽ fideles erant, dum hi legem Moysi, illi uerò legem naturalẽ seruabant. Relicta utraq; lege, & Chr̃i sola seruata, pax cõstituta est. Et tandem cum vniuersa Xp̃i lex dilectionis sit, dilectio vero causa pacis est, lex pacis dici merito põt. Quam uero sit illa hoĩbus necessaria, ostendit facile, q̃ ipsi, qui pacẽ turbant, sine pace uiuere non pñt. Grassatores ipsi inter se pacem stabiliũt, ut uiuere possint. Quid q̃ efferа, & crudelissima aĩalia pacem seruant cũ his, q̃ suæ sunt speciei, sic aquilæ, leones, tigrides, uulpes, & lupi pacem inter sese seruant. Quid ergo mirum, si pacẽ seruare teneat homo, qui inter Dei crea

Ioã. 1

turas maximẽ unus est, nam Angeli oẽs specie inter se differunt, nec in eadẽ specie duo Angeli sunt, scdm D. Th. hoĩes uero unius specie, sunt. Et cętera animãtia non ita unum inter se sunt, ac homo. plura. n. in una specie creata à Deo sunt nec ab uno oẽs procreati. At in humana spẽ, unus conditus Adam est, ex quo Eua sumpta, à quib. hoĩes uniuersi originem ducunt, ut hæc consanguinitas eos uinculo pacis magis liget. Ideo hoĩem fecit aĩal sociale, simul ẽt infirmum, & alijs indigentem, ut sic uinculo pacis mutua necessitate copularentur. Et demũ adeo necessaria pax est, ut cum inter se inimicissimi dæmones sint, pacem tamẽ stabilierint, ut eorum regnũ durare possit. Vnde Christus ait, omne regnum in se diuisum desolabitur, si ergo Sathanas in seipsum diuisus est, quõ stabit regnũ eius? Si pacẽ seruant dæmones, ut noceant, an non hoĩes eã seruare tenentur, ut bene eis sit? Huius pacis pręclaram similitudinẽ Paul. Corin. proposuit, dicẽs. Nos unius corporis membra esse, ideoque inter nos eam seruandam pacem, q̃ membra inter se seruant, Pes namq; nõ dicit capiti, ego uolo caput esse, sed serui illi, ambulatq; eo, quo capiti cõuenit, oculus uidet pedibus, ut rectè ambulent manus laborant, reliquis membris, aures audiunt, quæ expediunt reliquis mẽbris. Vidistine aliquando, membra unius corporis inter se diuisa? Vidisti mẽbrũ, quod alteri nocere uelit, ẽt si læsum ab alio casu sit? Vnũ ergo corpus sumus fratres, vno uiuimus spiritu, eodem cibo, et potu alimur, eam ergo seruemus pacẽ, q̃ unũ corpus decet. Meritò ergo prædicatores Euãgelij pacẽ primũ annunciãt dicẽtes. Pax huic domui. De hac pace multa diximus in 2. to. Cõc. Dom. 1. post Pascha. Adiũgit Xp̃s dñs. [ Et si tibi fuerit filius pacis, requiescet super illũ pax uestra, sin autẽ ad uos reuertetur. ] En copiosam retributionẽ eius, qui Xp̃i discipulus excipit, qm̃ requiescet super eum pax, quam illi prædicant. Magnificus retributor Deus eis est, qui suos excipiunt, Abrahã Angelos suscipit, & ei promittit filius Isaac, & innumera ex eo posteri-

A

Ps. 21.

2. Co. 5

B

Simile

Berna.

Gen. 2

C

1 Reg. 8.

Ioã. 17

ritas, Loth Angelos suscipit, & ab eis eripitur ab incendio, Raab exploratores Iosue recipit, & libera, ac incolumis fuit
4.Re.4 cum omni domo sua, Et Eliseus promittit hospitæ suæ filium, quem et suscita-
3.Re.7 uit. Et Elias viduam sustetat apud q̃ fue
2.Re.6 rat hospitatus. Benedicitur domus Obededon pp arcam in qua lex erat uetus, Multo ergo magis benedicendus is este qui prædicatorem suscipit, qui arca est legis nouæ. Ex quo colligitur, ꝙ licet omnis eleēmosyna cuilibet pauperi elargita Deo sit grata, præcipue tñ illa, quę prędicatori datur. Qui est pauper voluntarius, cuius dr̃ regnum cęlorum esse, qui iudicaturus orbem est, & daturus locum
B in cælesti regno his, qui de mammona iniquitatis eum amicum fecerunt. En mercedem suscipientis prædicatorem, requiescet superillum pax uestra.

Sed quid illud significat. [Sin autē ad vos reuertetur?] Primum his uerbis significatur, non debere turbari discipulorum animos nec commoueri, si non suscipiantur hospitio. Ideo ait, ad vos reuertatur pax, quā hospiti precabamini, si uos non suscipit, Ne forte sitis similes Iacobo, & Ioanni, qui videntes, non su-
Luc. 6. scipi Christum à Samaritanis, dixerūt. Vis, dicamus, ut descendat ignis de cælo, qui eos absumat? Quib. ait animarū seruator. Nescitis, cuius spūs sitis. Non venit filius hominis animas perdere, sed saluare. Secundò illis verbis significat Christus, non fraudandum præmio prædicatorem suum, qui pacem annun-
C ciat, etiam si non excipiatur pax, tunc.n. ad prædicatorem reuertitur, quia ei premium conceditur laboris. Prædicauit Iacobus Hispania, & pauci admodum cōuersi sunt, prædicauerunt prophetę priores, & paruipendit Israel eos, cum doctrina sua, prædicauit Ionas in Niniue, & oēs conuersi sunt. Non ideo Ionas plenam mercedem recipiet, & reliqui secus. Meritum.n. prædicantis non ex cōuersione audientium pendet, sed ex Dei gratia, & dilectione, qua ille opus suum exercet.

Et tandem ait. [Nolite transire de domo in domū.] Quasi dicat, cum vos homines uiderint, eritis eis admirationi. A
Oēs cupient vos in domos ducere, vos nolite hospitiū mutare, loci.n. stabilitas conducit ad ai stabilitatem. Qui loci mutatione putat se melius habiturum, audiat illum. Cęlum non animum mutāt, qui trans mare currunt. Similes effecti Horat.
infirmis, qui putant melius habituros loci mutatione, quod tamen non ita est. Sicut ergo arbor, quæ uno in loco nō relinquitur radices mittere, & crescere, ac fructum ferē nequit. Ita, qui plura mutat loca, status, & munera, qui stabilis nō est. Hinc Sap. Si Spiritus ptātem habentis Ecc.10
ascenderit super te, tu locum tuum ne dimiseris. Et iterum. Confide in Deo, & Ecc.11
mane in loco tuo. Ideo Paul. monet. Fra 1.Co.15
tres stabiles estote, & immobiles. Et ite- 1.Th.4
rum. Rogamus uos fratres, ut operam B
det.s, ut quieti sitis, scitis, quemadmodū oporteat, imitari nos, quoniam non inquieti fuimus apud uos. Hinc ad inquietos Hierem. ait. Dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non pla Hie.14
cuit. Et Sapiens. Sicut auis transmigrās Pro.27
de nido suo, sic uir, qui relinquit locum suum in bonis suis. Animi uero instabilitas à peccato ortum habuit, dicēte Hieremia, peccatum peccauit Hierusalem, Thre.1
propterea instabilis facta est, Et ideo Iob ait. Si iniquitatem, quæ est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo, iniustitia, tunc lauare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis. Sic de Ioanne Christus pronun Iob 11.
ciat, non esse arundinem uento agitatam, quæ facile huc, illucque uertatur: Discurrit quidem per Mat.11
uniuersum mundum C
illuminet, sed hospitium, non mutat locum non desérit, à domo Dei non discedit, &c.

A In communi Martyris.

*Thema. Qui vult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me. Matt. 16.*

SAncti patres nihil magus voluerunt esse martyrio, & iure id quidē, cum Io. 13. Christus dominus dixerit. Maiorē hac dilectionem nemo habet, quam vt Mat. 10 animam suam ponat quis pro amicis suis. Et iterum. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Ratio uerò manifesta docet, innumera à Deo bona con cedi martyribus, quoniam illi adeo in Deum liberales extiterunt, ut uniuer- B sum substantiam, honorem, ac uitā pro Deo reliquerint. Quid ergo mirum, si Deus in eos magnificentissimus sit? Vni 2. Co. 9 uersum, quod pôt Deo offert martyr, maxima ergo dona recipiet. Paulus ait, Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: id est, qui copiosum semen spargit, copiosum in messe fructum colliget. Qui ergo seminauit vniuersum, quod potuit, vniuersa, quæ habuit, & seipsum proculdubio copiosos manipulos reportabit.

Maxime hoc verum habet, si Dei ingenium attendas. Hoc verò est, pro minimis maxima concedere, & ingratis C etiam, ac inimicis maxima præstare beneficia. Sæpe sæpius cum in Deum peccas. Dona ab eo recipis, & sibi inuicem occurrunt Dei beneficia, & peccata nostra. Qui ergo in hostes beneficus est, quãta suis bona præstabit, ijs præcipue, q seipsos, suaque omnia ei tradunt? non Ge. 22. se potuit continere Deus cum virilem Abrahæ animum attendit in filij sacrificio, sed ait. Per memetipsum iuraui, dicit Dñs, quia fecisti hanc rem, & nō pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Benedicam tibi, & multiplicabo semē tuū sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris. Et benedicentur in semine tuo oēs gentes terræ, quia obedisti uoci meæ. Quid ni hęc, & his maiora martyri dicantur, qui ut obediret Deo suo, non filium offerre voluit, sed seme A tipsum obtulit holocaustum Deo. Si calicem aquæ frigidæ æterna gloria munerat, si minimos suorum capillos, idest, cogitationes munerat, quibus muneribus eum prosequetur, qui se, suaque omnia ei tradidit?

Hinc colligunt sancti plura martyrū priuilegia. Primum, quod omnia peccata martyri remittuntur omnino, vt nulla ei in futuro sæculo maneat exoluēda pœna, licet prius grauissima scelera per- Aug. l. petrasset. Quia, ut dicit Aug. idem opera de ciu. tur martyrium in martyre, quod baptis c. 7. & l. mus in baptizato, baptismus uerò om- li. de u- nem culpam, & pœnam delet, ut docent ni. bap. omnes sancti, & Concilium. Tridenti- B num, ergo & martyrium. Ideo de martyribus Ioannes ait: Hi sunt, qui uenerunt de magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Apo. 7.

Ex hoc uerò priuilegio manifestè colligitur, quod peracta morte, statim in cęlum admittitur martyr, nulla facta mora, plena enim reddita satisfactione, nihil restat impedimenti. Hoc uerò in primo martyre Stephano manifeste o- Act. 7. stensum est, qui dixit: Ecce uideo cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris uirtutis Dei. Martyri etenim aperta est ianua regni cœlestis, nec morabit in eius introitu. Hinc ortum habuit celebris Augustini sententia, iniuriā facit marty- C ri, qui orat pro martyre. Quam pro- Au. se. bat Innocen. III. in capite, cum Mar- 17. de thæ, de celebratione missarum. Accidit uerb. ergo martyri, quod iusto latroni, qui au- Apost. dire meruit. Hodie mecum eris in para diso. O beata passio. O fœlix confessio Ma. 27 soluitur à corpore anima tormentis, sed suscipitur ab Angelis æternis triumphis. In momento omnia commutantur, loco carnificum Angeli, loco tormentorum gaudia, loco carcerum cœlum, loco tyranni Deus succedit. In pau cis uexati, in multis bene disponentur. Sap. 3. Tormenta enim breui tempore durarunt, sed gloria æterna succedet. Tormenta adinuenit hominum malitia, sed præmia, & coronas diuina bonitas,

A intendit nimium homo, vt torqueret, intendit Deus, vt premijs afficiat. Transijt tépestas, & anima quiescit in securo portu, & subito mutatio ista facta est. Sicut Ioseph è carcere ducitur in regnum Merito sibi martyres vsurpant illud Ps.
Gen.4. Ps.123. Anima nostra, sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Laquei enim fuerunt minæ, atque tortores, promissa vana, & blanditiæ, sed ex his omnibus incolumes eua serunt.

Tertiū demum martyrū priuilegiū, ꝗ ex ratione superius dicta colligit, est. Quod non solum gratia, ac gloria martyrib. cōfertur, sed maxima gratia, & pcipuè gloria, in qua ēt laureolis ornati sunt, & in choro sedent proximo Apo-
B stolis. Pro cuius rei intelligentia, notāda
Gre.40 Mo.c.8 est doctrina. Greg. Probatio, ait sanctitatis nō est signa facere, sed charitas i Deū & pximum. Nā qa vera virtus in amore est, non aūt in ostēsione miraculi, ve-
Ioā.13. ritas demonstrat, quę ait. In hoc cognoscēt oēs, qa mei discipuli estis, si dilectionē habueritis ad inuicē, qui. n. nō ait, in hoc cognoscetur, quia mei discipuli estis si signa feceritis, sed ait, si dilectionē habueritis, apertè indicat, quia veros Dei famulos non miracula, sed vera charitas pbat. Hæc Greg. Cum ergo martyr supremum charitatis signū pręstet dicē
Ioā.15. te dño. Maiorem hac dilectionē nemo habet, ꝙ vt animam ponat, qs pro amicis suis, manifestè colligitur, martyrem maxima gratia, ac gloria ornari, & ideo
C tanquam sanctissimum venerandum. Innocentes martyres licèt voluntate ppria martyres non fuerint, pręcipuo habentur loco, quo ergo in loco erunt, qui voluntate propria obtulerunt animas suas multis tormentis, & morti?

Diximus aliqua de martyrū magnitudine, ac celsitudine. Nobis verò id ac-
Chrys. cidere solet, (ait Chrys.) quod ijs, qui spectaculis publicis adsunt, vident. n. è fenestra gladiatores fortiter decertantes, alios cum bestijs pugnantes, gaudentque eo spectaculo, & laudāt strenuos athletas, at ipsi in certamen nō descendunt, nec simile aliquid patrare student. Ita nos martyrum certamina cōspicimus, A laudamus, ac celebramus, sed eos imitari nolumus, bellum ingredi recusamus. Nō ergo pigeat imitari, ꝙ celebrare delectat, socij eorum erimus, si tñ compatimur, vt cōglorificemur. Quia non coronabit, nisi q legitimè certauerit. Hoc vero in pposito nobis Euágelio docemur, quo nobis celestis magister ostēdit, qua ratione sanctos Martyres imitabimur.

Ait ego Matthæus, post insignē Petri de Christo confessionē, post eius laudē. Cępit Iesus dicere discipulis manifestè passinnē suā. [Tunc assumens eum Petrus, cępit increpare illum dicens, absit à te Dñe, non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro. Vade post me Sathana, scandalum es mihi, quia non sapis ea, q Dei sunt, sed quæ hominum. Tūc Iesus B dixit discipulis suis. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c.] Cū pater cœlestis Petrum docuit, mirabilē confessionem protulit, at cum caro, & sanguis eum docuit, nesciuit, quid diceret. Plurimæ erant humanæ rationes, quæ ostendebant sententiam Petri verā, dicētis, absit à te domine, non erit tibi hoc. Nec enim gloriæ Dei conueniēs passio uidebatur, nec autoritati doctrinæ Christi. Sed profundiora sunt diuina mysteria, & altior illius ratio, per crucē enim glorificandus Deus est, & eius doctrina stabilienda, nomē eius super omne nomen exaltandum, & homo redi- C mendus. Et ideo merito Christus Petrū uocat Sathanam, i. aduersarium; quia dum impedire conatur passionē, aduersatur glorie Dei, & hoīum saluti, & sic aduersarius Dei, & hoīum est. Quia in re solceret nobis intuendum est, plures nobis esse, qui amicos se simulant, qui nobis aduersarij sunt, quibus Sathanę nomen tribuere possumus. Et qui nam hi? Certe, qui alta, & sublimia re sequi suadent, qui crucem declinare, & uitam Christianam non amplecti consiliatur. Nec hi pauci sunt, plurimi enim in mundo fuerūt, & sunt, vnde Paul. Multi ambulant quos sæpe dicebam vobis, nunc aūt & flens dico, inimicos crucis Christi, qui terrena sapiunt, &c. si tpe Pauli Phil.3.
plures

A plures erant hmōi,an non plurimi nūc? Sed illis aureis sæculis si plures erantinimici crucis,plurimi erāt,qui crucē amarent,qui sanguinē fuderēt, q eos deplorarent,q inimici crucis erant, q honorē crucis augerēt. At nunc pauci admodū, qui hæc pstent. Sed obsecro,qd magisdolendū,ac deplorandū,q̄ videre fideles adeo alienos à uita Xpi ? Qui crucem in qua redēpti sunt,venerantur,sed moribus eā fugiunt,& horrent ? Qui terrena sapiunt,nec sapiunt,quę Dei sunt,sed quę hoīum,qui nescit crucem, nescit,q̄ Dei sunt. Duæ sunt uiæ,altera crucis , altera delectationis,quæ sunt sapientiæ,altera Christi,altera mundi , uia, & sapientia Xpi crux est,uia,& sapiētia carnis delectatio est. Sed uia crucis in cęlum ducit, uia carnis in infernum. Vidēs uero Xps patris sapientia uiam crucis ab hominibus exprobrandam,despectuiq; habendam,ac contradicendam esse , sicut Petrus cum ipso fecerat,cum eā carpsisset, conuersus ad discipulos ostendit , nullā aliam in cœlum uiam esse,& ideo uit.

[Qui uult uenire post me,abneget semetipsum, tollat crucē suā, & sequatur me.] Duo necessaria sūt ei,qui iter agit, primū,nosse terminum uiæ,quo pergit. Si.n.uiatorem offenderes,& interrogares,quo uiam dirigeret,& ille assereret, se nescire,diceres eum omnino stultum. Secundum , nosse uiam rectam,qua in terminum perueniat. Stultus enim iudicaretur,qui uiam teneret, quā nesciret, C si recta est. Omnis homo uiator est , iter capimus,cū nascitur, uiam agimus , dū uiuimus , uiam perficimus, cum morimur. Ferè nullus est adeo inscius,qui terminū uię non agnoscat,hic.n.Deus est, & beatitudo, quam omnis homo natura appetit,& hoc ipsum ait fidelis,Turca,& Iudæus . Terminum ergo uiæ oēs norunt. Sed uiā rectam soli fideles,reliq.n.uiam inferi tenēt. Magna Dei in nos mia fuit , dum uiam in cęlum rectā nos Sap.10. docuit,quam exaggerat Sapiens,cū ait: Iustum deduxit dns per uias rectas , & oñdit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum. Sed quæ nam scientia sanctorum est ? Certè nosse uiam rectā in cęlum, qui.n.illam tenēt sancti sunt, A Hoc petebat Psaltes,cum diceret : Vias tuas domine demonstra mihi , & semitas tuas edoce me. Psa.24.

Hoc ipsum erat, quod ardenti desiderio,flagitabat sponsa,cū ait? Indica mihi,quem diligit anima mea, ubi pascas, Can.1. ubi cubes in meridie, ne uagari incipiā, post greges sodalium tuorū . Viā agis,ò homo,in Deum,& maximi interest,rectā eam tenere,si.n.rectam uiā tenueris, Deum consequeris,si uero prauam,ī infernum descendes . Orandus ergo tibi Deus est,ut uiam rectam tibi demōstret Fidelis uiæ ductos Christus est , de quo olim prædixerat Esaias . Et erunt oculi Esa.30 tui uidentes pceptorem tuum , & aures B tuæ audient uerbum post tergum monē tis. Hæc est uia,ambulate in ea,& nōde clinetis ab ea,nec ad dexteram,nec ad sinistram. Hoc hodie Xps pręstat,docens uiam crucis, & abnegationis, ait ergo.

[Qui uult uenire post me.] Idest,quo ego uado] ad patrē,s. Dū ait.[Qui uult.] Duo significat,primum,arbitrij libertatem,quia ut Sapiens ait, Deus ab initio Ecc.15 constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Apposuit ignem,& aquam,ad quod uolueris , porrige manū tuam,ante hominem uita,& mors, bonum,& malum,quod placuerit ei,dabit illi. Quia tamen noluit hominem peccare,addit. Nemini mandauit impiè agere,& nemini dedit spacium peccandi. Concessit ergo homini libertatem, ut liberè operans mereretur,nō ut peccaret. C Ex quo patet,falso aliquos putare,ac dicere,non possum Christum sequi , non possum à uitijs abstinere. Cum enim liber sis arbitrio , & diuina gratia præsto sit uolenti uti illa,si uis,potes. Duplex hominis uoluntas est,efficax,& inefficax , qui uoluntate efficaci uult,oīa pōt , sed in eo,qui hominem confortat.

Si ergo potes,cur nō uis? Quę homini relinquitur excusatio,si ait,nolo uitam, nolo salutem æternam? Audi Psaltē clamātem. Quis est homo, qui uult uitam , Psal.1 diligit dies uidere bonos?

Sed quisnā hęc non uelit? Quis Christum sequi recuset? Certè uix unus est,q

A uelit uitā, q Xpm sequat. Hinc propheta. Circuite uias Hierusalē, & aspicite, & cōsiderate, & q̄rite in plateis eius, an inueniatis uirū, facientē iudicium, & q̄rētē fidē. Mirū hoc ualde, si.n. in plateis Damasci, aut Tyri nō inueniret homo hmōi, non adeo mirum esset. At in plateis Hierusalē, i Ecclesia, q̄s nō miretur. Nulla ergo hoi relinquitur excusatio, si iustus nō fuerit, si.n. uult, potest, nec.n. diceret cælestis magister: Qui uult, nisi uolens posset. Nec.n. dicit, qui uoluerit uolare uolet, id.n. fieri nequit.

Deinde cū ait. [Qui uult.] Innuit, eos qui ad eius obsequiū accedunt, nō ui, aut necessitate, sed uoluntate ppria, imo uo-
B luntate, ac desiderio, & affectu accedere dēe, ideo ait. [Qui uult.] Q.d. qui afficit obsequio meo, qui mihi adhærere caput, uoluntaria.n. obsequia mihi placent. Hinc Paul. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex
2. Cor. 9. necessitate, hilarē.n. datorē diligit Deus Id ipsum, q̄ Paulus de eleemosyna dixit de ieiunio Xps docuit, cū ait: Tu āt cum ieiunas, unge caput tuū, & faciem tuā laua. Hoc ipsum de oblatione facta ad tēpli constructionē scriptura sacra magnifecit. ait.n. Lætatusq; est populus, cū ista sponte promitterent, quia toto corde offerebant ea dño. Cuius rei gras Deo agit Dauid, dicens: Scio Deus meus, q̄ pbes corda, & simplicitatē diligas: Vnde, & ego in simplicitate cordis mei, lætus obtuli uniuersa hæc, & populū tuum, q
C hic repertus est, uidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria, dñe Deus custodi i æternū hanc uoluntatē cordis eorum, & sp in generationem tui mens ista permaneat. Gratissima Deo sunt munera, quę
Psal. 1. hac uoluntate, & affectu offerunt, ideo Ps. ait. Voluntariè sacrificabo tibi. Et licèt duo æra minuta offerant, maximā factā oblationē Xps dicit, quia prompto, ac alacri animo fit. Ideo ait. [Qui uult.]

Sed quid facturus est, qui uult sequi Xpm? quiā tenere dēt, ut in uitam perueniat: Certè. [Abneget semetipsum.] Sed quid est, seipsum negare? Id facile percipies, si attēdas, quid sit negare amicum. Erat tibi amicus intimus, ac familiarissimus, ab eo nunq̄ discedebas, eius uoluntati in omnib. parebas, in eadē domo, et mensa cum eo discumbebas. Forte expertus es, simulatum eum tibi amicum esse. ac proditionē i te cogitare, discessisti ab eo, iam cum eo non couersaris, eius uocem non audis, eius uoluntatē contemnis, hoc faciens, diceris negasse eum. Ita teipsum negare dēs, carni tuę adhęsisti, amicitias cū illa statuisti, ei? cupiditatib. obtēperabas. Nega ergo carnē tuam, q̄ pditionem in te machinat, ducit.n. te in ęternum interitum, discede ab ea, afflige eam, noli ei assentiri. Hoc est abnegare teipsum. Audi Paulū. Apparuit gra Dei oibus hoibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sęcularia desideria, sobriè, & iustè, & piè uiuamus in hoc sęculo. Vis teipsum abnegare? Nega carni oia desideria uana, & sęcularia. Hic Paulus. Mortificate mēbra uřa, quę sunt super terrā fornicationē, immunditiā, concupiscentiā malā, & auaritiā. Sed qua ratione Deus uult, ut abnegem⁹ nos? Certè ęgrotauit hō peccato, & iō medicus hois factus eū à plurib. abstinere pcipit. Priusquam hō peccaret, abnegatione opus nō erat, sicut ergo sano cibus, ac potus nō prohibet, infirmo uerò secus, ne noxius humor eū interimat. Ita hoi post peccatū media pcipitur, & amare datur potiones, & philobothomiæ, sic.n. praui humores passionum prædominātur, ut hoiem in interitum ducant, & perditionē, & iō carni parcè danda sunt necessaria, superflua vero, ac noxia neganda, & hoc est abegnare teipsum. Hinc Sapiēs. Post cōcupiscētias tuas ne eas, & à uolūtate tua auertere, si pręstes aię tuæ cōcupiscētias eius, faciet te in gaudiū inimicis tuis. Infirmi propriū est, ea maxime optare, ijsq; delectari, q̄ noxia sūt, & mortē illi afferūt, à quib. eum medicus abstinere, pcipit, nec.n. infirmi uolūtate, sed vtilitate ducit. Bonum uisum est, & pulchrum, ac suaue ad uescēdū pomū Euæ, nec dęmō vetuit ne comederet, imo sua sit, vt manducaret. Nec.n. dęmon tibi dicet, abstine, sed comede, At uero medic⁹, qui de cœlo venit, vt vitā homo hēat, & abundantius hēat, primā regulā tradit mediæ,

Margin (right column): A; B; C; Ecc. 18; Gen. 3

A mediæ, præcipitã noxijs abstinere. Et ait. Abneget semetipsũ. Noli duci à carne, sicut ductus iuuenis ille est, de quo Sap.
Prou.7 ait. Irretiuit illũ multis sermonib. & blã ditijs labiorũ pertraxit eũ. Statim eã sequitur, quasi bos ductus ad victimã, quasi bos ductus in macellũ, quasi passer ductus in laqueũ. Ideo audi me, & attéde verbis oris mei, nõ abstrahatur in vijs eius mens tua, nec decipiaris in semitis eius, nã viæ domus eius, viæ inferi. Hac vero in re cõsiliũ optimũ est, à plurib. etã abstinere licitis, & plura negare rũ carni, tũ propriæ voluntati, licèt licita sint, q necessaria nequaq sũt. In his etenim prius, & mortificationis labor exercet, & facilior homo reddit, ac promptior ad illicita neganda, cum & licita negare consueuit.

Sed qm satis nõ est, mala nõ agere, nisi
B & bona fiat; addit cœlestis magister em, q is præstare dét, q eũ sequit, dicens: [Tollat crucẽ suã.] Nõ ait, crucẽ mea, qa hãc
Chryſ. solus ille portare potuit. Sed suã, qa satis nõ est, ait Chryſ. qd Xps crucẽ tulerit, nisi tu tuã portes. Deinde cum ait, suã, significat, cuiq; peculiarẽ crucẽ datã esse, q tollat, huic paupertas data, illi infirma valetudo, illi difficile, morosumq; ingeniũ, q ferat. Deus crucẽ cuiq; aptã posuit, illã quisq; portet. Apparet quidem hoibus, melius illis futurũ, si crucẽ alterius portarẽt. Sed reuera ita nõ est, cuique. n. cõ-
Ma.25 uenietissimã Deus dedit, sicut & ta enta dimisit iuxta ppriã virtutẽ. Quẽadmodũ medicus cuiq; infirmo potionẽ amarã, & alia medicaméta tribuit conuenientia. Quæ crux tibi à Deo imposita est, maxi-
C mo cõueniẽs est, eã amplectere, eã subi. Multæ q dẽ cruces sunt, q à nobis tolli debent. Prior crux ipsa Xpi crux dicipotest. Dũ in memoria retinere debemus Xpi mortẽ, & crucẽ, vt firmum sit i nobis propositũ, potius mortẽ obeundi, q pctm vllum admittamus. Vt crux Xpi tibi sit crux, in qua crucifixus sis, ne manum, aut pedẽ moueas in pctm, hoc nos
Ro. 6. Paulus monet cũ ait. An ignoratis fres, quicũq; baptizati sumus, i Xpo, in morte ipsius baptizati sumus, vt iã i nouitate vitæ ambulemus, hoc scientes, qa vetus hõ nr̃ simul crucifixus est, cũ eo, vt destruatr corpus peccati, vt iã nõ seruiamus A
peccato. Hac vero de cã cũ puer baptizatur, cruce sæpius insignit, vt intelligat, se crucifixũ, nec sibi licere, mouere pedes,
aut manus in pctm. Confige timore tuo carnes meas, aiebat olim Ps. Sed iã amo Pſ.118
re cõfigendi sumus, videntes Chrm pro nobis cruci affixũ. Hinc Mala. Si affiget Mal.3.
hõ Deu, qa vos cõfigitis me. Q. d. nũ hõ affiget Deũ, vt de Deo faciat, q ei libuerit, & eũ in suã ducat uoluntatem, & nõ magis hõ affigendus est, vt Dei pareat pcepto? Secũdo crucem tollere debemus, & ita nos gerere in vita, ac si ille gerit, q crucem baiulat, vt i ea crucifigat. Sic. n. nobis agendũ in uita est, ac si statim morituri essemus. Er rãdẽ cũ videamus caput nr̃um cruci affixũ, pudeat membrũ B
viuere delicatum sub capite spinato, vt Ber. ait. Hoc nos monet Paul. cũ ait, Iesus vt sanctificaret p suũ sanguinẽ populũ, extra portã passus est, exeamus igitur ad eũ extra castra, improperiũ eius portãtes. Cũ. n. viderimus eũ, crucẽ ferentẽ, qd nobis agẽdũ restat, nisi crucẽ tollere, vitã asperã, & laboriosã ducere, vt dicere possim° cũ Paulo, cũ Xpo cõfixus sũ Gala.2
cruci, Cũ Xpo crucifixus est, q pedes ligatos hẽt, ne currãt i malũ, q tribulationes patiẽter tolerãt. Claui sint timor, & amor. Cõfige timore tuo carnes meas, Pſ.118
en timor clau° est, sed & clau° clauo trudit. Cũ pfecta charitas foras mittit timo 1.Io.5.
rẽ. Qui vero cũ Xpo crucifix° est, cũ eo & regnabit, socius illius i regno crucis, C
soci° erit regni cœlestis. Si rñ cõpatimur, vt conglorificemur. Adijcit verò Dñs. Rom.8
[Et sequat me.] Magna glã est seq Dñm, ait Sap. Satis vero hoc esse deberet, ut Ecc.23
eũ sequeremur, q socios nos illi adiũgamus. Ille socius nr̃ esse noluit, factus hõ, & hoc facto vniuersam naturam nr̃am exaltauit, nos ergo socij illius simus, vt cũ eo glorificemur, cũ Deo ambulemus, vt ad eĩ regiã pueniamus. De prisc. pa
trib. Enoc, & Noe scriptũ est. Cum Deo Gen.5. & 6.
ambularũt, qa Dei uoluntatẽ implebat, nos uero maxime cum Deo ambulare dicimur, q nõ solum voluntatẽ eius ope iplem°, sed & eum ducẽ seqmur, vt dicere possimus, illud Iob. Vestigia eius, &c. Iob 28
Opor-

A Oportet verò eũ pseuerantèr sequi, non sicut Israel, de quo scriptũ est. Cæpit tędere populũ itineris, ac laboris. Ne deficiamus, donec cursũ cõsummemus, sicut ille. Exultauit vt gigas ad currẽdã viã salutis nr̃ę, nec stetit, donec dixit. Cõsummatũ est, ita, & nos faciamus. Consummabit.n. tandẽ labor, sed premiũ, ac merces Dei manet in æternum. Quod si aspera, & difficilis via apparuerit, attende, præcedere Xp̃m dñm, qui difficiliorẽ crucẽ subijcit. Simul & attende martyres, qui vt Xp̃m sequerent, sanguinẽ fuderunt, tu verò minora passus es, cum eorum socius esse velis. Audi Paulũ. Nõdum vsq; ad sanguinẽ restitistis peccato repugnantes. Sicut ergo Eliseus Eliã sequebat, & cũ ille diceret, mane hic, ille aiebat, viuit dñs, qa non dimittam te, ita nos cum Christo rege gerere dẽmus. Licet ille ad nos diceret, mane hic, noli me in hoc labore, vel illo sequi, nos dicere B oportet. Viuit dñs, quia nõ dimittam te. Sic.n. Ethai rñdit Dauidi dicẽti sibi, mane in ciuitate cum rege, aiuit dñs, & viuit dñs meus rex, quia in quocunque loco fueris, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. Noli ergo in stadio stare, nec in medio cursu sistere, sed cursum consumma. Vt vero necessitatẽ eorum, quæ dicta sunt, ostendat dñs ait. (Qui.n. voluerit aĩam suam saluam facere, perdet eam, &c.] Quasi dicat, prius dixi. Si quis vult venire post me, quia voluntarium hoc est, nũc vero ad salutem dico, id necessarium esse. Si.n. quispiam velit aĩam saluam facere, oportet eam perdere abnegatione sui, ac mortificatione, simul ergo voluntarium, & necessarium C est, voluntarium, quia liberum cuiq; est, necessarium vero ad vitam æternam cõsequendam, & tandem concludit.

Nu. 21.

Mat. 27

Ecc. 18

Heb. 12

4. Re. 2

2. Re. 5

[Quid.n. prodest homini, si vniuersũ mundum lucret, &c.] Hanc rõnem desumit Xp̃s à sñia vulgi de perditione vitæ tp̃alis. Et est sensus. Sicut nemo adeò stultus est, vt velit iactura vitę huius corporalis lucrifacere, si possibile esset, vniuersum mundum, tum quod vita perdita nullus ei esset rerum huius mundi usus. Tum ꝙ vitam perditã nulla re recuperare posset. Sic multo magis stultum A est, lucro vitæ tp̃alis, imo totius mũdi facere verã aĩæ iacturã post hanc vitã, qñ ei nihil pdesse poterit acquisitio mundi præterea, nec pditam aĩam vlla re redimere poterit. Hoc.n. significant verba illa, q̃ sequunt. [Aut q̃ dabit hõ commutationẽ pro aĩa sua.] Deperdita, s. Aĩa eñ cum nõdum oĩno deperdita est, redimi põt, vnde Daniel ait Nabuchodonosori Peccata tua eleemosynis redime. At si semel perdatur oĩno, qđ fit, si decedat ex hac vita ĩ mortali culpa, redimi ullo modo non põt. Ideo Psaltes ait: Frater non redimit, redimet hõ? Non dabit Deo placationẽ suã, & precium redẽptionis aĩæ suæ, & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finẽ. Significat Psaltes, vanas B esse huius mundi diuitias, quib. effici nequit, vt mortẽ effugiat diues, ait ergo, nõ poterit diuitẽ iuuare frater, nec redimere à morte, nec ergo quiuis alius id præstabit. Nec dabit Deo pcium, quo vitã redimere possit, & viuat in finẽ. Vel altiore sensu significat, vanas esse diuitias, & nihil pdesse hoĩ, si vniuersum mũdum lucret, iacturã vero faciat aĩę suę in æternum. Quia cũ semel hanc vitã transierit, si primogenitus in multis fratribus Xp̃s non redimet hoĩem à morte æterna, minus ergo alius hoĩum eũ redimere poterit, licèt filios diuites relinquant, q eius memoriã habeãt, & p eo pia opera faciant. Tunc.n. frater Christus nec C placationẽ, nec pcium dabit Deo p aĩa in infernum trusa. Quia furor viri non parcet, nec suscipiet pro redẽptione dona plurima. Ex quo sequit, quod laboret in æternum in inferno, nec vlla morte finiatur eius labor. Et hæc Xp̃s ostendit verbis, quæ sequũtur. [Filius.n. hominis venturus est in gloria patris sui, & tunc reddet vnicuiq. scdm opera sua.] Et tũc non proderunt diuitiæ in die vltionis, nec mundi uniuersi acquisitio. Curandũ ergo nobis est, ut abnegatione, & cruce, ac Christi sequela, mereamur ab eo percipere ęternum regnum.

Dan. 4

Psa. 48

Prou. 6

Pro. 11

¶In cõi plurimorũ martyrũ uide in festo S. Sebastiani, & ĩ triũpho S. Crucis.

In

# In communi Confessoris pontificis.

*Thema. Homo quidam peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et dedit quinque talenta, &c. Matth. 25.*

NOn adeo timendum nobis est, si diuinis careto beneficijs, q̃ habitis male vti. Quid.n. pdest diuinis onerã donis, si illis in profectum tuum non veteris. Diuinis munerib. circundatum est humanum cor sicut terra cœlo. Est cor hoĩs velut centrum, in quod bñficiorũ sagittas Deus dirigit. Sed factus est Ephraim quasi columba seducta nõ
Ose. 7. habens cor, vt Oseas ait. Sicut.n. colum
B ba inter volatilia demẽtior hac in re est, quia laqueum videt, & circumspicit nihilominus tñ vt esca potiatur, in eum se conijcit. Ita miser homo oblitus omniũ bñficiorum Dei, vt parua delectatione fruatur in manifestum, ac visum laqueũ incidit, Sicut ergo qui thesaurum habet quo vti nescit, nihil hẽt, ita qui diuina re
2.Pe.2 cipit talenta, si lucrari eis non nouerit. Hinc Petrus. Melius.n. erat illis, non cognoscere viam iustitię, q̃ post agnitionẽ retrorsum conuerti. Et quo cognitio veritatis non solum non prosit, imo, & in
2.Re.8 malum cedat ei, qui ea vti nescit. Capilli Absalon pulcherrimi, ei mortis causa fuere, dum ex eis suspẽsus est in quercu. Ita verò nobis accidere solet, vt id, quod in nobis pulchrius est mortem adferat. Hinc mulieri pulchritudo, homini nobi
C litas, diuitiæ, potest perditionis materia fieri, dum eis gloriatur, vt Nabuchodonosori in Babylonia.

Hoc ego mente retineamus, quicqd à Deo accipimus, siue tẽporale, siue spirituale sit, talentum esse nobis concessum, vt eo negotiemur, & æterna nobis acquiramus. Et de omnibus ratio exigenda à nobis est, si eis in Dei gloriam, & animæ nostræ profectum non vsi fuerimus. Et vsque ad minimam temporis instans inquirendum à nobis est, si illo bene vsi sumus, cuius rationem si non dederimus, otiosè à nobis impensum iudicabitur. Rectè Greg. Cum crescunt dona, rationes etiam crescunt donorum. A
Et vę ei, qui plura recepit talenta, nec aliquid eis lucratus est. De quo Sapiẽs ait. Est, & aliud malum, quod vidi sub sole. Eccl.6.
Vir, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud, Hoc vanitas, & miseria magna est. Hic persimilis hõ est, cui Deus multa dedit, Sed iusto iudicio, & demeritis illius id exigẽtib. negat auxilium excellens, quo eis rectè vtatur in aĩæ salutem, & sic bona illa nocumento potius, quam cõmodo ei sunt. Sicut.n. nimius cibus lędit hominem, cum calor in stomacho nõ est, B
quo cum in substantiam aliti conuertat, Ita bona vniuersa, cum in homine calor non est charitatis, qua eis in bonum vtatur, nocumento esse solent.

Sed forsan dicus: Nimium hoc est, qd à nobis exigit Deus, quo modo.n. vniuersa bona in eius gloriam, & animę salutem insumere possumus? An non corpori, ac mundo in aliquibus indulgendum erit? Certè nimia in hoc Dei charitas apparet, vt mox ostendemus, si primum dixerimus, iure à nobis exigi, vt in gloriam, & obsequium Dei cuncta, referamus, quia in hunc finem duntaxat vniuersa creatura condita est, vt diuinæ gloriæ inseruiat. Et ideo merito Paulus 1. Cor.
ait. Siue ergo manducatis, siue bibitis, si 1.
ue aliud quid facitis, omnia in gloriam C
Dei facite. Sed præcipua in nos charitas ostenditur, dũ ex omnibus vtilitatem nobis comparari voluit, & vniuersa ita disposuit, vt saluti, & profectui nostro cõuenire vidit. Vidimus amantissimos parentes erga filios suos, qui curant, vt victus, vestitus, et habitatio cõmoda sint filijs, aptaque, ac conuenientia. Sed aliqua minima non curant. Vidimus partem filij amantissimum, qui curãt, vt aliquod graue negotium filius rectè peragat, ex quo magnam sibi vtilitatem acquirere possit. Sed in terra visus pater non est, qui ita filij vtilitatem quærat, vt ex omni cogitatione, verbo, & gressu filij vtilitatem

A tatem ei cedere velit, quiq; vniuersa etiã minima filio ita aptare curet, vt oĩa fint ei cõuenientissima, & ex oĩb. fructum sibi colligat. Merito ergo Iesus ait. Noli
Mat.23 te vocare vobis patrem super terram, vnus est. n. pr vester, qui in cęlis est, qui ita vestri amãtissimus est, ita commoda vestrã, & vtilitatem curat, vt vniuersa, & minima vobis aptauerit, vt ęternę saluti proficiant. Et ex vniuersis operib. sermonib. & cogitationib. lucrum, ac vtilitatem nobis adesse curet in ęternum.
Sap.16 Hinc Sapiens, Propter hoc oĩa tũc transfigurata (idest, relicta sua natura, in alterius vim versa) oĩum nutrici gratiæ tuæ deseruiebant ad voluntatem eorum, qui à te desiderati sunt, vt scirent filij tui,
B quos dilexisti, qm non natiuitatis fructus pascunt hões, sed sermo tuus hos, qui in te crediderunt conseruat. Si ergo Deus, quia nos diligit, curat, ut omnia nobis in bonum cedant, cur nos id ipsũ non curabimus? Ideo Paulus. Adiuuan
2.Co.6 tes uerò exhortamur, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis.

Vniuersa ergo diuina dona in libro ratione collecta sunt, & conscripta, ut de oĩum vsu rõ à nobis exigatur. Cauendũ ergo nobis est, & talentis negotiandum acceptis. Multi nunc in Curia sunt, qui à rege honores, & ptãtes, ac beneficia
Simile. postulant. Si vero rex in Hispania esset adeo prudens ac circunspectus, vt vnicuiq; eorũ, qui ab eo munera expectant, fidelissimum scribam adiungeret, q uniuersa eius uerba, ac facta considerans in
C libro scriberet, ut postea rex libro perlecto uideret, quantum meriti in vnoquoque illorum esset, vt iuxta cuiuiq; meritum ptãtes, & munera distribueret, quãta, obsecro, cura uiri illi essent, ne quid verbo, aut opere agerent, quod regi displiceret? Vniuersi nos contendimus à Deo obtinere æternum regnum, ptãtem infinitam, coronam immarcescibilem. Vnicuiq; vero nostrum adiunctus scriba fidelis est, qui in libro scribit vniuersas cogitationes, verba, ac opera nostra, vt eã vniuersa Deus uideat, ac perlegat, prius q̃ regnum concedat. Quem .n. alium eum esse putas hoĩem illũ, de quo

Ezech. ait, Vir vnus vestitus erat lineis, A Ezec.9 & atramentarium scriptoris ad renes eius? Certè insequit te iugiter Angelus custos, & dęmon, q̃ vniuersa, q̃ agis considerant, hic mala, ille bona, vt Deo referant. Aperient aliqñ libri hi, & vt Ioan- Ap.20. nes ait. Aperti sunt libri, & iudicati sunt mortus, ex his, q̃ scripta erant in libris. Cura ergo, ne quid indignum Dei conspectu agas, ne quid turpe, quod in libro dæmon contra te scribere possit. Videamus nunc in Euangelio talentorum distributionẽ, & rõnem, quam de eis serui reddiderunt. Ait ergo cęlestis magister,

Homo quidã peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, vni dedit quinq; talenta, &c. Non illi talenta surripiũt, sed à dño accipiunt. B Ora ergo Deũ, ut ille tibi det statũ, munus dignitatem, diuitias, nec tu vsurpes, sed à Dei manu illa accipe. Vt nemo assumat sibi honorẽ, sed q uocat a Deo tã- Eccl.2. quam Aaron. Qd. n. tibi Deus dederit, conueniens erit. Huius uero rei duplex est rõ, Prima, quia vt Sapiens ait: Oculi dñi multo plus lucidiores sunt super solem circunspicientes oẽs uias hoium, & Simile profundũ abyssi, qui ergo oĩa uidet, nouit quid magis expediat. Accidit aliqñ, homo iter agens ueniat ad caput duarum uiarum, & in biuio positus, dubitet, q nam via ei capienda sit. Videt initia viarum duntaxat, non media, ac fines, & aliqñ viam eligit prauam, & optimam derelinquit, quia initia solum uidens, attendit, huius initiũ bonum esse, C illius uero difficile, decipit uero, q a uniuersam uiã non uidet. Ille ergo rectè de uia capescenda iudicare posset, qui uniuersam uiã uideret, & discrimina, quę in eã sunt. Ita oĩno homo facile uiam prauam tenebit, & rectam declinabit, si sibi fides, uiam arripuerit, qua initia uię duntaxat uidet, non uero pericula, & labores, qui postea ostendendi sunt. Hinc Sa- Pro.14 piens. Est uia, quæ uĩ homini iusta, no- Pro.19 uissima aũt eius ducunt ad mortem. Et enim. Est uia, quæ uidetur homini recta, & nouissima ei? ducunt ad mortẽ. Deus ergo, qui uniuersa circunspicit, pronunciare recte potest, quænam tenenda sit uia,

A uia, ideo exorandus à nobis est, ut uiæ ignaros dirigat in piam pacis.

Seda huius rei rō est: Quia si statū, & munus à Dei manu accepisti, in oī discrimine, ac difficultate, cum tibi occurrit, libere Deum adire poteris, & si ab eo auxiliū postulare, quia ille tibi mun⁹ illud iniunxit: Et aderit ille tibi, sicut adfuit Moysi, quem ipse in ducē populi elegerat, in multis periculis, q̄ ipsi obuenerūt. Si uerò Dei neglecto cōsilio, amicorum arbitratu, & uoluntate tua, munus susceperis, merito à Deo derelinqueris, cum postea in discrimina incideris, & tibi Deus iustè dicet, uade ad eos, quorum cōsilio munus, ac statū suscepisti, ut tibi auxilio sint. Sic Esaias ait. Opera tua non

Esa. 57 ꝓderunt tibi, cū clamaueris, liberent te

B congregati tui, & oēs eos auferet uentus tollet aurat. Cōgregatos dicit eos, quos hō in cōsiliū uocauerat. Rectè uerò ait, eorū cōsilio mun⁹ suscepisti, eorū auxilio ꝑfice. Hinc & Oseas ait: Proiecit Is-

Oseę 7 rael bonū, inimicus ꝑsequet eum. Ipsi regnauerunt, & nō ex me, principes extiterunt, & nō cognoui. Decreuerat De⁹ liberare Israel per Machebæos, illis hoc munus demādauit, & auxilio eis fuit. Sed dr in 1. Macha. lib. Iosephus, & Azarias audientes magnalia Iudæ, & Ionathæ dixerunt. Faciamus, & ipsi nobis nomē, & eamus pugnemus aduersus gentes, q̄ in circuitu oro sunt. Existimantes fortiter se facturos. Sed fugati sūt cū magna plaga. Cuius rei rōnem scriptura reddit,

C dicēs: Ipsi aūt nō erāt de semine uirorū

Iud 10 illorū, p quos salus facta est in Israel. Nō erāt electi à Deo ad id muneris, & iō ꝑfecerūt nihil. Sepius Deūs nr̄ hoīes misit ad Deos illos, quos coluerūt, ut eos liberēt, & iure id ꝑdē. Sic filij Israel pcti ueterib. iūgētes noua, fecerunt malum in cōspectu dn̄i, & seruierūt idolis Baalim, & astaroth, dimiserunt; dn̄m. Cōtra quos dn̄s iratus tradidit eos i man⁹ Philistij, afflictiq; sunt uehementer. Et clamantes ad dn̄m dixerūt. Peccauimus tibi, qa derelinquimus Deum nr̄um, & seruiuim⁹ Baalim. Quib. locutus ē dn̄s. Nō addā, ut ultra uos liberē. Ita, & inuocate Deos, quos elegistis, ipsi uos liberēt

A in tpe angustię. Ita oīno Deus eos derelinquere solet, q eū dereliquerunt, q ab eo talēta nō acceperūt. Vt ergo tibi De⁹ auxilio sit, ab eo pete tibi dari bona, ac talenta. q b. proficias. Nouit Deus, quid cuiq; conueniēs sit, & iō ab eo postulandū. His reb. certè ꝑficies, quas tibi Deus dederit. Sicut i naturalib. sunt regiones aptè frugib. ferēdis, aliæ uino, & oleo, aliæ metallis, & ferro, & ea tibi abundāt, qa terrę cōueniūt, Deus uero id sciēs oia in aptissimo collocauit loco. Ita i eo munere, ac officio crescet, in quo à Deo collocatus fueris. Ab eo ergo talenta pete.

Sed usu tribuit. [Quinq; talēta alij uero duo, alij uero unū.] Diuersimode bona sua distribuit, nec tn̄ cōqueri pt, q minus accepit. Primo, qa dn̄s est bonorum

B suorum, nec cuiq̄ aliqd dēt. Et iō merito dr̄. Diuidēs singulis, ꝓut uult. Satis uero est, ꝙ sic ille uelit, ut rectū sit. Hinc Psa. 1. Cor. 12. Iudicia dn̄i uera, iustificata in semetipsa. Aliorū iudicia, & uoluntates, iustificata esse pn̄t, sed nō in semetipsis, nā à regula extrinseca mensuranē. Vnde iusta s Psa. 18 int regula. Sed regula ipsa iusta est i seipsa, qa non est aliud, p ꝙ regulat. Ita plane uoluntas nr̄a recta erit, cū diuinæ cōmensurata fuerit. Diuina uero uolūtas in se ipsa iusta est. Nullus ergo iure dicere ualet. Cur mihi minus cōcessit Deus, illi uero magis? Oībus ex gratia dat, nec quicq̄ alicui dēt. Nec dicere lutū pt figulo, quare sic me fecisti? Sedo, si inæqualiter bona distribuit unicuiq; dat s̄m propriā uirtutem, ut hodie in Euangelio dr̄.

C Quasi dicat Cui q; dedit id, ꝙ naturæ, & ingenio cuiusq; maximè cōueniēs erat. Nec plura tibi dat, qa eis nōn bn̄ utereris. Qua rōne nō solū iustè, uerū, & misericorditer plura Deus negat nouit. n. hoiem non bn̄ eis usurum. Ideo Isaias ait. Neq; audisti, neq; cognouisti, nec ex tunc aperta est auris tua. Scio. n. quia ꝑuaricans, ꝑuaricaberis, & transgressorē ex utero uocaui te. Qui unū talentum acGen. 2 cipit, & in terra abscondit. si plura recepisset, & abscondisset, & maiorem incurreret damnationem. Cōquereris, & ais, minimam mihi dedit Deus substantiam, & salutem. Stulte his, quæ habes

male

A male vteris, quid ageres, si plura recepisses? Esto fidelis in minimo, quod accepisti, vt super multa constituaris.

Tertio demum inæqualitas nō est in tpalium distributione bonorum, qa, vt Paulus ait: Qui multa, non abundauit, & qui modicum, non minorauit. Hoc vero Paulus collegit ex illo Exodi. Collegerunt, alius plus, alius minus, & mēsi sunt ad mensuram gomor. Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus. Sed singuli iuxta id, q edere poterant, congregauerunt. Ex quo colligitur, non plus hr̄e eum, qui quinq; talenta habet, quam ille, qui vnum. Sed ille plus habet, qui eo quod recepit, vtitur melius, & ille min⁹ habet, qui plurib. acceptis minus bene vtitur. Preclare ait Epictetus Platonicus in Enchiridion capite 22. Vitam hominum similem esse comædiæ, in qua quisq; suam agit personam. In comœdia vero nihil tua refert, si hanc vel illam psonam agendam susceperis. Illud uerò plurimum interest, si q̄ suscepisti personā conuenientissimè agas. Si pauperis personā agis, si diuitis, si serui, si dn̄i, si discipuli, si magistri, nō tibi curandum est vt alterius sumas personam, sed tuā probè age, quæcunq; illa sit, & plus oīb. placebis, licet infimā personam agas. Nec enim in comædia ille potior est, qui digniorem personam agit, sed ille, qui melius susceptam personam agit, licèt illa infima sit. Ideo si pauperes, cogita pauperis psonam agendā tibi à Deo demandatum, hanc personam optimè age, & eo plurimum placebis, & sic in alijs. Nō ergo minus habet q minus accepit, sed qui minus bene acceptis vtitur. Quia vero hæc intellexisse, plurimum refert, exēplis nobis ostendendum est. Quantum primum in tpe statuamus. Recipiunt duo nitæ tp̄s inæquale, hic plus, ille minus. Certè alter vnum talentum accepit, alter vero duo. Tp̄s.n. talentum est pretiosum, quo vitam æternam negotiari possum⁹. Nihil est in tpalib. quod magis nostrum sit, q̄ tp̄s, illud præcipuè nobis De⁹ dare dr̄, quia semper nobis præmanibus est, nec quisquā auferre valet, & eo vtimur pro libito. Alia vero caduca, & peritura potius nobis accommodant, q̄ dantur, facile.n. à nobis tolluntur. Hinc Seneca lib. 1. epist. 1. & 6. Oīa mi Lucille aliena sunt, tp̄s tñ nostrum est. Si alia deficiant in vita, tp̄s tñ deficere non pōt, quocunque ieris, tēpus sequit̄. Sed recipit vnus parum tpis, alius vero multum, non ideo hic melior, sed ille, q tēpore melius vti nouerit, & plus vnius pficit vno die, q̄ alter vno anno. Et amplius viuere dr̄ iustus, licèt paruo viuat tpe, q̄ peccator multo. Hinc Sapiens de iusto ait. Consummatus in breui expleuit tpa multa. Et qm̄ ad maturitatem peruenerat, licèt breui tpe, sublatus à Deo est. Placita.n. Deo erat anima eius, pp hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Properauerat iustus in pfectu animæ suæ, & ideo Deus pperat, vt educat eum in requiē. Ecce ergo qūo non plus recipit, qui multum tpis recipit. Sed ille plus habet, qui eo, quod recepit, melius vtitur. Alterum eiusdem rei exemplum in diuitijs est manifestū. Recipit hic diuitias plures, ille verò minus, non ideo hic minus habes. Sed ais, potest ille plura bona facere. Imo vero, qui minus habet plura facere potest, quia potest vniuersa, quæ diues, & insuper ex paupertate multa sibi bona comparare potest. Huius rei plura sunt exēpla. Primum in uidua illa, quę Deo obtulit duo æra minuta, & plus obtulisse dr̄, q̄ vniuersi principes, cū eam dicat Lucas paupereulam. Quia etsi re parum obtulerit, animo vero plurimum obtulerit. Secundum eiusdē rei exemplum in Petro, & Apostoli est, qui fere nihil habuerūt, & parum reliquerunt, vt Christū sequerentur, & tñ quasi vniuersorum domini fuissent, & mūdum reliquissent, aiūt. Ecce nos reliquimus oīa. Hinc Thobias filiū monēs ait: Si multū tibi fuerit, abūdanter tribue. Si exiguum tibi fuerit, et exiguum libenter impartiri stude. Qm̄ si libēti aīo, & prōpto ad maiora tribuēda, parum detur, multū Deo te dedisse crede. Nullus ergo dicat parum recepi à Deo. Multum.n. habes, si eo, quod habes, recte vti noueris. Si ars aliqua esset, qua

Marginalia: 1. Co. 8 — Exo. 16 — Epict. — B — Simile — C — Seneca — Sap. 4. — B — C — Luc. 21 — Tho. 4.

A qua ex talento vno auri centum talenta conficerentur, plurimi ars illa haberet. Hanc vero tanquam superfluam Deus non dedit circa temporalia, sed ad spiritualem profectum eam contulit. Si parum tibi est, quod Deo offeras, illud præsta sed animo grandi, ac desiderate plura offerre, & tunc plura obtulisti, nec fecisti solum id, quod opere compleuisti, sed omne quod uoluisti. In humanis id sæpe accidere solet, ut parũ quod recipias ab eo, qui te nimiũ diligit, & illud ĩ maximo ptio habeas, qa uides eũ cum paruo dono tibi et cor dedisse, ac paratũ esse plura dare, cũ possit. Hoc uero maxime in Deo nostro uerum hêt, qui bonorum nrorum non eget, & præcipue cor intuetur. Hinc Ecc. 35 præclare ait Sap. Da altissimo sm datũ eius. & in bono oculo adinuentionẽ facito manuũ tuarum, qm dñs retribuens B est, & septies tñ reddet tibi. Q.d. iuxta illud, quod accepisti à Deo, illi si multũ accepisti, multum tribue, si parum, parum etiam tribue, sed id libenti corde, id enim significant uerba sequentia, in bono oculo adinuentionẽ facito manuum tuarum. Bonus oculus est liberalis, & largus, ac beneuolus, quo dilectionẽ testamur in eũ, cui aliquid damus. Adinuentionem manuũ dicit, vel quod manibus proprijs acquisiuimus, uel quod manus nostræ adinueniunt, demus Deo oculo recto, & placido. Si n. parua inuenit manus nostra, quæ Deo offeramus, parua demus, si multa, multa. Fidelis retributor C Deus est, qui septies tantum reddet tibi.

Vidimus talenta nobis concessa naturalium donorum, quæ vniuersis hoibus data sunt. Sed ea nunc inspiciamus, quę nobis fidelib. singulari misericordia dedit, de quibus Ps. ait. Non fecit taliter oĩ Ps. 147 nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Orig. ait. Diuina eloquia, ac diuinorum cognitionẽ talentum esse fidelibus Orig. concessum, ut eo negotiari valeant æterna bona. Hinc Sapiens. Infinitus n. the Sap. 7. saurus est hoibus, qui vtiSũt, participes facti sunt amicitię Dei, pp disciplinæ dona commendati. An ex his uerbis non colligitur immensas acquiri diuitias ab eo, qui hoc talento negotiatur?

Diuersitas vero talentorum ostendit A diuersitatem huius cognitionis. Qui n. quinque talenta accepit, sublimem diuinorum cognitione assecutus est, de quibus Paul. ait. Perfectorum aũt est solidus cibus eorũ, qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionẽ boni, ac mali. Et iterum Sapientiã loquimur inter pfectos, quã nullus principum huius mũdi agnouit. De his et Ioã. ait. Vnctio docet uos de oĩbus. Et hæc est illa sanctorũ scientia, de qua scriptũ est. Dedit illi scientiam sanctorum. Hęc vero est donum Spiritussancti, donum sapientiæ, lux quędam interior dirigens hominẽ in oĩb. uijs suis, ut uideat homo in se impleri illud, quod Dauidi dr. Et fui tecũ in oĩbus, in quibus ambulasti. B Hæc est directio qdam singularis Dei, qua animam gubernat, ac dirigit, & qua si manu tenet in oĩ uia, ne erret. Quam cum anima experitur, lætatur maxime tali ductore. Quã rem experiebat, q ait. Et lætatus sum in omnibus, qm antecedebat me ista sapiẽtia. Et merito ait, lętatus sum in oĩbus, qa is, qui hac diuina luce illustratur, in oĩ euentu lætatur, intelligens in oĩb. diuinam adesse dispositionem, quæ vniuersa in bonum ipsius dirigit. Immẽsum hoc bonũ est. Est calculus candidus, & nemo scit, nisi qui accipit.

Heb. 5
1. Co. 2
1. Io. 2.
Sap. 10
1. Re. 7
Sap. 13
Apo. 2.

Sed rogas forsan. Quo ergo huc pore ro peruenire, & hæc quinque talenta accipere? Certe donum hoc eius proprium est, qui mundum cor habet, de quo dr. Beati mundo corde, qm ipsi Deum uidebunt. Non solum mundus corde in alio Matt. 5 sæculo Deum uidet, sed & in hoc quodammodo uidet, tum eius ductum expe C ritur, & testimonium in se fidei habet excellens, ac si uideret iam. Vnde præclarè Aug. ait. Dicit gẽtilis Christiano, ego August. ostendo tibi Deum meum, quia Solem, uel Lunam colo, ostende tu mihi Deum tuum. Ego, ait Aug. ostendã tibi Deum meum, sed videri non põt, nisi à mundo corde, munda cor, & uidebis Deũ meũ, quia beati mundo corde, qm ipsi Deum uidebunt. Sed forsan dices, Donum hoc quod per quinque talenta significatur, iam in mundo non est. Absit imò uerò est,

A est,& multis perfectis nunc conceditur. Cura ergo cor mundare,& hæc talēta, percipies. Mirum profectò id est, quod sæpe homines vitam,& vniuersa alia periculo exponunt,vt aliquid consequi valeant,quo adepto putant, feliciter ipsis uiuēdum. Et ferè nullus est,qui velit cupiditates relinquere,vt hæc quinque talenta accipiat,quibus acceptis uitam fœlicem degeret,quæ iam cælestis est,& plena iubilo.

Alius verò duo talenta accipit,qui scilicet, diuinorum cognitionem accepit, non in intellectu speculatiuo duntaxat, sed & i practico,qui ordinatur ad opus, & sic intellectu, & voluntate ornatis,
Eph. 1. duo talenta suscipit. Hoc orat Paulus, cum ait: Det vobis Deus spiritū sapien-
B tiæ,& reuelationis,in agnitione eius,illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis,q̄ sit spes vocationis eius,& quę diuitiæ glorię hæreditatis eius i sanctis agnitionem intellectus, & cordis oculos illuminatos dicit, hæc duo talenta sunt. Hæc duo talenta accepisse fideles,Ioan-
1. Io. 5. nes ait. Scimus,quoniam filius Dei uenit,& dedit nobis sensum,vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Ecce duo talenta, cognoscere Deum,& esse in Deo. Eadem duo talen-
Ps. 118 ta,Psaltes receperat,cum ait. Et medicabor in mandatis tuis,quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua,quæ dilexi. Hi sunt,qui semen Dei recipiuntin
C corde bono,& reportant fructum trigesimum,sicut primi in corde optimo, & referunt centesimum.

Qui hæc talenta acceperunt, operati sunt,& lucrati plurimū, & ideo in Dei
Ap. 22. gaudium admissi. Qui enim iustus est, iustificetur adhuc. Operari enim iustus
Phil. 3. debet,& dicere cum Paulo. Ego non arbitror me comprehendisse, sequor aūt, si quomodo comprehendam. Sicut in stadio sistendum non est, donec cursus
Pro. 13 perficiatur. Hinc Sapiens. Anima ope-
Sap. 3. rantium impinguabitur bonis. Et iterum: Bonorum laborum gloriosus est fructus.

Alius vero vnum accepit talentum, qui scilicet diuinorum cognitionem speculatiuam assecutus est duntaxat. Qui
A minimum accepit à Deo,accepit naturalem cognitionem, quasi bene vteretur,acciperet diuinum lumen. Sed qui fidem accepit,si eam solam habeat, vnū habet talentum in intellectu, nihil verò in corde, & ideò licèt diuina agnoscat, nihil proficit. Illi vnum talentum accepērat,ad quod Moyses ait: Vos vidistis
Deu. 29 vniuersa, quæ fecit dominus in Aegypto,signa illa,portentaque ingentia. Et non dedit uobis dominus cor intelligēs & oculos videntes, & aures, q̄ possent audire,vsque in præsentem diem. De his etiam Esa. Aure audietis,& non intelli-
Es. 6. et Act. 28 getis,videntes videbitis,& nō perspicietis. Incrassatum est enim cor populi, & huius auribus grauiter audierunt, &c. Hi vero dicuntur videre, & nō videre, audire,& non audire,intelligere,& non intelligere. Sicut enim homini oculus
B datus est,vt videat colores,& vt gressus dirigat,qui primum præstaret,& non secundum,& videre, & non uidere dicetur. Huiusmodi est cognitio peccatorū, qui ideo videntes,& cæci dicuntur,quia licet uideant,quæ recta sunt,sed gressus non dirigunt in uiam pacis. Quo contra
Ps. 118 Psalm. ait. Lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen semitis meis. Mirum profectò atque stupendum est,uidere hominem uno talento præditum,qui fidem habet æternorum,& ita operatur ac si nihil crederet,fidelis intellectu,ethnicus moribus. Hoc vero præcipuè mirandum est,inueniri in fide nostra quæ summa, & infinita proponit homini,
C quibus nihil commoueri stupendum planè est. Quis enim æterna gloria, & immensa æternis,& immensis cruciatibus non commoueatur? At peccator ita se habet,ac si crederet nihil. Hinc aliqui putauerunt, fidem in peccatore non esse ueram, sed id hæreticum est. Sed certum est malitiam maximam in eis esse,
qui ueritatem Dei tantam,
iniustitia detinent, ideo
cura,ut ad volunta
tem perueniar
lux &c.

A **Concio I. In communi Doctorum.**

*Vos estis lux mundi, &c.* Matth. 5.

INnumera mala sunt ea, in quæ homo incidit, dum peccauit: exteriora corporis missa faciamus, nec.n.mala gratia sunt interiora grauissima consideramus, q̃ à sanctis patrib. tria præcipua numerant, corruptio appetitus, voluntatis infirmitas, ac debilitas, intellectus ignorantia, & cęcitas. Hęc tria mala ad uiuũ expressa nobis fuerunt in eo, qui descendens ab Ierusalẽ in Iericho, incidit in latrones? Primo eius vulnera ostendunt tumentes appetitus plagas proni ad malũ ab adolescentia sua. De q̃b. vulneribus loquitur Psaltes. Lũbi mei impleti sũt illusionib. & non est sanitas in carne mea. Ponderat, & merito Augustinus, summam appetitus nostri corruptionẽ, cum deordinet non à rõne solum, sed, & à seipso, qđ in alijs brutis nõ contingit, quæ cum conuenientia appetitui sumpserit, ijs contenti sunt, nec amplius capiunt. Nõ sic homo, sed appetit, quod appetitu conuenit, & quod non conuenit in cibis venereis, & in omni deniq; luxu. Scđo apparet in eo debilitas virium tãta, ac imbecillitas, vt semiuiuus relictus sit, non valens incidere, aut remedium proprijs virib. quærere, adeo.n. debilis natura nostra relicta est vt ad naturalia oĩa pręcepta, collectiuè, vt dicunt Theologi, implenda, uim non hẽat. Nec uero vt appetitus resistat. Vnde Paulus. Non quod uolo bonum, hoc ago. Ita debilis tandem, ut clamet, Dñe vim patior responde pro me. Tertio adeo cæcus effectus est, vt remedium petere nescierit à sacerdote Leuita. vel à Samaritano prætereũtibus, sed, & illos prætereuntes non fuerat intuitus: vnde Psaltes. Lumenq; oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Et tenebræ peccatoribus concreatæ sunt, comparatus homo est iumentis insipientibus.

Hæc vero tria mala, nõ in figura, sed reipsa in primo peccatore videre licebit Adamo, cuius appetitus sic inordinatus est, vt ipse se ipsum erubuerit ad eo pauper, ac debilis relictus, vt indumentum, & defensionẽ folia ficus assueret. Ita deniq; cęcus, vt putaret, se Deũ posse effugere, & à facie illius abscondi. Hinc hoĩ dr̃ Apocalypsis 3. dicis, quia diues sunt, & locupletatus, & nu llius egeo, & nescis, quia tu es miser, miserabilis, & pauper cæcus, & nudus. Indiget homo hic Samaritano, qui oleum, vinum, & nummos ei præstet, ducatq; in stabulũ. Oleum in lumen, contra cæcitatẽ, vinũ mordẽs vlcera, vt sanet corruptionem appetitus, qua si sal, numạ mos & veluti lũ in infirmitatis auxilium. In hoc ergo Christus è cęlo in terram descendit, vt esset sal appetitui nostro, in corruptionis remediũ, lux intellectui, vt tenebras & ignorantiã pellat, ciuitas refugij imbecillitatis, & infirmitatis auxilium. En Christum factum sal, lucem, & ciuitatẽ super montem positam. Vis hæc tria uidere, Audi Psaltem Psal. 50. Dñs illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitę meę, a quo trepidabo? Illuminatio intellectus contra tenebras, salus contra vulnera appetitus, protector uitæ contra debilitatem. Quomodo hæc omnia gratia sua perfecerit, & quotidie in omni homine gratiam recipiẽte perficiat facile est uidere. Fuit, estq; sal mundi in appetitus inordinati remedium. Hinc Paulus; Quis me liberauit de corpore mortis huius? gratia Dei p Iesum Christum. Qua ratione dr̃ verus homo noster simul cõ crucifixus, quia nobis gratiam dedit, qua facile inordinatum appetitum frænare possimus, rationiq; subijcere. Fuit, estq; mundi lumen contra tenebras ignorantiæ, ego sum lux mundi, & sedẽtib. in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Tenebras depulit errorem, idola deijcit, viã veritatis ostẽdit. Fuit munita ciuitas supra montẽ posita, i qua protegamur, ciuitas refugij, ad quam confugiamus, Psaltes, Benedictus dñs, qđ mirificauit misericordiã suam mihi in ciuitate munita. De qua et Esaias, sic ait. In die illa erit dominus exercituum corona gloriæ, & sertũ exultationis residuo

Sanct. Bb popul-

Marginal notes: Lu. 10 (beside "Hęc tria mala"); B (beside "ni ad malũ"); Psa. 37; Augu.; C (beside "adeo.n."); Ro. 7.; Psa. 38; Psa. 38; Eccl. 11; Psa. 48; Lu. 1 (beside "hic Samaritano"); Co. 1; B; Ro. 7.; C; Ro. 6.; Ioã. 4.; Mat. 4; Psa.; Esa.

A putore, humoreq; noxiũ huius admixtione siccauerit, vltra non dicet, computruerit, & corruptę sunt cicatrices meę a facie insipientię meę. Hęc Hieronymus.

[Quod si sal euanuerit.] Sal, nialia põt salere, sed illud nulla alia res põt salere. Si enim subditus peccat, corrigitur a prælato, sed si prælatus peccet, quis eum corripiat? Leui. 4. & 9. pro sacerdotis peccato plura offerri Deus præcipit, quam pro peccato aliorum.

[Ad nihilum ualet vltra.] Ad quid.n. vtilis erit sacerdos malus? non est bello

B aptus ut miles, nõ est agris colendis idoneus vt agricola, nõ negotijs peragẽdis

Psa. 51 vt mercator. In labore hoium nõ sunt, qa hoium aliorũ officijs non uocant, si suo nõ incumbunt, ad quid apti erunt?

Berna. Hinc Bernardus in declinatione singulari super illud ecce nos reliquimus oĩa, dicit. Expellẽdos eẽ ab oĩ ordine hoium iustorum. Dicit.n. agricola ad meũ statum hic nõ pertinet, qa agros non excoluit, simile qd dicit ois artifex. Quid ergo restat, nisi quẽ ois ordo repellit, illum suscipiat locus ille, i quo null⁹ ordo, sed sempiternus horror inhabitat, Insuper,

De. 25. & hic conculcetur ab hoib. Deut. frater iubetur accipere fratris vxorem relictã sine liberis, qđ si ei nubere nolit discalciet, & expuat in faciẽ eius, q erat summæ ignominiæ Iudæis, dicaturq;, sic fiet

Ioã. 20 hoĩ, qui non ędificat domum fratris sui.

C Fratres Chri esse eius discipulos, testat ipse, qui eis talia mãdat. Vade ad fratres meos, & dic eis, ascẽdo ad patrẽ meum, & patrem vestrum. Eorum uero successores prælati eorum sunt, loco quib. suscitandæ sobolis cælestis demandata est cura, qui si id negligant, conculcentur ab hoib. & in eorum faciẽ expuat, qa semen fratri Chro nõ suscitant. Hoc ipsũ

Mal. 2. Malachias dĩt Vos aũt sacerdotib. loquitur, recessistis de via, & scãdalizastis plurimos in lege, ppter quod, & ego dedi vos cõtẽptibiles, & humiles oib. populis. Ecce sal conculcatũ, contẽptibile, & humi

1. Re. 2 le. Hinc, de filijs Heli sacerdotib. quos reijciebat, ait Dñs. Quicumq; honorificauerit me, glorificabo eum, qui aũt contemnunt me, erũt ignobiles. Hinc sacerdotes, qui olim præferebantur imperatoribus, iam uulgi loco habentur. A

[Vos estis lux mundi.] Cõtra ignorãtiæ, & peccatorũ tenebras, posuit Deus in hoie lucẽ naturalem, insup, & grãe lumen excellentissimũ, sed obscuratũ est insipiẽs cor peccatorũ tenebris. Hic mũdus plenus fuerit erroribus tũ circa Dei cognitionẽ, cũ idola coleret, tũ i moribus pditissimis. Venit Xps, ut diximus, ut lux mũdi eẽt, q fuit colũna ignis mũdũ Ex. 13. illuminãs, ac calefaciẽs, ducens nos p desertum mundi huius in terrã promissã. Sed & hoies luces esse uoluit qui ex pręditi luce essẽt, ut mundum illuminarent. Qđ clare oñdit Pau. 2. Cor. 3. dicens. Ministros noui testamenti maiori lumine pditos, q Moyses, qui idoneos, inqt, nos fecit ministros noui testamenti, nõ litteræ sed spũ. Et infra. Si ministratio dãnationis in gloria est, multo magis abũdat B ministeriũ iustitię i gloria. Si ergo Moyses legẽ ferens, lux extitit, ita ut splẽdente facie eius, multo magis doctores noui testi, legẽ promulgantes Euãgelicã, lux sunt mundi. Qđ manifesta experiẽtia cõprobatum est cũ doctrina sua errorũ tenebras depulerunt, idola deiecerunt, mores perditissimos correxerunt.

Sed Dñs ego sicut lucẽ sũ, idola nõ colo, uerũ luce spũs sit saluti. Adhuc tibi unũ deest, ut ambules sicut filius lucis, vt filij lucis ambulare, fructus uero lucis Eph. 5. in sanctitate, & bonitate, vt Pau. ait. Si peccator es, adhuc tenebrę te sũt, nã in tenebris ambulat, q peccat coram Dño, & sapiẽs ait stultus i tenebris ambulat. Ac C cede ergo ad Xpm, & ad sanctos, ut illumineris, qa lux illi sunt mũdi. Lucẽ cuius culicã dices. ubi aũt Ecclesię, q ea oĩa illuminat, & oñdit oĩa, q mea sunt, Xps Dñs, & ois iustus, q lux mundi est, ostẽdit uerbo, & exẽplo vanitatẽ oĩum eorũ q in mundo sunt. Vis nosse eorum q in mundo sunt uanitatẽ, ualorẽ uerũ, sĩnt certũ, accede ad Xpm, & ad dõs, de qbus ille ait. Vos estis lux mũdi, lux.n. oĩa manifestabit, oẽ.n. qđ manifestat, lumẽ est, Epl. ait Paulus, i. lumine aliquo manifestat. Quis unquam ut certum de re aliqua iudicium hẽat, ad tenebras accessit? nõ he

A stringit, hominesq; ad opera sua mouet. Non oes, q a foris hoies apparent hoies sunt, quida naq; ferarū more uiuentes lupi rapaces sunt, leones, tigrides, hi oes noctis tenebris obuoluti, uias suas pera gūt, in tenebris ambulāt, q peccauerūt, a dño. Sic Adā, cum peccauit, i vmbra, ybi condesa erat paradisi, absconditus est abscondi, inquit, me implens illud Iob 7. Sicut seruus desiderat umbrā, seruus fugitiuo, vt abhero abscodat, vmbrā quæ ut sic intelligit Augu. & legit uerba illa Iob. Hic et Dauid cū peccator esset, ait. Dixi, forsitan tenebræ cōculcabunt me, & nox illuminatio mea i delitijs meis. Hinc adulteriū celare curauit tot ingenijs artibusque. Sic & iuuenis ait Eccle. 23. Quis me uidet? Tenebræ circundat me, parietes cooperiūt me, & nemo circūspicit me, quē uereor delictorum meorū nō memorabit altissimus. Et non intellexit, qm oia videt oculus illius. Iuuenē ad viuū exprimit, q nocte in peccata pcedit, ille in corde suo dicit cū a nullo hominū uideat. Hę sunt Aegypti palpabiles tenebræ, quib. vt catena cōstricti tenebant Aegyptij, ut mouere se non possent, licet horribilib. auditis cōmouerentur, ut dicit Sap. Peccator. n. horribilia audit, minasq; terribilis Dei, sed, peccatorū tenebris tenet ligatus. Funes peccatorū circūplexi sunt me. Sunt ergo prelati lux mundi, solq; vt exulare faciant peccatore, ut uitiorū horrenda monstra in cauernas terrę proijciāt, ut bruta animātia abigant pcul, efficiantq; vt hō egrediat ad op' suū, vt virtus in publicū pcedat, ut rō dominet. Maximū uero argm est, defecisse lucē istā, q uidem' plurimā vitiorū, ut ita dicam bestialitatē passim grassari, publiceq; dnari. Quid. n. in cōi hominū cōuictu uidem' iugiter, ac audim', nisi bestiarū portenta, sibila serpentū, rugitus leonū, hinnitus equorum nec audet uirtus, rōq; in medium pcedere. Ex huius luminis defectu, puenit, vt superbus leo uindictæ cupidus, currat, discurratq; uelociter huc, illucq; lup' auarus insatiabilis, nunquā dicens, sufficit, cursum pagat suū, uulpes astuta decipiēs pualeat, inhonestus ursus vaget. Et hinc

Gen. 3

Ps. 138

2. Re. 11

B

Sa. 16.

Ps. 118

C

demum puenit illud Ps. Oēs declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Hui' luminis defect' efficit, ut ueritas i plateis corruat, ut uirt' uix in angulo dom', exercere nō possit. Sed quo loco lux ecclesię poni dēt? Certe sup cādelabrū hęc ponit lucerna, i. super ecclesiam. Sic Ap. 1. per septē candelabra intelligit Io. septem ecclesias. Exo. 25. pcipit cādelabrū fieri, cū septem lucernis, & Za. 4. uidet simile cādelabrū, q a una est ecclesia cōplectens oēs ecclesias, q septenario numero significant. Hie. ait super Za. 4. Sicut candelabrum est lucis uehiculum, sic ecclesia est columna ueritatis, in qua sola est lux a Xpō pueniēs, cętera oīa occupāt tenebræ. Quia ecce tenebrę operient terram & caligo populos, super te at orieť Dñs, lux tua, atq; lucerna. Esa. 60. Nec mysterio uacat, qd Io. vidit candelabra aurea & Exo. 25. candelabrū de auro purissimo effici mandat, q idē Za. 4. dr. Nō solum ut ecclesię excellentia mōstret, q reliquas excedit cōgregationes, tanq aurū reliqua metalla, sed ut ostendat, q sicut aurum igne pficit, sic ecclesia tribulatione. Aurum, ut Pl. dicit li. 33. c. 3. igne pficit ad bonitatē, quo sępi' arserit, purius est, & huic vno in igne nihil deperit, atq inde pcipua gra huic metallo tributa est ab hoib. sic ecclesia igne tribulationis pfecit ad uirtutē, & nihil illi' deperit hoc igne, imo sic aucta mirum in modum est propter martyres. 1. Pe. 2. ut probatio fidei vrę multo pretiosior auro, q p ignē probatur, inueniat. Exo. 25. dnt hęc candelabra ductilia id est elaborata malleo & crebris ictibus, q ad ecclesię pertinet persecutiones, his in illa elaborata est. Et ijsdē elaboratur qlibet fidelis aīa, ut lucernam Xpm tenere possit. Sup hoc candelabrum ponit pręlatus, ut lucerna lucens, qn ecclesię pficit. Qualis uero ille esse dēat eo solo verbo satis ōnditur cum dr, poni sup candelabrum. Ad quēdam Paulus ait. Vt scias quomō te oportet conuersari in domo Dei, quid obsecro ei dicetur, qui non solum conuersari se præesse debet in domo Dei?

A Psa. 13

B

Plin.

1. Pe

C

1. T..

Sed iam uideamus postremum, quod initio proposuimus, scilicet, remedium.

A imbecillitatis, & infirmitatis nostrę [Nō potest ciuitas abscondi supra montē posita,] Ciuitas munitas turrisq; firma infirmis ſtatus esse dēt, & ut hoc munus prestet, supra mōtem posita esse debet. Sunt.n. ciuitates in ualle ædificatæ, quæ oino facile absconduntur. In valle ciuitatē suam ædificat, qui super appetitum suum sup cordis desideria ciuitatē, aut domum statuit, super arenā, non super firmam petram. Hic ciuitates extruxerūt suas habitatores uallis pinguissimę, Sodomitę, f. & Gomorrai. Adeo uero paruū, & humile hoc ædificiū est, adeo absconditum, ut his Dñs dicturus sit, nescio

Ma. 25 vos. Quod si Dei oculus hos non uidet, qs videat? Nihil hi sunt, nihil in eis, qd

Rom. 1 pspici possit, quid. n. magnū hēt homo hic, quo careat brutum? Tradidit illos

B Deus in reprobum sensum, ut contumelijs afficiāt corpora sua. Caue miser, sensualitas tua decepta est, decipitq; te, ac allicit, unusquisq; .n. tētatur a cōcupiscen

Iaco. 1 tia sua abstractus, & illectus. Qui nosset innumeros miserias, in quas Adam incidebat comedens pomum vetitum, quod ei pstabat Eua, an nō ad eum clamaret, caue Adam, Eua decepta est, & te decipere tētat, sic pīe c̄to clamādum est spiritui, quē appetitus tentat, ac allicit, caue miser, infinita te manent mala, si appetitui obedieris. Ne ergo ibi ædifices domum, & ciuitatē tuā. Alij vero ędificant super montē, super rōnem, super Xpm

C Horum ædificium pulchrum, spectatu dignum, abscondi non pōt, hi supra firmā petram ædificant. Multas huiusmodi ciuitates proponit nobis in dies singulas Ecclesia, ut earum contēplemur magnalia. Huiusmodi est Beatus. N. cuius mira quis enarrare sufficit? Vere fuit ciuitas illa magna, q̄ Io. Apoc. 21. uidit, cuius muri ex auro purissimo, portæ, & fundamēta pretiosę margaritę, & in medio eius arbor vitæ, fructus duodecim ferens per singulos anni mēses, & folia eius ad sanitatē gentiū. Huiusmodi prælatus esse debet, ciuitas refugij, oibus ad eum confugientibus, auro, gemmisque ornatus, nō extrinsecus solum in sacerdotalibus vestimentis, sed multo potius intrinsecus, ubi nihil debet esse quod non sit aurum purissimum, gemma sit pretiosissima. Cur eius arbor vitę esse debet, uerba eius, q̄ folia sunt, ad sanitatem gētium, fructus eius nimius, nullo tpe deficiēs. Erit tanq̄ lignum, qd

Psa. 1. plantatum est super decursus aquarum, q̄ fructum suum dabit in tpe suo, & folium eius nō defluet, & oīa quæcunq; faciet, super pspera buntur. Sicut ergo mi

Simile nora oppida in ciuitatē ueniunt, cū bellum inimicorum imminet, & vt medicamina accipiant, medicum consulant, & vt sibi escas, vestimēta, & oīa ad vitā necessaria coemāt, talis prælatus sit, oportet, vt ad eum accedant subditi tentationis tēpore, qñ bellum per urget, ibi quiescant quasi in munito loco, in eo uniuersa sibi necessaria subditi inueniant

B quasi in ciuitate. Sed & tu cum te tentari senseris, ad hanc propera ciuitatem, ad Christum, uidelicet, primum, dicesq; cū

Ps. 30. Ps. Benedictus Dñs qui mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita, expertus.n. diuinum auxilium, cum ad Christum accesseris, ea in uerba prorumpes. Tibi ēt accedendum est ad cū qui in terris tibi est sal, lux, ciuitas supra montem posita, ad confessarium, f. qui in his consulendus est, qñ indigueris medicina in morbis, quādo vestimento, ut induaris, omnia denique tibi quęrenda in Christo sunt, & in eo, qui eius uices in terra gerit. Demum ait Dominus.

C [Sic luceat lux uestra coram hominibus, vt videant opera uestra bona, &c.] Ostendit Dñs non uerbo solū eos oportere docere mundum, sed opere, atque exemplo, alias. n. doctor similis erit luci fulguris, q̄ cum pręsens est clarescere facit aerem, sed continuo obscurior redditur, quā antea fuerit. Hac rōne primum curandum est, exemplo, & opere alios

Ps. 118 illuminare. Hinc Ps. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Prius bo

Ex. 40. nitatem postulat, quam discip'inam, & scientiam. Sic & Petrus prelatus consti

Ioā. 21 tuēdus interrogatur diligis me plus his? Ideo ascende in montem tu, qui euangelizas Siō, prius. n. vita eminere debes quam doctrina. Hinc cum daturus Dominus

A minus legem in montem Synai descenderet, prius mons cępit fumigare, & ardere Dei præsentia, deinde bucina audita est paulatim crescens. Arde ergo primum charitatis igne & deinde tuba resonet prædicationis. Opere comproba, facile esse factu, quod uerbis nunc doces. Virga namq; Moysi cum manu tenetur virga est, cum proijcitur, serpens apparet. Cum enim quæ prælatus præcipit, ipse opere complet, manuq; tenet, mandatum eius uim habet, uirga est equitatis, sed si manu non tenet, serpés est, qué cæteri horrent. Sacrificandi animalis pectus, & brachium dextrum sacerdoti dari lege præcipitur, sacerdotis. n. est cor sapiens, & operatiua uirtus. Bis X ps Dñs panibus paucis multos pauit, sed prius panes manibus accipiens, benedixit eis. Doctrina prælati panis est vitæ, sed ut omnibus usque ad satietatem sit manibus prælati accipienda est. Hinc Paul. imitator eius, qui cæpit facere, & docere ait. Nõ audeo, aliquid loqui, eorum, quæ per me non effecit Christus. Optime ex hortatur doctor doctrina illa, qua ipse à Deo exhortatus est. Ideo Paulus. Exhortamus per exhortationem, qua exhortamur & ipsi a Deo. Hæc uero licet ad prælatos præcipue pertineant, omnibus tñ si delib. dicta sunt. Paréres filiis sint exemplo, non uerbo solo, & tandem omnis fidelis cęteris exéplo debet esse. Ideo Phi. 2. Omnia autem facite sine murmurationibus, & hæsitationibus, ut sitis sine querela, & simplices filii Dei sine reprehensione in medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ cõtinentia. C Sic uero fiet, ut exemplo tuo quam plurimos Christo lucreris, ex fratribus licet uerbo eos non instruas, & sic ad iustitiã erudies plurimos, fulgebisq; vt stellæ firmamenti in perpetuas æternitates. Ea sic, ait Petrus, fidelis mulieris conuersatio, ut si qui non credunt uerbo per mulierum conuersationem lucri fiant, in omnibus, ergo teipsum præbe exemplũ bonorum operum ut glorificent patrem tuum, qui in cœlis est, &c.

Ex. 19. · Exo. 3. · Leu. 7. · Ioan. 6 · Act. 1. · Ro. 15 · 1. Co. 1 · 1. Pe. 3

## In Communi Doctorum. Concio Secunda.

*Thoma. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur, in regno calorum. Matth. 5.*

Omni Dei opera magna sunt, quia magnus ipse, qui fecit. Hinc Ps. Mirabilia opera tua & anima mea cognoscet nimis, idest summa consideratione illa inuenitur. Sed mirabilibus omnib. mirabilius est Ecclesia Christi, quæ adeo est inclyta, ut regnum celorum merito dicatur. Quod uero in hac republica precipuum est, hodierno euãgelio declaratur, qui scilicet, sint reipublicæ huius magnates, ac principes, de quibus Ps. Constitues eos principes super omnem terram. Ps. 118 · B · Psa. 44

In omni Republica quatuor sunt hominum genera. Primum eorum, qui uagantur per Rempublicã, nec certum locum tenet, nec officio alicui addicti sunt qui minimi in Republica sunt, & licet ad eam pertineant, non tamen est eorum aliqua apud ciues æstimatio. Secundum eorum, qui labore suo, arte, atque industria Rempublicam sustentant, huiusmodi sunt agricolæ, opifices omnes, & mercatores. Tertium nobilium, & illustrium uirorum, qui armis, & potentia Rempublicam tuentur, ac ab ostibus defendunt. Quartum principum, ac magnatum, qui regi sunt propinquisimi, & Reipublicæ precipua pars. C

Simili ratione in hac Christiana Republica magna, primũ genus hominum est peccatorum, quibus adhæsit sedes iniquitatis, qui in cathedra pestilentiæ sedetunt, qui a peccato superari, eius serui facti sunt, signatiq; charactere peccati, & nomine bestiæ, qui lętatur, cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Hos quidem, cum fidem non amiserint, Ecclesia recipit, sed sunt in ea uagi, qui uulgo dicuntur uagamundos. Primo eorum, qui hac uiam insit, dicitur uagus, & profugus eris super terram, certo loco non consistes. Et ille. Gen. 2. ait, ero

A vagus,& profugus. Et ad eius imitatores dr Oseę 9. Abijciet eos Deus meus, quia non audierunt eũ, & erunt uagi in natio nibus. Hi quamlibet exterius fulgeant, magnique in temporalib. sint, tñ in Ec clesia minimi censentur, peripsema ster cusque huius Reipublicæ sunt, ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus timentes aũt dñm glorificat. Malignum dicit nõ quemlibet peccatorem, sed qui peccati statum habet, cui cibus peccatum est, qui illud putat honorem. De his paulus: Eratis sine Deo aliqñ in hoc mundo seruientes desiderijs uestris. Vides vagatem. seruum, & dñm habet,
B sed ei oĩno non obedit, hunc dicis dñm non habere, licet.n. habeat, sic tñ se gerit, ac si non haberet. Ita hos sine Deo esse Paulus testatur, non.n. amplius Deũ reuerentur, quam si Deus non esset, sic eius pręcepta transgrediuntur, ac si Dei præcepta non essent. Malach. 1. Si ego dñs, ubi timor meus, si ego pater, vbi honor meus? Si ingrederetur quispiam ex gentibus hanc ciuitatem, audiretque clamantes, pueros decem sunt Dei nostri mandata, non iurabis, non furaberis &c. conuersusque ad ciues audiret iura innumera, videret fraudes plurimas, an non diceret, Deus horum, aut ligneus, aut lapideus est, nihili.n. curantur mandata eius, vel forte hi Deum non habet.
C Hi licet de Ecclesia sint, non tamen numerantur inter ciues. Ideo Psal. Nec me mor ero nominum eorum p labia mea. Et deleantur de libero uiuentium, & cum iustis non scribantur nomina eorum scribantur in terra.

Ps. 14. — Eph. 2 — Simile — Ps. 15. — Ps. 68.

Secundus hoĩum status huius Reipublicæ est eorum, qui tpalib. secularibusque occupati sunt negotijs, sic tñ ut non relinquant ęterna. Ad hos Greg. in mirabili hom. 36. pp q̃ solam meruisset doctoris Ecclesiæ nomen, & si aliud non scripsisset, ait ergo. Quid inter hæc fratres charissimi, nisi relinquere oĩa debemus, curas mundi postponere, solis desiderijs ęternis inhærere. Sed hæc paucis data sunt admonere vos volo, ut relinquatis oĩa, sed nõ psumo, si ergo cuncta mundi relinquere nõ potestis, sic tenere

Greg.

A quæ huius mundi sunt, vt tñ per ea non teneamini i mũdo. Sit ergo res tpalis in usu, & æterna in desiderio, sit res tpalis in itinere, desideretur æterna in fruitione. Notãda verba illa admonere vos uolo, sed non præsumo, non audeo, oẽs.n. oĩa deberent relinquere ęternis auditis, sed saltẽ sic tene, vt nõ tenearis, q̃ est illud, 1. Cor. 7. Tempus itaque breue est, reliquum est, vt q̃ habent vxores, tanq̃ nõ habentes sint, & qui utunt hoc mundo, tanq̃ non vtātur. Ad eos, qui in mundo sunt hæc dicit Gregor. & Paulus. Hi sunt, qui matrimonio sunt iuncti, quib. parcendũ est cũ Paulo, si tpalib. implicentur. Quorum figura extat. Num. 32. Ruben, Gad, & media tribus manasse uidentes terrã ante Iordanẽ uberem pascuis
B pecorũ, præcantur Moysen, ut eã illis in possessionem cõcedat. Quibus ille, nunquid fratres uestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? Dicunt illi, non, armati pergamus ante filios Israel, donec introducamus eos i terrã, q̃ eis pollicitus est dñs. Quibus annuit Moyses. Ita nũc placet tibi vxor, negotiũ mundi huius, substatię acqsitio, delectatio aliquã temporalis, sic ista posside, ut pugnam cõtra uitia non deseras, si aliqñ cecideris, & nimiũ fueris implicatus, surge postquam sederis, qui manducas panẽ doloris, sic tandem transi per bona temporalia, ut nõ amittas æterna. Non reliquisti oĩa cũ Apostolis, aliqua relinque. Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis, mundauit eleemosyna, quod reliquum est in domo tua. Luc. 12
C

Tertius hoĩum status est religiosorũ & clericorũ, qui nobiles sunt Reip. huius milites eam custodiẽtes, quorum est, arma sp gestare in hoc opus, orationẽ, ieiuniũ, & cęteras corporis afflictiones, & ut huic operi assistant, tpalium curã reliquerit, quia omnis, qui in agone cõtendit, ab omnibus se abstinet. Ideo nõ manẽt ad sarcinas, nec in uia lassantur sed cum Dauid ad hostes peruenientes milliant, uincuntque inimicos. 1. Co. 9. 1. Reg. 30.

Quartus status principum huius Reipub. de quibus hodie Xps dñs. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus uocabit in

A regno cælorũ. Oĩa cælestis magna, imo maxima sunt, minor stella terrã lõge superat magnitudine. Et cũ Ioan. adeo esset magnus corã dño, adhuc ea, q̃ i cęlis sũt tãta sunt, vt q minor est in regno cęlorũ maior sit illo. Quid obsecro erit magnũ ibi esse inter adeo magnos? Magnũ
Ma. 11 .n. in terra esse nõ magnũ est, qa est esse magnũ iter grana sinapis, sed magnũ esse in cælo summũ est, qa inter magnos ẽ magnus. Victus cæli quotidianus ẽt, cui solus panis ibi cõcedit̃ maximus est, sic quidã dixit Xpo, Beatus, q mãducat panẽ in regno Dei. Si sol⁹ panis regni Dei
Lu. 14. beatũ efficit comedẽte, q d efficiet cibus magnatũ, & mẽsa eorũ, nisi beatissimũ? Titulus iste magnus, in terra aliquib. cõcessus ẽ, sed paucis, & his ob egregia faci
B nora. Sic alex. Mag. dict⁹ est, sic Põpeius sic Cõstãtin⁹. Si ergo magnus ĩ cęlo vis hñi, magna tibi faciẽda puta, nõ. n. parui factis magn⁹ eris. Sed obsecro, cui⁹ aius nõ accẽdit, vt magnus in cœlo sit? Si tibi psuaderes, posse te in terra magnũ esse principẽ q̃ tã in hoc opus adhiberes diligẽtiã? Nosti vero, ꝙ in cęlo magnus esse potes, & torpes? Sed ais, qũo magn⁹ esse possum? Audi fide Moises grãdis factus negauit se filium filiæ Pharaonis, &c. Si mũdũ abnegares, & teipsum, ut Moyses
He. 11 si sal esses, si lux, si ciuitas, si faceres, & doceres, magn⁹ esses. [Qui fecerit, & docuerit, hic magn⁹ uocabit in regno cęlorũ.] Potes ergo i cælo magnus esse, hoc ergo
C cura, licet p ignẽ, & aquã trẽscũdum sit. Sed audi, qualis hic esse dẽat ille, qui magn⁹ futur⁹ est in cælo, Xps oñdit adijciẽs [Vos estis sal terræ, lux ciuitas supra mõtẽ.] Anteq̃ ad singula descẽdam⁹ operæpretiũ erit considerare qũo noĩa, q̃ Dei sunt, Xpique ꝓpria, nobis tribuant
i. Ioã. 1 Audi Ioã. Hæc ẽ annũciatio, q̃ annũciamus uobis. qa Deus lux est, & tenebræ ĩ eo nõ sũt vllę. Et p ꝓpropriationẽ Xps lux dr̃, qa veritas, & sapiẽtia pr̃is est, ide toties se ille lucem appellat. Si ergo dñe glã tuã alteri ñ dabis, qũo gloriosissima noĩa tua hoĩb. tribuis? Sed te interrogo, qq magis mirandũ est, ꝙ noĩa sua nobis tribuat, an ꝙ nr̃a ille sibi assumat? Mirabile ꝑfecto cõmerciũ noĩa sua nobis donat, nostra sibi sumit. Audi mirabile. Ait A
Xps in Ps. Lõge a salute mea uerba delictorũ meorũ. Sed qũo usurpare ille põt verba hęc, q pct̃m nõ fecit, nec inuentus Ps. 21.
est dolus in ore eius? Rñdet Paul. Eũ q nõ nouerat pct̃m, ꝓ nobis se pct̃m fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Nõ solũ Xps dr̃ suscepisse pctã, sed fact⁹ 2. Co.
dr̃ pct̃m, nõ pctõr solũ, sed pct̃m, ꝙ duri⁹ sonat. Qui ergo peccare non potuit, qũo pcti nomẽ assumit? Certe, quia oĩa pctã mea sua fecit, ut soluat, & hostia factus ẽ ꝓ pctis. Quid ergo dñe potius magnificiã? ꝓ quo horũ primas tibi grãs referã? ꝙ noĩa mea acceperis, an ꝙ tua dederis? Vtiq; potiores ei dẽmus grãs, ꝙ noĩa nostra susceperit, ꝙ pct̃m, & hostia ꝓ pctis nr̃is factus dr̃, q̃ quia noĩa sua nobis de- B
derit. Si cor fidele nobis esset, filioruq; sincerã ergo Xpm hrẽmus, sũme nos affligeret, ꝙ eum ꝓ nr̃is excessib. pati uidere mus. Si ꝓ filij excessib. pr̃ publice vapu- Simile
laret, qñ vocẽ pconis filius audiret, dicẽtis, uapulat hic hõ, qa eius filius fur est, dolore disrũperet̃, diceretq; in tãtã ignominiã mei cã uenit pr̃ meus? Es ne obsecro Xpi filius? Audis qũo pctã tua luat? an nõ dices, ego dñe feci, ut in tãtis malis esses, maledicta iniquitas mea, q̃ hoc cõmeruit. Sed vñ ista ꝓuenerunt? Hoc certe cõmerciũ inter nos, & Xpm factũ, ẽ, vt ille nobis donet bona sua, ac noĩa inclita, n os illi peccata, & miserias nostras Berna.
Quid mirum ait Ber. si quorũ caro una, Gen. 2
vox una? Impleeum est in Christo, erũt C
duo in carne vna, ideo nomen unum est nobis cũ illo. Prius numerabis cœli stellas, guttasq; maris, q̃ bona a Christo Ecclesiæ coĩcata. Cõglutinata est aĩa Iona- 1. Reg. 18.
thæ aiæ Dauid, exuit ille vestimẽta sua, quibus Dauid induit, qua de causa, quia eum dilexit, intra amorem maximũ rationẽ aliã ne petieris. Quæ sint indumenta Christi, quæ eius bona, quæ gloria, q̃ grã, quis eloqui possit? Sed num illa sibi Io. 17
seruat soli? absit, iduit nos vestib. illis nuptialib. ad patreq; loquens, ait; pr̃ sint vnum mecũ, sicut tu, & ego vnũ sum⁹, videant glãm meã, induant meipso, ac piãt gratiam a me. Hæc Xpi cura desideria: Beata tãtæ misericor... hæc ...ue uisce-

ra.

A ra. Sed vbi nűc diuitię istę nobis a Xpo collatę? vbi indumenta hæc? vbi viscera mia? vbi i aduersis letitia? vbi i Deű caritas? vbi libertas a dæmone, & passionibus? An nő hæc oĩa Xps dñs donauit? vbi ergo iã sunt? Offendis aliqñ in regione pcul sita filiű illustrissimi viri, q a patria tua pfectus est, videsq; eű sordida i veste eleemosynã petẽtẽ, vel porcos custodiẽtẽ, accedis ad eű, iterrogasq; es ne tu fili⁹ illustris illius viri? nő audet ille p verecűdia rñdere tibi. Ais vero ad eum, qua de cã adeo miser es? o q̃tű inter te, et fres tuos distat? imo siterte, & seruos pris tui, veni mecű, reducã te ad patrẽ tuű. Ille vero ait, nolo ad eű redire, est hő austerus, nő me sinit p arbitratű agere, ludo incűbere, iő esse cum illo nolo, ergo, qa

B ille bon⁹ est, & te bonű esse vult, iő eius cősortiű fugis. O miser pctőr, fili nő regis, aut pricipis, sed Xpi, sed Dei, qua de cã, adeo miser es, paup, & nud⁹ qűo por

Hie. 2. cos pascis? An nő sic Hie. Israelitas alloquit. Nunqd seruus est Israel? aut verna culus, qűo fact⁹ est in pdã. Quis te seruű

Lu. 15. fecit, qs porcorű custodiẽ? an nő tibi Xps grãm pmeruit? qűo adeo paup es o fili: dissipator? reuertere in domű pris tui, si nő pp eű, pp te saltẽ, qa mercenarij in ea abundãt panib. tu vero fame peris. Qua de cã putas tibi relictã miseriã tantã, & gladiű, quo aĩa tua cősossã est, dű in pctő es, nisi vt ad eű reuertaris? quã de cã ad eű uenire detrectas? an qa bonus eű sit,

C bonű te esse pcipit? Fieri ne pőt, tibi solű esse oculos, vt videas, an vestis, an dom⁹ bona sit, nec videas, an aĩa tua recta sit?

Augu. Quoties ait Aug. vidẽs me peccati seruű p libertate suspirabűt, tenebar vero vinctus, nő ferri catena, sed mea ferrea volűtate, dicebã vero, usquequo dñe obliuisceris me i finẽ, vsquequo exaltabit inimicus meus sup me? si aliqñ cőuerti debeo cur nő mő? Sed singula iã noĩa expendamus, q̃ Xpi cum essent, nobis ipse dedit. [Vos estis sal terræ.] Doctrina est sãctoroium, doctrinã Euãgelij saltẽ esse, sed

Mat. 9. ...torib. dr: Vos estis sal (cű reliqs dicatur hã... hete in vobis sal) qa sic dẽt esse sale cődit... doctor, ut versus uideat in salẽ, dẽt. n. ita esse pfect⁹, ut alios perficiat, perfectorű. n. est sibi sitia gñare, ita salit⁹, ut

A alios saliat. 1. Ti. 5. Nemo adolescentiã 1. Ti. 5. tuã cőtẽnat sed exẽp'ű esto fideliű. Exo. 28. Cű in ueste sacerdotis cã panulas poni pcipit, addit, u audiat sonit⁹, qñ igredit, & ęgredit, sãctuariű in cőspectu dñi, & nő moriat. Sonus iste exẽplű est bonorű operű. Sal vero dr dctrinã Euãgelica, primo, qa sicut sal oĩa cődit, sine quo sűt oĩa i sipida, nec apta v fuit Iob. 6. Aut poterit comedi in sulsẽ, q nő est sale condită? Sic nisi viuas fm Euãgelicã doctrinã, oĩa tua erűt isulsã, nobilitas, scia, pulchritudo, & reliqua. De pulchritudine dr Prou. 11. Circulus aureus in naribus sui mulier pulcha, & fatua, sic oĩa bona nãlia sine sale hoc fœdantur luto, ut au-

A reus annul⁹ in narib. suis, abuteris. n. in genio in superbiã, diuitijs i uoluptates, &c. Ideo Leu. in oĩ sacrificio offeres sal. Doctrina nãq; Euãgelica oĩa cődit, ostẽdẽs, qűo oĩb. vtendű sit. Sed nota, q sicut sal diuersum diuersis reb. dat saporẽ, cuique suű: si hæc doctrina diuersis diuersimode se aptat, & p statuű diuersitate diuersa mãdat, paupi patiẽtiam, diuiti eleemosynã, &c. Co. 3. In sapiẽtia ambulate ad eos, q foris sűt, sermo vester sp in grã sale sit conditus, ut sciatis, quo oporteat uos, unicuiq; rñde. Alia. n. maiorib. alia minorib. alia superiorib. alia inferiorib. dicẽda, alia vxoratis, alia religiosis. Qui præest i solicitudine, q miseret in hilaritate, etc. Mire hoc Gr. pstitit in admoni- Grego.

C tionib. Scdo, sicut sal a corruptione præseruat carnes, sic doctrina euãgelica hominẽ. Sine hoc. n. sale oĩa tua nő mő insipida erűt, sed & putrescẽt, & fetorẽ dabűt. Cast⁹es, adhibe tibi sal, ne putrescas sic ille; Castigo corp⁹ meű, & in seruitutẽ 1. Co. 9 redigo, ne forte cű alij prædicauerĩ, ipse reprob. efficiat. Vide ne forte accidat tibi illud. Es. 3. Et erit p suaui odore fetor qa. n. hoc sale te non cődis, euenire solet illud 2. Mac. 9. ita; ut de corpore ipij ver- 2. Ma. 9 mes scaturirent odore ẽt illius, & fatore, exercitus grauaret. Et cű nec ipse iã fætorẽ suű ferre posset, &c. Sed aĩæ, q̃ hic sale nő adhibito fætidæ sunt, nű cű hoc fætore relinquendæ sűt? Absit, asperius sal eis adueniet, ut nemo fætore offendat.

Hie-

A Hic Mat. Si oculus tuus scãdalizat te, eij ce eũ. pstat luscũ introire in regnũ Dei, q̃ duos oculos hñtẽ mitti in gehennam ignis vbi vermis eorũ nõ moriẽ, & ignis nõ extinguitur, oĩs. n. igne saliet ; & oĩs victima sale salietur. Cũ dixisset, præstare abscindi scandalizantẽ oculũ, q̃ igne tradi inextinguibili, reddit continuo rõnẽ, q. nõ extinguet ille ignis, qa ita oportet, vt fœtor uitiorũ igne hoc tollat, qm culpę ordinant p pęnas, nec aliter posset tolerari fętor culpę, nisi adhibito sale pęnę. Qd vt explicet, ait. sicut omni uictimę adhibet sal, sic dãnato in ęternũ ignis, hic est illi⁹ sal. Victima in scriptura sępe significat eũ, quẽ Deus atrociter punit, qa sicut victima occidebat, sic à Deo puniẽdus interimit, inde Esa. Gladius dñi repletus est sãguine, uictima. n. dñi in Bosra, & interfectio magna terra Edom, quia dies vltionis dñi. Et Hiero. Dies aũt illi dñi Dei exercituũ dies vltionis, ut sumat uindictã de inimicis suis, d uorabit gladius, & saturabit, & inebriabitur sanguine eorũ, victima. n. domini exercituum in terra Aquilonis. Nunc ergo sensus loci illius Marc. 9. est ignis, & vermis inferni æternus erit dãnato. & hic est sal, quo uictima illa dñi condẽda est, ne fereat, quia salẽ sapientiæ Dei eiecit. hũc salẽ experietur durissimum, quo fętor tollet ne alius male oleat. Eo loco Ps. Appone iniquitatẽ super iniquitatẽ eorum, est dictio Hebręa Ahonã, q̃ iniquitatem significat, & pęnã, vnde alij vertũt appone pęnã super iniquitatẽ eorum, quasi dicat, adeo male fętat iniquitas, vt nisi desuper pęna poneretur, ferri nõ posset. Audis atrocissimum crimen, statim irascetis, nec quietcis ferre fętorẽ nõ potes, sed eũ audis, grauissimo supplicio punitũ esse quiescis, iã nõ fœtet. Accipe ergo modo doctrinæ Euangelicę sal, ne vbi contingat salitio ignis. Væ impenitentib. Eccl. Memento irę, qm nõ tuæ dabit, humilia ualde spiritum tuũ, quoniã uindicta carnis ipij ignis, & uermis. Tertio ait Chrys. Euãgelica doctrina sal dr, qa non est adulatoria, sed mordicãs. Impone salẽ manui, nõ dolet, appone uulneri dolet, nec culpa est salis, sed

Margin (left): Esa. 59; B; Ier. 56.; Psa. 68; C; Eccl. 7; Chrys.

vulneris. Si mordet te Euãgelium culpa tua est. Nõ ego palpabo, nec sali vim adimã, nã qd ego rndere dño salis? Vis vide re salã iniustos mordentẽ? Eccle. Quam aspera est nimiũ sapiẽtia in doctis hoib. & non pmanebit in illa excors, quasi lapidis uirtus probatio erit in illis, & non demorabunt proiicere illã. Et Paulus. Argue, obsecra, increpa, erit. n. tps, cum sanã doctrinã non sustinebunt, sed psale mel uolent. sed lingua Esa. non melle sed igne tangit, vt urat. Quasi tuba exalta vocem tuã, tuba vero timorẽ incutit, annuncia populo meo scelera eorum.

[Vos estis lux mundi.] Quã Deus amicus sit lucis oñdit, cum eã primo die cr n diderit, & corã eo lucerna semper ardebat Exo. contra vero dæmon tenebrarũ amicus, iõ dr princeps tenebrarũ harũ. Qua in re persimilis est dęmõ fraudulento uẽditori, q, vt viciatas merces vendere possit, in tenebris eas vẽdere curat, ne earũ defectus uideat: sic hęretici ad lumen Ecclesiæ uenire recusant, ne eorũ falsitas detegatur. Suadet te dœmon, vel falsus frater ne inimico des ueniam propter doctrinam hanc in Euangelij lucem, & eius vitium apparebit, cum audieris, ego aũt dico vobis diligite inimicos uestros. Suadet dęmon, diuitem fieri, profer suasionem in Euangelij lumẽ & audies, qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ, & ĩ laqueum diaboli, & qd prodest hoi, si vniuersum mundum lucretur, aĩę vero suæ detrimẽtum patiat. Suaderis ridere, ac gaudere, profer Euangelicum lumen dicens. Væ qui ridetis, qm flebitis, væ qui habetis hic cõsolationem vestram. Vide sanctorum vitam, & videbis dęmonis fallacias, nulla eos excusatio manet, quib. tanta est lux concessa. Sed quæ lux iniquis? mundus tenebris palpabilib. Aegypti oppressus cũ esset, similisq; statui mundi', cũ de eo scriptura ait, & tenebræ erant sup faciẽ abyssi, tunc dixit Deus, fiat lux, & facta est lux uera, illuminans oẽm hoiẽm uenientẽ in hũc mundũ, X ps. s. Sed qa lux ista in aliud hemispherium se contulit, ascendens in altum, in nocte absentiæ suę alias nobis luces reliquit doctores, s. qui

Margin (right): A; Eccl. 6.; 2. Ti. 4; Esa. 6.; Esa. 58; Ex. 27.; Eph. 2; B; Mat. 5; 1. Ti. 6; Mat. 16; Luc. 6; C; Gen. 1

A ... stellæ sunt nocte illuminãtes; iõ de eis
Da. 12. dr̃,q ad iustitiã erudiunt multos, fulge-
bunt quasi stellę in ęternitates ppetuas,
Qui ergo hic stellę fuerunt,erunt ẽt po-
stea in gloria stellę. Ad huius vero intel
Apo. 1 ligentiã notãda sunt uerba illa Apoc.& 
hẽat in dextera sua septem stellas, ꝙ po
stea expones ait,septẽ stellę Angeli sunt
septem Ecclesiarum. Per Angelos vero
D.Th. D.Th.ibi,& oẽs sãcti intelligunt prę̃la-
tus,quib. Apo. Ioãnes scribit. Sic 1. Co.
11. pp Angelos velari præcipit in Eccle
Esa. 33 sia fęminas,i.pp sacerdotes. Et illud, An
Grego. geli pacis amare flebunt,exponit Gr. 34
Mor.c.7. 1. Apostoli amare flẽt Iudęos
Ro. 10 exclusos à regno Dei. Dñt vero Angeli,
qa missi,qũo.n. pdicabunt,nisi mittant
stellę ergo sunt plati, qa noctem sæculi
B huius illuminant. Qd verbo in Xpi dex
tera sunt, ostendit erga eos peculiarem
curã. Esa. 4. Ne timeas,qa ego tecũ sũ,su
Pro. 21 scepit te dextera iusti mei: Licet.n.oĩum
iustorũ aię sint in manu Dei, vt dr̃ Sap.
3. sed spãli quadã rõne dr̃ cor plati,ac re
gis esse in manu dñi,qa illud spãli ordi-
ne gubernat. Sed Ans. in illum locũ Ap.
Ansel. ait. Per dexterã potior pars intelligit. Si
cut intelligit Gr. illud uiderunt iuuenẽ
Greg. sedẽtẽ in dextris,Xpi.n.ad dextera erat
p resurrectionẽ. Sic ẽt. Ps. Astitit regina
Psa. 44 à dextris tuis,i.in potiori parte. Et iõ ele
ct' ad Dei dexteram collocant. Est nãq;
ĩ dextera corporis parte plenior virtus.
Significat ergo,prælatos, ac doctores in
potiori apud Deũ parte est', qa magnus
vocabit' ĩ regno cęlorum. Si.n. Pau. ait.
C 1. Ti. 15. Qui bñ prę̃sunt psbyteri,dupli
ci honore digni sunt maxime q laborãt
verbo simili rõne ĩ gloria potiorem par
tem obtinebunt. Et hoc significat 1. Pe.
5. Pascite,qui ĩ vobis est gregem Dei,for
ma facti gregis, & cum apparuerit prin
ceps pastorum, pcipietis immarescibilẽ
glorię coronam. Quo significat' excelsio
rem eis dandam coronam,q̃ reliquis de
tur,sicut hic excelsiorẽ tenuerunt locũ.

Sed dubitas,qua de cã Deus uoluerit,
hoĩb. hoĩes luces esse? Rñdet' primo, vt
oĩa uinculo cõnectat', indigeatq; homo
alterius hoĩs ope,oculus pede,pes ocu-
lo,nec dicere possit quispiã alteri, nõ es
mihi necessarius. Iõ etiam diuersis mun- A
di plagis diuersa concessit vitæ necessa-
ria vt inuicem uinculo nectereutur. Au.
in prologo de doctrina Christiana ait. Augu.
Non omnem lucem à Deo expectes,sed
magis intuere Paulum ad Ananiã mis- Acto 9
sum. Tu ergo lucem per hoĩem tibi dan
dam expecta. Suauiter ergo oĩa Deus di
sponens,sicut Angelos per Angelos illũ
minauit,ita homines,per hoĩes edocuit.
De qua re plura diximus in cõcione E-
uangelistarum,in illud misit illos binos.

Scdo vt hoĩb. summum bonum cõce
datur,dum eis altissimum dat ministe-
rium. Nesciebant gẽtes,quas gratias so-
li,luneq; referẽt pro luce eis exibita, nisi
ea colerent,adorarẽtq;. Quod si tãta res
est corporalis lux,quanta obsecro spãlis
erit? Si corporea lux,qua gressus dirigi- B
mus corporis, tanti hr̃, quanti habenda
lux illa est,qua animi pedes dirigimus ĩ
uiam pacis,in regnum Dei? & quãta du
cendi sunt,qui illã nobis prę̃stant? Angẽ
li altiora exercitia,officiave non habẽt,
Oĩum.n. diuinorũ diuinissimum est ad
Deum reducere creaturas. Sicut ergo
Deus in materiali hoc mũdo luminaria
posuit, vt præessent diei, ac nocti,& re-
rum pulchritudinẽ aperirent,& influen
do in inferiora,ea conseruarẽt,ac gigne-
rẽt,pducerẽtq; aurũ, & metalia reliqua
margaritas,& oẽm deniq; fructũ terræ.
Sic Ecclesię suę Doctores dedit,& pasto
res in cõsummationẽ sanctorum,ut ape
rientes res cęlestes,earumq; pretium,in
hoium cordib. uirtutes ingenerarẽt, &
oẽm cęlestẽ fructum in terra pducerẽt. C
Sicut ergo in cęlo est lux non illumina-
ta Deus illuminans illumata, supremi,
angeli illuminata,nõ illuminãs,inferio
res Angeli. Sic in Ecclesia,q̃ regnũ ẽt cę
lorum dr̃, est lux non illuminata Chri-
stus,lux illuminata doctores,illuminati
non illuminantes infimi de Ecclesia.

Tertio tãdẽ,vt oĩb. & omni statui sit
exemplũ,& doctrina in diuersis sanctis
Greg. in pœmio super librum Iob c.16.
ait. Iustũ est,inspicere uiros iustos, qui Greg.
cœli more in perpetuo sunt motu osten
dũtq; vt cęli diuersas stellas, virtutes.s.
ad hoc venit in mundum Abel, vt doce
ret

A rei innocentiam, Enoc, ut doceret spem, Noe, & Abraham, ut docerent obedientiam. Ecce q̃ fulgentes stellas, micantesque in cælo cernimus, ut in noctis tenebris ambulantibus lux fit. In cælo perpetuus dies est, ubi lucerna est agnus, q sol cum sit, diẽ perpetuum eis tribuit. Apud nos tenebræ sunt noctis, ideo stellæ nobis relictæ sunt, uirginum castitas, martyrum fortitudo, p̃seuerãtia cõfessorum doctrinæ Doctorum stellæ nobis sunt, Gre. exponens rotarum uolubilitatem, quæ Ezechiel ostensa est, dicit significare diuersitatẽ sanctorum, q nobis in exẽplum ꝓponuntur. Licet uero hac ratione oĩs sanctus lux sit, maxime tñ Doctorum, & prælatorum est, oẽs illuminare,
B omnẽ docere uirtutem, exemplo, uerboque, & sicut cœlestia corpora nec inferiora gubernant luce & influentia, quę continuo motu descẽdit, ita Doctor, ac prælatus luce doctrinæ, & motu, exemploq; suo influat i inferiores. Qui. n. dicit, nec facit, similis est tormento bellico, quod caret lapide, tonat. n. non tñ uulnerat. Inter has diuinas stellas, ac luces p̃cipua fuit hic sanctus. N. qui uniuersalis lux fuit oĩ statui oĩum exempla virtutum in se monstrans, & omni statui uiuẽdi normã relinquit. Ezech. 40. Vidit in monte Dei domum, & uirum, cui erat aspectus æris cãdẽtis & in manu eius funiculus, quo uniuersas domus partes metiebat. Quod ad literã X p̃m significat, q uita,
C ac doctrina sua mẽsurauit oẽm ecclesię statum, & unicuiq; diuisit secundum mẽsurã suã. Ep. 4. vnicuiq; data est gr̃a secũdum donationẽ X p̃i. Et idẽ nõ in immẽsum gloriamur, sed scdm mẽsurã, q̃ donauit nobis Deus. Sed id quod de X p̃o dño dr, etiam de doctorib. est accipiendum, p̃cipue de beato N. q fuit uere vir, oĩa, quæ sunt mundi contemnens, omni labori paratus, quasi ex ęre candenti, quod mire resonat; nihil. n. sic in ecclesia sonat, auditurq; ut B. N. Funiculus, quo domum metitur, sapientia est, qua omni statui legẽ præscripsit, uirginibus, uidu s, cõiugatis, monachis, &c. Ab his Doctorib. nobis regula accipienda operum est, qui sunt lux mundi, non uero ab alijs, q tenebræ sunt, non a socio uano, a proximo superbo. Es. 8. Quærite à Phythonibus, diuinis. Nunquid nõ populus à Deo suo requiret uisionẽ ꝓ viuis, ac mortuis? Ad legẽ magis, & ad testimonium, Irridet propheta eos, qui ab alio, q̃ a Deo, & eius lege uisionem quærunt. Sic omnino irridendi sunt illi, qui uitæ normã aliunde petunt, & nõ a Dei lege, & sanctis Doctoribus, in quib. lux diuina sapientiæ est. Necessaria est ergo in prælato lux sapientiæ, funiculus iste mẽsorum, cum oib. regulam tradere debeat. Et necesse est si lux, ait Hilar. vt ostendat, aperiatq; ciuitatẽ supra mõtem positam. Sed quæ ciuitas ista? utique humanitas X p̃i super montem diuinitatis collocata, cuius diuitias mundo ostendere debet. Sicut ille fecit, qui ait: Mihi omnium sanctorum minimo data est gr̃a hæc, euangelizare in gentib. inuestigabiles diuitias Christi. Nec. n. lucerna Christus ponendus est sub modio legis, & Synagogæ, sed super candelabrum, ut luceat uniuerso orbi Debet & sal esse, cum enim ueneno infectum pomum homo gustauit, gustum eius, palatumq; sic infecit, vt virtus ei amara sit uitium uero dulce, licet. n. corporis palatum tetigerit pomum illud, animæ tñ palatum infecit, & p̃didit, ex quo factum est, vt virtus indigeat iam sale, salitionibus, uulgo dr̃ Saynet s, u cemedi possit, hoc efficere prælatus debet. Nec uero quia legem nouam propono, ait Christus veterem soluo, imo proficio. Sicut enim pictor formaturus imaginem in tabula, prius rudem eius, & impolitam effigiem ponit, q̃ deinde coloribus perficit, nõ destruit, ita ego lege mea noua perficiam ueterẽ rudem, usq; ad illius minutissima. Præcepta enim naturalia, & moralia omnino perficiam, quæ sunt legis præcipua, & quæ primo Deus intendit. Cæremonialia uero, & legalia impleuit, dum opere ea ille seruauit, dum etiam quæ illa figurabant in. sua impleuit humanitate, dum etiam ostendit, quomodo ea spiritualiter intellecta debeant à Christianis impleri, & si omni ratione legem imple uit, &c.

Margin: Hilar. / Eph. / Simile

A In communi Abbatis. A

*Thema. Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis. Matt. 19.*

SI humanis oculis, ac iudicio hæc Petri interrogatio pensanda esset, potius præsumptionis, ac propriæ æstimationis, quam uirtus fuisse uidetur. Quid enim reliquisti, o Petre, ut dicas, Ecce nos reliquimus omnia? Num ducatus, aut regna, nũ maximas diuitias, aut imperia? Reliquisti paruã nauiculã, & scissum rete, quid te iactas, oĩa reliquisse. Cum innumera dona obtulisset
1.Pa.c. 29. David Deo, ait: Quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi, nihil se dedisse putabat. Quid uero magnũ præstitisti, cũ Christum secutus es? Non tu elegesti eũ sed ille te, nõ tu ei contulisti beneficium
B Lu.17. sed ille tibi. An memoria excidit, quod audisti? Cum feceritis oĩa, quæ præcepta sũt vobis, dicite, q̃a serui inutiles sumus qđ debuimus facere, fecimus. Quid iure exigere potest seruus emptitius a Dño, si ei obsecutus fuerit? Nos uero Christi serui sumus iure creationis, ac redemptionis, qua nos emit, & ideo Psaltes non semel, sed bis, & ter seruum se nominat,
Ps.115 C dicens: O domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Si ergo seruus es, ò Petre, quid te iactas magna fecisse? quid exigis à domino?

Cum temeritate, aut præsumptione ductus Petrus loqueretur, carpebatur à Iesu, & Sathanas etiã dicebatur aliqñ, nunc uero non fit. Sed suscepit Iesus interrogationem, & mercedem eximiam promittit, non ergo temere interrogauit Petrus. Aliquod certe mysterium latet, quod palam fieri Petri interrogatione dñs uoluit in profectum nostrum. Et quod illud? Certe mercedem fidelem, atque copiosam esse seminanti iustitiam, & bona opera præstãti. Hanc uero mercedem esse asserit, nunc centuplum, in sæculo futuro uitam æternã. Quia opera in charitate factã digna sunt gratia, & gloria, merentur, & gratiam, quæ est

æternæ gloriæ futuræ. Ideo omni iusto dicit illud Propheta, Quiescat
Ier.31. vox tua a ploratu, est merces operi tuo, quasi dicat, Si Deo in seruis, si difficilia opera præstas noli plorare, noli mœstus esse, non fraudaberis mercede. Vt uero hanc explicemus, aliqua dicẽda sunt nobis, quæ incredibilia apparebunt, sed non ideo putãda sunt à ueritate aliena. Imo uero sicut Deus tãtus est, vt ea, quæ ei conueniunt immensa, & incredibilia sint, ita ea, quæ ad Deum ptinent, incredibilia esse oportet, & humanum captũ excedentia. Ex his ergo unum nunc videamus, q̃ nobis iucundissimum erit, quia bonum nostrum ostendemus immensum, & operum nostrorum valorem, ac precium infinitum.

Vt vero obscurã rem explanemus, à similitudine initium sumamus. Si pauper Simile homo viã ageris eam inueniret plenã lamnis argenteis, aureis, lapillisq; preciosissimis, quæ sibi sumere, ac usurpare posset, eũ beatũ, ac felicem iudicares, qui innumeras diuitias sibi põt coaceruare facili negotio. Si vero uideres eũ percurrentem uiam relinquentẽ argẽtum, aurum, lapillos, nec ea curantem, insanum certe eum diceres, & stultum. Caueamus, ne hac proposita similitudine ostendatur, oẽs nos stultos esse. Interrogo n. uos omnes, & illum etiam, qui multa bona opera præstat. Quoniam sunt pia opera, quæ præstare quisque uestrum posset facili negotio, nec tamen præstat, sed relinquit, sed missa facit? Quis, q̃ ñ debit, multa profecto hæc sunt. Possem n. ad sacra frequentius accedere, plura sacra audire, C plures eleemosynas facere, plures orationes fundere, sæpius carnem mortificare. Nunc ergo inquirẽdum restat, an hæc opera, quæ relinquis, preciosi lapilli sint, an forte aurum hæc fuerint, & aurum, 1.Co.3 & argentum, & lapides preciosos colligere potes, ut superedifices tibi à dño bonum (sicut Paulus ait) stultus iudicandus es, qui hæc preciosissima relinquis, quæ tibi uiui pare potes. Si uero ista, q̃ ñ dixamus, lapides uiles sunt si ligna, aut fœnum, mirãdum nõ est si eã missa facias.

Sed q̃ ratione ualorem, ac precium ope-

A operum istorum colligere poterimus? Audi memorabile, quod asserere, sed illud statim manifesta ratione ostendemus. Tantum est pretium, tantus valor boni operis, quod in gratia, ac charitate fit, ut cum iusto illius mercedem Deus reddere voluerit, nullam aliam dare possit, nisi seipsum: quod si seipsum praestet, plenam mercedem dabit. Si se non dederit, licet omnia, quae possidet, nequaquam persoluet illi stam mercedem, et si ex opum ... thesauris vniuersi ... proferat. Mirabilis plane res accedit, ... ad Deum iustus ... eleemosynam ... minimam orationem ... mercedis pro opere ... Si Deus dixerit, accipe decem millia ... iustus dicere ... non ... iustus est, non haec plena merces. Si Deus addat, accipe Hispaniae regnum ... hoc ... Iustus
B dicere valet: non ista digna merces est operi meo. Quod si Deus mundi vniuersi regnum dederit ... ac Angelorum similes, a infinitos mundos condiderit, eosque vniuersos iusto ... pro opere suo, iustus dicere valet, non ista plena est merces. Quae ergo digna merces est operi iusti? Deus ipse, sicut Thomas dixit dicenti sibi, quam accipies mercedem? Non aliam praeter te Domine. Si haec, quae diximus, manifesta ratione vera ostenderimus, plane probabimus opera iusti argentum, aurum, et lapillos pretiosissimos esse, immo vero haec omnia nihil reputanda, ac vilissima esse, si cum iustis operibus conferantur.

Sed interrogas, et merito, vnde ego scire potero, vera esse, quae asseruisti? Quis nam doctrinam istam tradidit? Certe non D. Thom. non Aug. sed Deus ipse, qui prima veritas est, et ideo doctrinae huic non
C pot subesse falsum, fides ... ac catholica est. Deus est, qui eam docuit, cum dixit
Gen. 15. Abraham. Noli timere Abraham, ego protector tuus, et merces tua magna nimis. Non ait, mundus vniuersus merces tua erit, non coeli, aut Angelorum chori, sed ego ipse, haec est merces tua, et merces magna nimis, quia infinita est merces. Deus ergo hic per gratiam in coelo per gloriam possessus merces est operum iusti. Hic Paulus beatitudinem dicit, coronam iustitiae

dum ait, In reliquo reposita est, mihi corona iustitiae, quam reddet mihi in illa die iustus iudex. Et tam fides certa definit in Conc. Trid. mereri iustum pijs operib. vitam aeternam, quae in Dei visione, et fruitione consistit. Vnde quia alia reciperet praeter Deum, minus reciperet eo, quod meretur. 2. Ti. 4. Conci. Trid.

Sed dubium restat dissoluendum, quo pacto tanta merces, qualis Deus est, dari possit minimis operib. ita, ut nulla alia sit res, quae dignum eis pretium reddat, mirabile namque est, quod minima iusti oratio, aut calix aquae datus pauperi, alia mercede persolui nequeat, quam Deo ipso. Certe mirabile, sed de his mirabilibus plena Dei lex est, dicente Psal. Reuela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. Inaequalitas, et improportio summa, quae est inter nos, et Deum, et inter opera nostra, et beatitudinem tanta est, ut meritum nullum sit in operib. nostris nude, et in seipsis consideratis. Et hoc pacto ait Paul. Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Ex triplici vero radice procedit, ut hoc tantum meritum sit in nobis. Psal. 118 Rom. 8

Prima huius meriti radix est diuina gratia, quae salit in vitam aeternam, et inde eleuantur opera hominis, iuxta illud Ioannis. Fiet in eo fons aquae viuae salientis in vitam aeternam. Gratia etenim desponsat Deo animam, quae tanto viro copulata filios parit bonorum operum, haeredes regni coelestis, quia eorum pater Deus est. Exemplo perspicuum hoc fiet. Si Hispaniarum rex in vxorem duceret vilem, ac abiectam foeminam, et ex ea filios procrearet, in magno honore filij haberent, et haereditario iure regna plurima obtinerent. Quod si quispiam diceret, qua ratione filij ... matris tanto ... honore, et tanta bona haereditate acquirit? Facili negotio rideres, quia patrem habens Hispaniae regem, ex parte quidem matris pauca, vel nulla bona eis obuenirent, ex parte vero patris innumera. Hanc rationem de operibus iusti bonis philosophandum est. Mater eorum anima, ... abiecta planè mater, infirmior ... inter creaturas spirituales. At pater operum illorum Deus est, dicente Esa. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Et ... D. Tho. 1. 2. q. merit. Ioa. 4. Simile Esa. 26

Sine

A Sine me nihil potestis facere. Si ergo opera illa attēdas, ut ab aīa nfē ꝓcedūt,
Ioa.15. parua sūt, & infirmi meriti, Si vero eā cōsideres, ut Dei opa a Spū diuino inspirata, & procreata, vt a gr̃a procedunt, p̃ q̃ spiritus sanctus aīę desponsatur, summi ꝓtij sunt, & tanquam Dei filij eius regnū merētur, & hęreditatem acquirunt.

Secūdā radix huius tanti meriti est diuina ꝓmissio, qua Deus fidē adstrinxit suam daturū se regnum ęternū ijs, q bona opa, ei quę grata, ꝓstitissēt. Nec vero sola ꝓmissione cōtentus, eā iureiurādo confirmauit, vt oīno certi redderemur.
Hab.6 Hinc Paul. ait. In quo abundantius volens Deus, ostendere pollicitationis heredibus (idest ijs, quibꝰ ꝓmiserat hæreditatē;) immobilitatē cōsilij sui, interposuit
B iusiurandum, ut p duas res immobiles quib. impossibile est mētiri Deū, fortissimū solatium habeamus.
Simile Certos .n. nos reddit Dei verbum, & eius iusm. Subiecto exēplo res ista manifesta erit. Aduocas hoiem, & dicis ito celeriter in curiā, & negotiū, q tibi pcipio intra decē dies pfice. Si id feceris, dabo tibi mille nummos aureos, & hanc ꝓmissionē iurō cōfirmo. Negotio ab illo confecto ex uoto posset ex iustitia petere a te mille aureos. Si vero tu causareris, ac diceres magna ista merces est labori exiguo. Iure ille te argueret, cum initio laboris mei pactū inisti, minori mercede ꝓposita potuisti cōuenire mecū, at cōuētione facta
C & iurō cōfirmata, ex iustitia mihi debet merces ꝓposita. Ita oīno, cū Deus hoī p̃cepit, vt in vinea sua laboraret, potuit ei laborē imperare nulla mercede, qa homo seruus est, & oīa obsequia Deo dēt iure creationis. Posset ēt minorē proponere mercedem. At vero pro sua bonitate, amplissimā mercedē proposuit conuētione facta ex denario diurno, q qui
Ma.20 dē cælestis est beatitudo, & cōuentionē iurō confirmauit. Et ideo hō ex iustitia petere hā mercedē pōt, q̃ Deus pollicitus est, & Deus iustus iudex eā reddet.

Tertia huius meriti radix est X̃pi meritū infinitū, cuiꝰ participes efficimur p bona opera nobisq; applicamus. Cūq; De iusto ꝓmia donat, nō solū eius opera attēdit, sed et opera X̃pi dn̄i, quæ ille participauit, tanq̃ illius viuū membrum. Hinc Paul. ait. Induimini dn̄m nostrū Iesum Christū. Sicut .n. Iacob indutus Ro.13. veste primogeniti eius, pcipit benedictio- Ge.27. nē, ita hō X̃pm induēs, illius meritū participat, & ęternā cōsequitur benedictionē. Similitudine ꝓposita, quā diximus illustremus. Nobilis vir, dux fortissimus Simile vocat a rege Hispaniæ, eique mādat, vt vniuersa cōficiat bela, q ipsum vrgēt, vt Angliā debellet, Germaniā inferiorē in seruitutē reducat, hęreticos Gallos expugnet, Turcas vniuersos superet, eorumq; imperiū prosternat, & denique vniuersam terrā suo curet subiugare imperio, sicut olim Nabuchodonosor præcepit Holopherni. Egressus e regis conspectu dux oīa ista pficit ex uoto regis, & uniuersa mundi regna expugnata regi suo B tradit. Innumera ꝓfecto beneficia, summa merces debet duci tāto. Sed cum rex Iud.2. ea pstare vult, morte pręocupatus dux illa suscipere non pōt. Sed epistola ad regē destinata, sic ad eū scribit: Non potui morte ꝓuentus experiri magnificentiā tuā, & dona percipere meritis meis debita. Filios tn̄ relinquo pauperes hæredes bonorū meorum, quos ēt hæredes instituo meritorum, illis obsecro beneficia cōfert, quę mihi cōferre decreueras, illi etenim, & ego vnū sumus, & q vni ex illis minimis fecisti, mihi fecisse te credo. His literis filij in curiā veniūt, & cū C parua præstent regio obsequia, maximā accipiunt mercedē, beneficia immensa, quia rex attendit, non eorum obsequia solum, sed cū illis patris sui immēsa merita. Ita ꝓfecto nobis accidit. Filij pauperes sumus, ac miseri, si nos ipsos cōsideremus, sed si patrē attendamus nobis a Deo concessum, diuites nos existimabimur. Sed qs nā pater nr̄ est? Certe ille, q ab Es. dictus est. Pater futuri sęculi prin Esa. 9. ceps pacis. Huius patris hæredes nos sumus, eius bona nr̄a sunt. Sed quāta pris nostri merita apud Deū sint, qs enarrare valeat? Oīno infinita sunt, qa infinite gratus filius patri fuit, & opera illius valoris infiniti, quia a summa gratia, & a diuina persona procedebant. Quid ve-

A ro mercedis illa recepit pro tantis obsequijs pri exibitis? Certe, vel nihil, uel parum. Gloria.n.essentialis aię ipsius ante oẽ meritum ei cõcessa est in instãti, quo creata fuit, quia diuino verbo vnita. propter merita ergo infinita accepit duntaxat corporis gloriã, nois, exaltationem. Parua hæc sunt, si cum meritis conferatur. Nũ igitur vacua a mercede merita tanta manebunt? Absit. In filios suos illa Christus transfundit, qui ea participent bonis operib. & pri ait: membris meis cõfero merita mea, in ipsis ergo illa mihi persolue, q illis dederis, mihi dedisti. O nos fęlices, & ditissimos meritis tãtis au

Eph.3. di Pau. Mihi oĩum sanctorum minimo data est gratia hæc Euangelizare in gentib. inuestigabiles diuitias Xpi, iuestigabiles plane diuitię Xpi sunt, quia infini

B tę cũ sint, comprehẽdi nequaq̃ pñt. Hæ vero diuitiæ tantę nobis relictę sunt. Et hinc fit, ut cũ parua nos opera, ac obsequia Deo pstiterimus, maximã mercedẽ, & infinitã gloriã percipiamus, quia nña efficimus Xpi merita operib. bonis, & vt nobis mercedẽ pater donet, nõ opera nña nuda conspicit, sed ornata operibus Christi. Nunc mirum videri non dẽt, si gloriã mereamur Dei, cum diuina Xpi

Ioã.15 opera nobis applicentur. Hinc ipse ait. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multũ. Vere fructus multus gloria æterna est, sed eum colligimus, qñ in Christo manemus, & vnũ cum illo su-

C mus. Et hac rõne ait Paulus. Ex ipso ãt

1.Co.1 vos estis in Xpo Iesu, qui factus est nobis sapiẽtia a Deo, iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Vt quemadmodũ scriptũ est: Qui gloriať, in dño glorieť. Fact' dr nobis iustitia, quia illius iustitiam participamus, ut in eo gloriari possimus.

Ex quo colligere possumus, merita Xpi, & illius satisfactionẽ potius nostra esse, q̃ ip ius. Sicut fructus arboris po-

Simile tius eius dñi esse, q̃ ipsius arboris Licet. .n. arbor eos pducat, dñs tñ eis vtitur. Ita Xpi satisfactio ipsius, est, tanq̃ producentis, nostra vero, quia ea vtimur. Meritũ similiter potius nostrum q̃ eius est, ille produxit, & ille solum accepit, propter merita corporis gloriam. Nos vero propter illud a nobis participatum

A sacramentis, & pijs operibus, accipimus essentialem beatitudinem, diuinam visionem. Ex quo patet plus proficere merita Christi minimo iusto, quam ipsimet Christo Domino, plus fructus ex eis nos percipere, qua ipse percipiat, plus ergo nostra sunt, quam ipsis.

Ostendimus hucusq; prætiũ, ac ualorem immensum bonorum operũ iusti, & rationes meriti tanti, ex quib. colligitur, omne aurum, & lapillum arenam esse exiguam, si cum bonis operib. iustorum conferantur, hæc enim sunt pretiosæ margaritę, ac inestimabiles lapilli. quorum pretium Deus solus est.

Ex hac ergo doctrina tradita duo col ligere licet. Primum est, quanta sit diui- B

nę gratiæ dignitas, ac celsitudo, ea etenim efficit, ut opa nostra in se minima tãti pretij fiant. Sine charitate.n. & gratia maxima opera nostra nihil sunt. Vnde Paulus ait. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem

nõ habuero, nihil sum, &c. Charitas vero, & gratia efficit, ut minima opera prę- i.Co.13

tij sint infiniti, gratiam ergo a nobis, q̃ri oportet, eam magnifacere dẽmus, eã omni custodia seruare laborauerunt ali qui, ut lapidem philosophalem conficerent, cuius vi fieri dicũt, ut metalla oĩa Simile

in aurum mutentur. Si hunc lapidem tu haberes, quanti eũ duceres? Quia foelici tudine custodires? Si amitteres, qua cura eum quæreres? Quid obsecro diuina gratia est, nisi lapis iste, & multo eo ptiosior, qua minima tua in aurum mutare C

potes in lapillos, & si sic loq tas est, quo dãmodo in Deum. Eleemosyna tua ex se calix aquæ est, cuius pretium minutũ æreum est. Si uero gratia Dei eleemosynam tangat, in aurum mutat, & quid dico in aurum? Deus solus illius pretium, ac merces est, hac de causa dixi in Deũ quodammodo transmutari. Quis ergo gratiam habitãm nõ magnificat? Quis habitam non omni studio tenet? Quis amissam inuenire nõ curet, & domum euertat, donec drachmam istam inueniat? Si gratiam, o homo, habes, ditissimos es, petram habes phylosophalẽ in-

Sanct. Cc ue-

A uenisti thesaurum in agro, serua illam, & ab omni occasione eam amittẽdi caue. Si non habes, dole, & satage quasi parturiens, conficere,& inuenies.

C uatam in cœlis. En finem fœlicem negociationis iustorum, quem ut consequantur, libenter nunc aliquod detrimentum patiuntur. Vnde addit Petrus. In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in uarijs tentationibus. Et quemadmodum prudens mercator lætari solet, non solum in negociationis fine, cum lucrū percepit, sed et initio, cū uidet optimæ negociationi expositā pecuniā: Ita Petrus, exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem

A nem fidei uestræ salutem animarum ue strarum. Quia cum iustus finem attēdit & lucrum maximum futurum sperat ēt tunc lætatur, cum detrimētum patitur. Optimus ergo finis negociationis iusto rum est, & ideo de forti muliere, quæ negociationi incubuerat ait Salomon. Ri-
Pro.31 debit in die nouissimo. Initia verò, ac fines harum negociationum mire descripta sunt historia Diuitis epulonis, &
Luc.10 Lazari. Quorum initio diuersa admodū fuere, sicut etiam exitus. Diues enim partam utilitatem, & delectationem in principio habuit, sed demum sepultus est in inferno. Lazarus uero, qui initio detrimentum passus est, in morte porta tus est ab Angelis in sinum Abrahæ.

Secūdum uero, quod prudens nego-
B ciator attendit in negocio suscipiendo, est securitas, ac certitudo lucri, nec em satis sibi putat, si lucrum uideat, nisi illud certum sit. Et quoniam aliquid minus attendunt, omnia bona sua dilapidauerunt, quia negocium aliquod uiderunt præcipuum, in quo plurimum lucrum futurum putauerunt, quod deinde incertum fuit. Sunt quędam merces, quæ nunc ualorē retinent multum, sed post annum nullius precij sunt. Sunt ēt mercatores, qui pretium mercium nun quam reddunt; & in his negociationib. sæpe negociator bona sua amittit, licèt enim initia putauerit, multum futurum lucrum, sed postea nullum est, imo ma-
C ximum detrimentum. Ideo securitas ne gotij nimirum attendenda est. In hac ēt re diuersitas magna est inter negocia iu sti, & peccatoris. Quòd in iusti negocio certum omnino lucrum est, in peccatoris uerò negocio nihil certi de lucro affir mare possumus. Merces iusti ualorem semper retinet. Merces peccatoris non item. Merces sunt, quas uulgo dicimus [de coyuntura,] hodie enim aliquid ualent, cras nihil: nunc pulchritudo aliqd est, cras marcescit. Nunc diuitiæ lætificant, sed nihil proderūt in die ultionis. Nunc potestate fungeris, cras ea carebis. Iustitia uero, ac uirtus omni loco, & tempore pretium retinet, in salute, & in firmitate, in diuitijs, & paupertate cœlum lucrari poteris. Et ideo de iusto Ps.
A ait. Omnia, quæcunque faciet, prosperabuntur, in omnibus lucrum inuenit. Psal.1.
Deinde debitores admodūdiuersi sunt. Quæ enim mundo dedisti, uix, aut nunquam recuperabis. Debitor mendax mundus est, plura tibi debet, & soluet nunquam. Multa forsan tribuisti mundo, & amicis, & te nunc deceptum uides, quia ingrati tibi sunt. At uero Deus noster non solum, quæ debet, soluit, sed plura adijcit. Mensuram bonam, & cōfertam & coagulatam, & supereffluentem dabunt in sinus vestros. Non enim mensuram tribuit, nisi supereffluentem quia præmiat ultra condignum. Non sic accidit his, qui mundo, & eius uanitati inseruiunt. Scribe obsecro in libro tuo, quæ filijs, consanguineis, & amicis dedisti, & postea ad eos accede, at debita soluant, & nihil tibi retribuent. Inter alia, quæ Propheta Abdias ad Edom loquitur, per quem iniusti intelliguntur, ut Hieronymus ait, unum illud est, Omnes uiri fœderis tui illuserunt tibi, inualuerunt aduersum te uiri pacis tuæ, qui comedunt tecum panem, ponent insidias subter te. Luc. 6. B Abdi.

Si ergo rectè sapimus, negociationē iustorum suscipiemus, & cum Deo negotiabimur, ibi enim lucrum maximū, & certum inueniemus, quis enim sperauit in eo, & confusus est? Et hoc negotium nostrum esse oportet, ut salutem animæ nostræ curemus. Et in hunc finem uniuersa alia negotia dirigenda sunt. Hinc Paulus. Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Cum ea, quæ ad corpus spectant, in salutem animæ tuæ, & in Dei gloriam dirigis, à spiritua li iustorum negotio non recedis, etiam si plura temporalia negotia peragas. Si uerò aliud intēdis, iam negocium aliud intendis, iam negocium aliud tractas. Ideo Mattham Dominus carpit, quia circa multa erat occupata, cum unum esset necessarium. Hinc Paulus. Rogamus autem uos fratres, ut abūdetis ma gis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut uestrum negotium agatis. Duo Paulus C 1. Cor. 10. Luc.10 2. Th.4

ait,

A ait unum esse hoc nego tiũ, & nostrum esse. Alia enim negotia aliena putare debemus. Non enim Christiani nego tium est, substantiam, honoresque acquirere, Ethnici, & Turcæ negotia ista
1.Co.7 sunt: Virginitatem consulit Paulus, licet matrimonium sanctum sit, ne homo sit diuisus, quid obsecro diceret de eo, qui diuisus in ludos, comessationes, turpia, & iniusta lucra? Et hac de re no-
Naũ.3 biscum expostulat Dominus per Naũ, quod cum vnicum esse deberet negotium nostrum innumera alia geramus negotia, ait enim: Plures fecisti negotiationes tuas, quam stellæ sunt cœli. Vna nobis pecunia datur, Mna, scilicet; vt negotiemur, vnicum debemus gerere,
B & administrare negotium. Id vero præstabat, qui ait. Vnam petijt à Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. Et vt huic vacarent negotio, vniuersa mundi negotia sancti reliquerunt, vt tradit Gregorius in illud Iob 3.
Gre.4. mor.c. 33. & 34. Cum regibus, & consulibus terræ, qui ædificauit sibi solitudines. Desiderabat Iob similis esse regibus terræ, qui iusti sunt, qui solitudines ædificare dicuntur quia uniuersa relinquunt, ut Deum acquirant.

Sed si nosse cupis, quousque tibi negotiandum sit, audi cœlestem magistrũ dicentem: [Negociamini dum uenio.] Finis meriti erit, cum Christus uenerit in iudicium singulare in morte, & generale in mundi fine. Postea tempus, & lo-
C cus meriti non est. Ioseph in Aegypto
Ge.41. abundantiæ tempore plurimum congregauit triticum, Aegypti uero illud facere nescierunt, & ideo postea sterili tẽpore substantiam omnem uendiderũt. & seipses in seruos Pharaonis tradiderunt. Forsan dices dementatos tũc temporis Aegyptios fuisse, qui uiderunt Ioseph tricum congregantem, nec ipsi similiter fecerunt. Sed si illi dementati sunt, qui uitæ mortali non prouiderunt, an non, tu dementior, qui æternæ uitæ oblitus, & annorum sterilitatis, tibi merita non interrogas? Sicut Ioseph tunc frumentum congregauit plurimum, ita beatus N. cuius hodie diem festum agimus, & uniuersi uiri iusti, merita congregauerunt, & congregant. Cur illorum exemplo tibi ipsi nõ prouides? Audi monentem Paulum. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia, in ieiunijs, in tribulationibus, in uigilijs. Nunc tẽ- 2.Co 6
pus abundantiæ, tempus meritorum. Placuit enim diuinæ prouidentiæ, hoc designare tempus ad meritum, & demeritum. Sicut ex regis beneplacito celebrantur nundinæ, & mercatus, in quibus absque solita tributi, & uectigalis solutione emere omnes possint, & vendere. Tunc plurimi conueniunt, vt libere vendant. Sed elapso tempore à rege præfinito. Nundinę cessant. Ita B
omnino Dei gratia, ac liberalitate concessum nobis tempus vitæ est, ut merita cumulemus, si hoc elapsum fuerit, meritum, & demeritum non erit, licet plura opera bona, & mala tunc fiant. Nunc venale est regnum cœlorũ, nunc ergo accede, & eme.

Subiungit vero in pabola Dominus, quid peruersi ciues egerint rege recedente. [Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem, &c.] Ciues dicit Iudæos, qui oderant eum, sicut alibi ait. Odio habuerunt me gratis. Hi eum negauerunt coram Pilato dicẽtes. Non habemus regem nisi Cęsarem. Et postea Apostolis denunciauerunt, ne omnino in nomine Iesu loquerentur. Et Pilato dixerunt. Noli scribere Rex Iudæorum. Sed eorum peruersus animus ostenditur, dum nulla ratione adducta, sed sola voluntate peruersa aiũt. C Ioa.19
[Nolumus hunc regnare.] Nec vero Act.4.
Iudæi soli hoc dicunt, sed & fideles, qui Christi iugo spreto, Diabolo potius seruire uolunt, pecuniæ, & varijs cupiditatibus, quam Deo. Et tum hi, tũ Iudæi similes extiterunt his, qui regem postula- 1.Reg. 10.
uerunt, & postea cum eis regem Deus dedisset, spreuerunt eũ, & non attulerũt ei munera. Summis affectibus desideratus Christus est, & à Deo petitus. Cum vero concessus fuit spreuerunt eũ. A'iquis certe res tuus esse debet. An non me-

A melius tibi est, vt regnet super te Christus? Vt quid Rhamnum eliges in regē, à quo ignis procedet, q deuoret te? Quid enim à Dœmone speras, qui est rex super omnes filios superbiæ, nisi ignem æternum? Præcipue cum scias redditurum hunc regem accepto regno, & velis, nolis, rex futurus sit, & de te vltionē sumpturus, Rebellant aliquando ciues in regem, sed putant regem à regno omnino deturbandum, quis vero adeo amens, vt rebellet, cum nouerit, regem nihilominus regnaturum, & de eo ultionem sumpturum? Rebellas, ò peccator, in Christum, & ais. [Nolumus hūc regnare super nos.] Nosti ne, quid redibit accepto regno? Nosti ad eius pedes te adducendum? Nosti æterna te pœna plectendum? Quo ergo pacto rebellas?

B Rediens vero rex, cum pronior sit ad miserendum, quam ad vlciscendum, prius seruos uocat, quibus mnas dedit, ut fideles præmijs afficiat. Accedit primus, & ait. [Domine mna tua decem mnas acquisiuit.] Non ait, ego acquisiui. Sed mna tua, in Deum referens omne lucrum. Sic Paulus ait. Deus autem incrementum dedit. Et idem cum dixisset, se plus omnibus laborasse, ait: Non ego, sed gratia Dei mecum. Licet enim hominis industria adfuerit in hac negociatione, sed minima illa est, si cū Christi meritis, & gratia conferatur. Et ideo potius Christo, & gratiæ ipsius tribuendum est lucrum. Præmij vero magnitudo ostenditur, cum ait. Esto super decem ciuitates. Alibi, vero dicitur, super quinque, quia diuersa merces dabitur pro diuersitate laboris, & gratiæ. Qui vero propria merita non acquisiuit, sed dixit Christus pro me laborauit, & meruit illud satis mihi est. Hic est, q mna deposuit in sudario, qui ignauus fuit nolens laborare, sed solum labores Christi sibi seruare, à quo illi merito tolluntur, quia eos non fecit proprijs operibus, &c.

1.Co.3

1.Cor.10.

C

## In communi Virginum

*Thema. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, &c. Matth. 25.*

Maximus certè, ac pretiosissimus thesaurus. Virginitas est, quantus vero sit, nulla creatura sic ostendit, vt Maria, quæ eo in pretio Virginitatem habuit, vt etsi ad dignitatem matris Dei euecta sit, virginitatem tamen amittere noluerit. Vnde Angelo dixit, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, idest, firmiter decreui, virum nullo modo cognoscere. Sicut vero Mariam in sūmo pretio virginitatem habuit, tanquam thesaurum ita in nullo mortalium sic absconditus hic thesaurus fuit, ac in Maria. Quid enim magis absconditum, quam Virginitas sub maternitate? vt ita dicam. Vt uero nos diuinæ gratię, & Virginitatis thesaurum agnoscamus, ac inueniamus gratia indigemus, quam nobis Maria impetrabit, &c. Luc. 1. B

Regnum cœlorum Ecclesia dicitur, postquam Christus cœlorum rex in terram venit, ante ipsum enim verbū hoc à prophetis vsurpatum nunquam fuerat, & ideo Esa. ait. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit, vbi Hieronymus ait. Hoc nomen esse Ecclesiam, sed nouum Ecclesiæ nomen, quod vsque ad Christum nominatum non fuit, regnum cœlorum est, qd' illæ Ecclesiæ imposuit; quia, cum ille factus est homo, initiauit hominibus viā nouam, & cœlestem, & ecclesiæ despon satus, Ecclesiam fecit cœlestem. Sicut cum rex desponsatur vili fœminæ, eam reginam efficit. Hinc Ecclesia dicitur: Astitit regina à dextris tuis. Simul etiā cœlestem fecit, dicente Paulo; Qualis cę lestis tales & cœlestes. Eam enim sic ornauit, vt sponsum tantum decebat, Vnde eam intuens Ioannes, ait. Vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. De sum

Esa. 62

C

Psa. 44

1. Cor. 15.

Ap. 21.

A mo sacerdote dictum fuit, Virginem ducet vxorem, viduam autem, & repudiatam, & sordidam, atque meretricem nõ accipiet, sed puellam de populo suo, Christus ergo cœlestis cœlestem vxorẽ accipere debuit, vt dicatur de populo suo sponsam esse.

Singulari vero ratione Virgines spõsæ agni dicuntur, Virginitas enim sponsum inuenit in cœlo, & ideo cœlestis dici potest, & ideo Virgo illa vna est, de qua spõsus, Sexaginta sunt reginę, octoginta concubinæ, & adolescentularum nõ est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ electa, hæc Virgo est, inter has vero cęlestis regis sponsas beata N. pręcipua est, quę vt tanto sponso digna esset, mirum in modum sese ornauit. Multam curam adhibere solet Virgo, quæ nubere statuit, vt præcipuis ornamentis fulgeat, quibus omnium oculis amabilis, & pulchra appareт. Hinc Ieremias. Nunquid obliuiscetur Virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? Quanta ergo cura, ac solicitudine anima curare debet, vt se ornet, si Deo desponsari desiderat? Sed ornanda est interius, non exterius, quia vt Psaltes ait. Omnis gloria filiæ regis ab intus. Et Petrus. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui abscõditus est cordis homo incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in cõspectu Dei locuples. De his interioribus animi vestibus sponsa gloriatur per Esaiam. Gaudens gaudebo in Domino, quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitię circundedit me, quasi sponsam ornatam monilibus suis. Si ergo Virgines intraturę ad Assuerum tanta cura se ornabant, vt ei gratæ essent, quanto maiori cura anima ornare se debet, vt Deo placeat? Hoc vero mirè præstitit Beata N. Quia vero nomine regni cœlorum Ecclesiam accipi diximus, uidendum te stat, quo pacto eam Christus eius sponsus describat in tribus parabolis, quibus eam dicit similem in Euangelio. Certe in illis nobis ostenditur initium, mediũ, & finis Ecclesiæ. Et ideo summa totius Christianæ vitæ in Euangelio continetur, cuius initium prima parabola explicat. Quæ sic habet. [ Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, &c. ] Initium Christianæ vitæ est thesauri inuẽtio fortuita, sors est optima, ac pręclara à Deo tibi concessa nullis præcedentibus meritis. Cum ad annos discretionis peruenisti, vides te in Dei Ecclesia baptisma te suscepto, gratia, charitate, & fide ornatum. Quidnam hoc est, nisi forte inuentus à te thesaurus, quem non quæsijsti? Hinc per Paulum Dominus ait. Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparui his, qui non interrogabant de me. Hac ratione non assimilatur minerali auri, aut argenti, sed thesauro abscondito, mineralia enim hominum industriam adinueniri possunt, signa.n. exteriora in terra sunt, quę illius iudiciũ dant. Non sic thesaurus absconditus, cuius signum nullum est solus is, qui industria inueniri põt. Hinc Petro Christum confitenti dictum est. Beatus es Simon Bariona, fœlix, ac fortunatus fuisti, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi thesaurum, sed pater meus, qui illum abscondit. Hoc etiã verum est, in eo, qui ad fidem grãdęuus venit, thesaurum.n. inuenit, fidem, ac gratiã recipit nullis præcedentibus meritis. Vnde Paulus ait. Gratia.n. estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei.n. donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Merito vero thesaurus appellatur prima gratia, fides, & charitas, qm̃ thesaurus dicitur bonum aliquod eximum, ac magnum, quo homo diues redditur, & omnium malorum remedium habet. Et ideo thesaurus uim attractiuam habet, qua ad se trahit, nõ ferrum, sed cor, dicente Christo domino. Vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuũ. Omnes, quærunt thesaurum bonum, f. grãdem, quo diuites fint. Sed qui in his caducis, & infimis illum quærit, in vacuum laborat, nec enim ibi thesaurus est, se potius vanitas vanitatum, idest pijssima vanitas. Vnde sapiens. Quoniam spes im-

[Margin: Cant. 6. B Iere. 2. Psal. 44. 1. Pe 3. Isa. 61 C Ester. 2 Ro. 10. Mat. 16 Eph. 2. C Mat. 6.]

A pij tanq̃ lanugo est, q̃ à vẽto tollit, & tanq̃ spuma gracilis, q̃ à procella dispergit, & tanq̃ fumus, q à vento diffusus est, & tanq̃ memoria hospitis vnius diei prętereũtis. Et hac rõne diuitias fallaces Xps vocat, quia in eis fallitur animus nõ inueniens thesaurum, quem putauit. Sed aliorum exemplis opus nobis nõ est, vbi nos propria experientia docet. Putasti enim thesaurum tibi inueniendum, magnum, s. bonum in diuitijs munere alto, aut hoc, vel illo statu, peruenisti eo, quo desiderasti, & thesaurum non recepisti, audi ergo Prophetæ admonitionẽ. Disce vbi sit prudẽtia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vt scias simul, vbi sit longi turnitas vitæ, & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax. Quis inuenit locum eius? Et qs intrauit in thesauro eius? Statim Propheta ait, non inuenisse hunc thesaurum principes gentium, qui argẽtum thaurizant, & aurum. Nec vero gigantes, & mercatores, ac negociatores terræ. Hic ergo thesaurus regnũ cœlorũ est, in diuina gratia, in Dei cognitione, & dilectione inueniendus est. Hinc Sapiens. Pone thesaurum tuum in præceptis altissimi, & proderit tibi magis, q̃ aurũ. Hinc Esa. Timor Domini ipse est thesaurus eius. Et Thobias. Multa bona habebimus, si timuerimus Deum. Per gratiam enim Deus possidetur, qui infinitum est bonum, & ideo ille solum diues est, qui eum possidet, ille solus beatus. Vnde Psal. ait. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

Luc. 6. Baru. 3 B Ecc. 29 Esa. 33 Tho. 4. C

Sed forte ais, video ego iustos, sed nõ mihi apparent adeo diuites. Certè illud est quia est thesaurus absconditus. Inuenit homo thesaurum, & abscondit illũ, nemo nouit eius diuitias, nisi ipse, quia thesaurus illius abscõditus est. Hinc dominus in Apoc. ait Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi, qui accipit. Manna oẽm continens saporem significat internam dulcedinẽ, qua Deus mirabiliter pascit electos. Dr̃ vero abscõditum, quia ab alijs non videtur, vñ Psal. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quã abscondisti timentibus te. Sed quid est calculus candidus? Certè veteres iudices albis calculis verbantur ad absoluendum, nigris ad condemnandum reos. Similiter fœlices die, albis lapillis numerabantur, infœlices nigris. Quem morem a Thracibus Romani sumpserunt, vt Plinius ait, lib. 7. c. 4. Arethas in Apocal. ait. Victoribus olim trãditos esse calculos candidos. Cum ergo ait, dabo ei calculum candidũ, significat, absoluam eum, nec vllo modo damnatus erit. Et deinde dabo ei vitã felicẽ, & plenam veris voluptatib. quæ albo lapillo signetur. Vel tanquam victori in signum victoriæ dabo ei calculum candidum. Nomen vero dicit in calculo scribendum, vel quia nomen eius, qui absoluebatur, vel eius, cui in comitiorum suffragijs fauebatur, in calculo scribi solebat. Nomen vero istud nouum, quod in calculo scribendum est, est filius, & hæres Dei. Hoc nomen nemo scit, quid valeat, & quantæ dignitatis sit, nisi qui accipit. Thesaurus enim est ab aliorum oculis absconditus.

Apo. 2. A Psa. 30 Plinius B

Sed in agro absc̃oditus dr̃ hic thesaurus, nec agrũ dicit hunc, vel illum, quia in oĩ agro eũ reperire possumus. Quia in oĩ statu, in oĩ tpe, in oĩ deniq; re poteris hunc reperire thesaurum. Nulla relicta ẽ excusatio. Si. n. diues fueris, ibi thesaurũ reperies, si eleemosynas largas feceris, si pauper, ibi ẽt est thesaurus, si patiens fueris, si sanus, thesaurum inuenies, cum laboraueris in pænitentię fructibus, si infirmus patiẽter tolera. Vbiq; & in omnibus institutus sum ait Paul. scio abondare, scio penuriam pari.

C

Sed attende quod sequit. [Quem, qui inuenit homo.] Maximũ profectò hoĩbus bonum hoc est, quod tantus thesaurus facile possit inueniri. Thesauri terrę difficile inueniuntur, & si inueniantur, oĩa plena sunt litibus rex quintã sibi partẽ vsurpat, nec liberè thesauro frui tibi permittitur. Cęlestis vero thesaurus inuenitur facile, & tibi vniuersus relinquitur, nullus illum vsurpabit, hic cœlestis magister ait. Thesaurizate vobis thesauros

Phil. 4. Mat. 6.

A ros in cęlo, vbi nec ęrugo, neq; tinea demolitur, vbi fures nō effodiūt, nec furantur. Præclare Chryſ. ait. Ridēdi pfectò, ac cotemnendi Dij illi sunt, quo Rachel futuri valet, si Deus tuus, si thesaurus tuus de terra fuerit, nō deerit, q rapiat, & a te auferat. Cœlestem vero thesaurū nullus à te auferet inuito. Abscondit Rachael patris idola, & ideò licet ea, q̄ fierit Laban, delusa est solicitudo, quęrētis, quia multi sunt, qui in vanū quærūt terrę thesauros, quos nō valēt reperire, at de cœlesti thesauro dictū est. Omnes, qui quęrit inuenit, nulla creatura eū abscondere valet. ¶ Sed sciendum est, quid fecerit, qui hūc inuenit thesaurū. Certe [Vendit vniuersa, quę hēt, & emit, &c.] Merito vniuersa relinquit, vt hunc thesaurū habeat, quia omne aurum in cōparatione eius ardua est exigua. Et thesaurus ipse tātus est, vt impleat possidētē. De quo Ps. ait. Qui replet in bonis desideriū tuū. Et ideo reliqua effundit, qa plenus est hoc habito thesauro. Sed quo modo vniuersa vendit fidelis? Certe in præparatione animi omnis iustus relinquit vniuersa pro Deo. Hi vero, qui ad perfectionem accuratius anhelant, etiā re ipsa vniuersa relinquunt, dicuntq; Ecce nos reliquimus omnia. Cū vides accipitrem, aut herodiū properare volādo, nec ad dn̄m venire ēt si eū vocet clamoribus, & esca ostensa, ais, certè auem aliquē persequitur, q̄ videt ille, licet ego eā nō videam. Similiter cum venatoriū canem vides properātē, nec à dn̄o vocatū reuerti, ais, bestiam venandam aspicit, licet ego eā nō videā. Sinamus, vt eam psequatur Veritatis pfectò fidei nostræ, ac Christianæ religionis argumentū nō contemnendū est, qđ in ea fuerint plures viri, q vniuersa, quę mūdo alta sunt, reliquerunt, nec vllis vocib. creaturarū acquiescant, nulla re temporalia ostēsa ab itinere reuocentur. Sed cursum arripiant velocem. Aliquid sine dubio magnū vident thesaurū inuenerunt, cuius causa oēm mundi thesaurum contēplarunt. Hinc Psaltes Audi filia, & vide, & obliuiscere populū tuū, & domū patris tui. Quia vidit, oblita est populum, & de mū patris, sed quid vidit? Thesaurū certe, interroga Virginem Catherinā, quid viderit, cum dixit, regnū mundi, & oēm ornatū sæculi contempsi pp amorē dn̄i mei Iesu Christi, quē vidi, quem amaui, quem credidi, quem dilexi? Cum viderit Christum, quid mirum, si omnia contēnat? Cum multi quærunt rem aliquam pretiosam amissam, si vnus currat, ais, vidit ille drachmam, & ideo currit. Qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet, nō potest meus esse discipulus veritas ait, & ideo illis valde timendum est, qui nihil relinquere Dei causa sciunt, hi enim thesaurum non inuenerunt, quē qui inuenit, vendit vniuersa.

[Margin: Chryſ. Ge. 31. — B — Sap. 7. — Ps. 102 — Mat. 19 Simile. — C — Psa. 44 — A — Luc. 14]

Exposuimus primā parabolam, qua initium Ecclesiæ, & vitæ Christianæ ostendimus. Iam secundam explicemus, qua illius medium nobis proponitur. Ais inueni thesaurum istum, fidelis sū, gratiam accepisse me confido, restat ne mihi amplius. Restat certè, vt negociator sis, quod secūda parabola ostēditur. [Simile est regnū cęlorū homini negociatori, &c.] Postq̄ gratiā, & fidem habes sine meritis, exiguntur à te merita, labores, & opera, quæ negotiatione tua perficias, quibus dignus efficiaris digna mercede, gratiam sine meritis accepisti primam, sed illa habita, vide, ne in vacuam gratiam Dei recipias, operare cū ea, & propria industria diuitias iamtibi para per merita. Sine thesauro, quem superius explicuimus, nullus negociari valet, nec. n. esse sine illo pecunia homini est, vt negociari valeat. Et quicquid prætiteris laboris, nihil proficies, si sine gratia illud præstes; vnde Paul. Nihil sum, nihil mihi prodest. Et ideo cum publicæ nundinæ illæ fuerint in iudicio, ad quas vniuersi mortales venient, aliqui accedent, deferētq; chirographa multa, dicentes, domine nonne in nom ine tuo prophetauimus, & virtutes mu ltas fe i mus? Audiēt tū, nescio vos, chirographa vestra non ad me pertinēt. Quia sine gratia, ac charitate opera illa pfecta sunt. Qui ergo gratia caret, pecuniā nō habet, qua negotiari valeat. Ideo si hanc amisisti, quā in baptismo recepisti, cur i

[Margin: B — 1. Cor. 12. — C — Luc. 13]

 cam

A ea in recuperate pœnitentia,cura,vt thesaurum inuenias,& licet id cures,forte fortuna inuenisse te crede,quia sine meritis eam recipies, si enim ex operibus, iam non est gratia.

Hoc verò habito thesauro, restat, vt negociator sis, munus, ac officiũ negotiatoris sume. Et quemadmodum negociator terrę operi negociationis incumbit,ita tu operibus bonis,hoc est munus tuum,huic attendere debes, status tuus negotiatoris sit. Hoc vero summe dolẽdũ est,q̃ quasi accessoriũ quid fidelibus est negociatio cœli,& reb.alij ex professo incũbunt,ac serio,huic vero negocio quasi per trãsennam,& iocũ. An nõ dolẽdũ,quod opus sit,fidelibus prædicarĩ, vt se iactent,& glorientur fideles esse? B Quod hic sit eorum honos,& officium?

Simile Accidit his,q̃ negociari,aut mercatori accidere solet,qui mercatorę oĩno incumbit,quia tñ cũ puer fuit,musicę operam dedit, nunc cum mercator est, lyrã pulsat,sed sæpius errat,qm̃ hoc illi accessorium est. Ita hoĩes plurimos videas,q terrenis,ac caducis oĩno intenti sunt,ali qñ verò operib. pijs intẽdunt,orõni,missę sacrificio,cõfessioniq;,sed in his peragẽdis pijs operib. negligẽtes sunt,& plurima errata admittunt,qm̃ hęc illis solũ accessoria sunt,& cum parentes fideles habuerint,eos in pueritia in his instituerunt. Quia tñ illi alijs intẽdũt pcipue in his faciẽ erãt,atq; labuntur,quia nõ serio,sed ioco his attẽdunt. Sed qua rõne, ais, oẽs vires, & conatus ĩpẽdere debeo

C Simile in hoc negocio? Manifesta rei hui⁹ ratio est,quã subiecto exẽplo perspicies. Duæ tibi fortè negociationes sunt,ĩ quarũ altera cẽtũm posuisti aureos nummos,ex qua cũ pro uoto oĩa succedant, decẽ aureos lucrari poteris. In altera vero decẽ millia talenta posuisti,ex qua immensas diuitias tibi poterit cõparare. Rogo te, cui pręcipuè attenderes? Cuius librũ sæpius perlegeres,in quo negociationis rõ continetur? An nõ stultũ esset hanc obliuisci,ac negligere, illi vero attendere nimium? Dic mihi,ò fidelis sed stulte non habẽs cor,qñ vniuersa terrena negociatio ex uoto succedat,qñ vniuersa, q cupis, obtineas, q̃ inde lucrũ reportabis? A Nũ nõ decẽ nummos? Num nõ vanitatẽ? Eccl.34 Quasi qui apprehendit vmbrã,& sequitur ventum,sic qui attendit,ad visa mẽdacia,quid apprehẽdes? Oĩo nihil, qa cum interieris,non sumes oĩa. Sed attẽde nunc in cęlestium negotiatione quas posueris diuitias,& q lucra sperare possis,diuitiæ huic negotiationi expositæ gr̃a,& dona diuina, Christi sãguinis,& merita sunt. Si huius attendas negociationis,infinita tibi bona cõparare poteris,vitã æternã,Deum lucraberis. Estne negotiũ istud paruipẽdẽdũ? Tm̃ hoc negotiũ est,vt pp illud Deus è cęlo descẽderit,hõ fieret,crucẽ subiret, adeò serio negotiũ hoc ille suscepit,& tu ioco illud agis,cũ tuum sit? Ad hoc ille sacra instituit,pastores,& doctores ordinauit. Angelos destinauit in mũdũ. Huic ergo ne B goti pro virili tibi incũbendũ est. Hinc Sapiẽs, Deũ time,& mãdata eius obserua,hoc est,oĩs hõ. Id est,hoc est oẽ,& solũ negotiũ hominis,& oĩs hoĩs, in quocunq; versetur stato, nõ hæc negotiatio religiosi est,sed oĩs hoĩs. Hinc Sapiens, Eccl.vlt. melior est acquisitio eius negotiatione auri,& argenti. Caue ergo ne de illis ne Pro.3 gotiatoribus sis,de quib. Sapiens ait. Cinis est.n. cor eius, & terra superuacua spes illius,et luto vilior vita ei⁹,qm̃ ignorat,q se finxit,& q ĩspirauit illi aĩã, sed & ęstimauerũt lusum esse vitã nrãm,& cõuersationẽ vitæ cõpositẽ ad lucrũ, & oporteret vndecũq;,ẽt ex malo acqrere. Que ergo negotiatio nostra? Quærere C bonas margaritas,noli vilia qrere,sed p̃tiosa,dedit tibi Deus diuitias maximas quib. negotieris,quid ergo vilia captas? Vocauit nos Deus, vt negotia geramus vniri filio eius,vt socij illius. Hinc Pau. fidelis Deus, per quẽ vocati estis in societatẽ filij eius,Iesu Christi dñi nostri. 1.Cor.1 Et Ioannes,annunciam⁹ vobis vitã ęternã,quę erat apud patrẽ,& apparuit nobis,q̃ vidimus,& audiuimus,annunciamus vobis, vt & vos societatẽ habeatis 1.Ioã.1 nobiscum,& societas nrã sit cũ patre,& cum filio eius Iesu Christo. Sed quid lucri nobis ex hac societate puenit? Multum certe. Sicut Paul. loco superiori subiungit. 1.Cor.1

A iungit. In omnib. diuities factis estis in illo. Sic.n. persępe accidit, ut pauper mercatur adiungatur socius mercatori diuiti, quia cum eo inijcit societatem, ut diues fiat. Deinde societatē init iustus cū omnib. sanctis, unde procedit communio sanctorum; qua particeps est iustus omnium bonorum eorum, qui sunt in

Ps. 118 gratia, vnde Psal. ait. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientiū mandata tua. Maximæ profectò hinc nobis diuitiæ parantur, si tamen negociari cælestia voluerimus, sicut illi; de q

Eze. 27 bus Ezech. ait, Iuda, & terra Israel ipsi institutores tui, in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam posuerunt in mundinis tuis. Pretiosa ista sunt, & quorum negociatores esse debe

B mus, vt diuites simus. Alia lōge diuersa in mūdinis Tyri pōnebant infideles populi, ut, ibi propheta ait, sed uiri Iuda, & Israel, idest fideles primum frumentum deferunt, quod Dei verbum, & euchari stiam significat, Balsamum charitatis. oleum misericordiæ, mel dulcedinis, resinam pęnitentię deferunt.

Vidimus priori parabola Ecclesiæ, & vitæ fidelis initium. Deinde secunda medium, & uiam eius. Iam tertia parabola ostendit omnium exitum, & finem, quo bonis, & malis negotiatorib. digna merces retribuitur his ęterna damnatio, illis gloria sempiterna, quod in iudicio effi-

C ciēdum est. Vnde ait. [Simile est regnū cælorum sagennæ missa in mare, &c.]

Grego. Rectè Greg. ait, parabola ista timenda potius, quam exponenda est. Expositio vero facilis est, nā mare sęculorum significat, sagenna prædicationem Euāgelij. & Ecclesiam, quæ colligit bonos, ac malos, consummatio vero sęculi, & iudiciū eos diuidet ab inuicem: in fine concio-

Ec. vlt. nis suæ ait Ecclesiastes. Finem loquendi omnes pariter audiamus. Cuncta quæ fiunt adducet dominus in iudicium, pro omni abscondito, siue bonum, siue malum sit. Tremendum profectò iudicium in quo uniuersa manifesta fient. Et mali a bonis separabuntur, quibus nunc permixti erant, vnde statim peribnnt, nunc enim quoniam inter pios uersantur, eos

tertia sustinet. Sicut Noę separato in arca, diluuium venit, & omnes perdidit. A Gen. 7.
Et Loth educto ex Sodomis, ignis eos absumpsit. Et Israel descendente a tabernaculis Dathan, & Abiron, terra dehiscens eos deuorauit. Ge. 19. Nu. 16

Cum ergo tempus a Deo constitutū, quod nemo nouit nisi ipse, aduenerit, in quo Iacob proprias oues diuidit ab ouibus Laban, ut mors depascat dæmonis oues, vt Psaltes, ait. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascat eos. Et ipse Christus uitam æternam, det ouibus suis, sicut ipse dixit: Ego uitam ęternam do eis. Cum accesserit tempus illud, in quo area ventilanda est, & separandum triticum a palea, in quo apparebit, quid intersit inter seruientē Deo, & non seruientem ei. Tunc pisces reprobiores mittendi sunt, vnde ait. [Malos autem foras miserunt]. Sed cur foras mittuntur? Certe conueniens hoc eis supplicium est, qui abierunt a Deo, & eius obsequio. Quod contra de iusto dicitur, in Psal. primo, Beatus vir, qui non ab it in consilio impiorum. Alij transtulerunt, in consilium, sed rectius noster interpres ait, Beatus vir, qui non abijt in consilio, &c. Germanus sensus est. Beatus vir, qui non abijt, supplendum est, a Deo, vel a seipso, in consilio impiorum, idest, secutus consilium impiorum. Nam secundum Hebraici sermonis consuetudinem, in eum ablatiuo uirtutem, ac potestatem sonat, vt cum dicitur, in te eripiar a tentatione, & in Deo meo transgrediar murum, idest, in uirtute tua. Ita in consilio impiorum, ideo propter impiorum consilium. Loco illius uerbi abijt, in hebręo est, halach, quod significat, alio tendere, a re scilicet, nota, vel propria ad alienam, & ignotam, & ita optime interpres vertit, abijt. Hinc intelligitur locus difficilis Ieremiæ. Plangite eum, qui egreditur. Hebræa habent flete, fiendo super abeuntem: is ergo abire dicitur, qui a se alienatur. Et a Deo, qui est eius centrum, & locus. Hinc etiam intelligitur illud Ecclesiast. Melius est, uidere, quod cupias, quam desiderare quod nescias.

Ge. 36.
Ps. 48.
Ioā. 10
B
Psal. 1.
C
Iere. 22
Eccl. 6

A

## In dedicatione Ecclesiæ.

*Thema. Zochea festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Luc. 19*

Omnia se perfecisse putabat Israel cum templum illud peramplū, & omni sculptura ornatum haberet gloriabaturque, vt Propheta ait: Hiero. Templum domini, templū domini est. Sed ad eum, loquitur dominus, p Isaiā. Esa.66 Quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi, aut quis est iste locus requietionis meæ? facta sunt vniuersa ista, ait dominus. Non mihi præcipuum, ac gratissimum templum illud est, quod hominū manu, & arte constructum, sed illud potius, quod à me ædificatū est. Sed quodnam hoc ipse dominus illud continuo ostet, ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & trementem sermones meos? Hæc, hæc mihi commodissimā domus, atque aptissima est. Hāc ergo ille sibi construxit in terra, cum humanitatem (in qua habitaret plenitudo diuinitatis corporaliter, idest vere, & realiter, non vmbraticè, aut in figura) sibi fabricauit. De qua ipse loquitur Prouerbiorum nono Sapientia, ædificauit sibi domum, excidit colūnas septem, idest, septem donis Spiritu sancti eam fulciuit, quia quicquid in thesauris diuinis reconditum erat, in eam effudit. Hanc ille dixit templum suum Ioānis septimo. C Soluite templum hoc, ipse uero dicebat de templo corporis sui. Hanc sic Spiritu sancto repleuit, vt dicat Ioannes, non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Sic enim ornanda fuit Dei domus immensis bonis. Huius vero templi aliud etiam fuit templū ipsum continēs. Maria, scilicet. De qua Ecclesia ait, templū repente sit Dei, quam Deus mirum in modum ornauit vt digna Dei domus esset, hanc impleuit maiestas, & gloria Dei Israel multo portiori iure, quam Salomonis templum. Inter huius domus priuilegia unum non contemnendum illud est, in ea omnis, qui petit accipit, & pulsanti aperietur, petamus ergo gratiam, &c.

Dedicationis templi diem festum, ac præcipuum ecclesia celebrat, & merito quia cum ecclesia dedicatur, fit omnib. officina salutis, turris refugij, quā in vinea sua posuit paterfamilias, in qua ab inimicis securi sint, ad eam confugerint. Si enim glorificari à Deo domū à se constructam Salomon uoluit petijt, & obtinuit, vt refugium esset templum illud, in omnibus orantibus in eo, multo potiori iure templa nostra eo priuilegio gaudent, quorum gloria in immensum excedit antiqui gloriam templi, propter præsentiam veram Christi domini Eucharistia. Hac namque ratione Aggeus dixit. Maior erit gloria domus istius nouissimæ, plus quā primæ. Quod Hieron. impletum ait ea causa, quod Christus dominus in eo tēplo docuerit. Summa ergo gloria templorum ecclesiæ, & eximia eorum priuilegia, cum contineant Christum, atque adeo omnibus fidelibus cōfugium sunt. Et oratio, quæ in tēplo funditur, potentior est, & Deus adest magis in eo orantibus, tum ratione consecrationis, tum quia Christus ibi adest. Merito ergo consecrato templo dies festus agitur. Quid quod, cum templum dedicatur, Deo domus erigitur, in qua inter homines habitet, quod summum est beneficium, & præcipua festiuitate recolendum? Tanta res hæc est, vt incredibilis Salomoni apparuerit cum ait. Ergo ne credibile est, quod habitet Deus cum hominibus super terram? Si cœlum, & cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ego ædificaui? Cum autem tunc in vmbra habitaret, non re ipsa vt nunc. Qui diuinam maiestatem, ac celsitudinem non agnoscimus, hoc beneficium non adeo magnifacimus, si eam agnosceremus, vt decet, summam nobis ingeneraret lætitiam, ac gaudium, quod Deus inter nos domum haberet, in nobis exultantibus adaugeretur eo, quod vicinus noster esset: Quā merito Isaias ait: Exulta, & lauda habitatio Siō, quia magnus in medio tui sanctus Israel.

Marginalia (right column): A; Agg.2.; B; 2.Pa.6; C; Isa.12

A pro nobis maledictũ, nos ab oĩ maledicto eripuit. Non diu permanet ira Dei, facile placat. Maledixerat Hierico, nũc per eam ambulat. Pater est, q facile placat filijs. Obiurgat aliqñ filium pater,
Simile maledicit, iuratq; nunq̃ se cum amplius in domum recepturũ, sed cum pater sit, paruo tpis intervallo iram deponit, filioque blanditur. Ad hunc modum Deus noster hoium verus pater cũ eis se hêt,
Ps. 102 dicente Psal. Non in perpetuum irascetur, nec in æternum comminabit. Et iterum. Non in perpetuum litigabo, nec
Isa. 57. vsq; ad finẽ irascat. Et cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. Et cõfitebor
Hab. 4 tibi Dñe, qm̃ iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Si ergo in te iratus est Deus, ora eũ, & placabilis tibi ei t, vt Iob ait, & videbis faciẽ
Iob 33 eius cum iubilo. Perambulat ergo Iesus
B Hierico, tanq̃ pius medicus domus infirmorum, tanq̃ pater amantissimus domos filiorum, immẽso amoris igne cor eius erat accensum, & peccatorũ salutẽ mille modis, ac vijs quærebat. Qd si dæmon circuit, quærens quẽ deuoret, si ille
Iob 1. vt in Iob ait, circuit terrã, & perambulat eam, an nõ bonus pastor circuat, & perambulet ouille suum, vt oues tutetur suas? Sed ais, iã Christus cursum suũ cõfecit, iam nõ deambulat, sed sedet ad pa tris dexterã. Sed adhuc dñs Hierico per ambulat. Vis hoc oculis tuis subijci? An nõ vidisti Eucharistiã diuinã in domos infirmorũ portari? En perambulat iterum Hierico, sed ô summã Dei dignatio
C nem, quas Dñe mi calles perambulas? an non eas, quas inhonesti iuuenes percurrũt? an nõ eas, in qbus sæpe innumera peccata fiunt, in qbus iurat, maledicitur, oblatrat famę. En maledictũ Hierico perãbulat Deus misericordia ductus.

Sed, & persimiles deambulationes in corde tuo facile videbis, si reuertaris ad cor tuũ, q ĩ exteriorib. vagaris. Quid.n. aliud esse putas, sanctas in te milias cogitationes, vt vitam in melius mutes, nisi Dei in corde tuo deambulationes? An non sic in paradiso deambulabat, clamans, Adã vbi es? Quoties audisti uocẽ Dñi dicentis, vbi peccatores? In peccato certè, Dei inimicus, inferno proxi- A mus, an non timebis, ut Adã? An nõ paues Deũ tibi iratũ? Plures huiusmodi de ambulationes Dei tui videbis, si attendas, & audias, qd loquat ĩ te Deus. His vero ostẽdit summũ peccatori immine- Simile re periculũ. Si.n. videas medicũ sæpissi me infirmũ inuisere, in multo discrimine infirmũ versari dicis, aut nimiũ à me dico diligi. Vtrunq; vero in te agnosce, & Dei eximiũ erga te amorẽ, & supremũ tibi adesse periculũ, cũ toti° Deus ad te ueniat, & domũ cordis tui perambulet.

Sed si amore ductus Hierico perambulat, cũ in Hierusalẽ pergit, vt mortẽ sustineat, quo obsecro amore eandẽ ciuitatẽ prosequet cum illam proprio sanguine emerit, & uitã pro ea fuderit. Vsu aliqñ venit, vt videas, vel prædium, vel B domum, & perambulans vniuersa, quæ Simile in prædium, vel domũ pertinent, cũcta perspicias, placent tibi cuncta, afficeris eis oib. & demum prædium, uel domũ emere decreuisti, emis tandem, & pecunia data comparas. Cumq; domus, uel prædium à te empta sunt, iterum ea per ambulas, nũc multo plus illa diligis, multo amplius tibi placent, q̃ ante placebat, quia iam tuum illud est. Si ergo antequã nos Deus emeret, sic dilexit, vt pro nobis sanguinẽ, & uitam libenter dederit, postq̃ nos tam caro emit pretio, qua erit Rom 5 in nos dilectione? quo nos amore prosequetur? Hoc mirè expedit Paulus, commendat aũt charitatem suam Deus in vobis, qm̃ si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus p nobis C mortuus est, multo ergo magis nũc iustificati in sãguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo p mortem fi ij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius.

Sed audi, quid deambulanti Christo ob viã venit. [Ecce ait vir nomine Zacheus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues.] Pictorem fuisse D. Lucam, historiæ tradunt, & illius opera, quę in hunc vsque diem perseuerent, extantur, nunc ergo, vt effigiem B. Zachæi depingit, pictoris arte vius est. Sicut.n. pictor

A quod vulgo dr,(de puntillas,)nec videre poterat,ideo arborem conscendit. Quo loco illud primo expendendum est, quo qui mundo inueniunt, conantur omne, quod possunt,imo,&,qđ non pñt,& super pedum summitatem ambulare tentant,ut statura procera appareant,ut in his,quę mũdi sunt, proficiant amplius. Qui mille aureos numos habet,duo millia insumit,ut uanitati seruiat, q minor est,maximus apparere vult. An non hic super summitatẽ pedũ ambulat? Cum his,qui hmói sunt expostulat dñs Hieremiæ 48. Audiuimus superbiam Moab, sublimitatem eius,& arrogantiam,ego scio,ait dominus iactantiam eius, eo q non sit iuxta eam uirtus eius, nec iuxta, quod poterat, conata sit facere. Quasi dicat. Tanta eius superbia est, ut plus B conetur, quam possit in his, quæ mundum spectant, in his uero, quæ Deum, multo minus,quam possit,prestat. Cum vides pauperem, ne ei subuenias, commemoras omnes tuas indulgentias. Cũ vero vanitatis occasio aliqua sese obtulerit,ibi omnia tua insumis,& aliena ẽt. Mira profecto mundi tyrannis est. Est ne tyrannus,qui dicat,decem habes, da mihi viginti? & hæc mundus imperat, & adhuc ei sunt innumeri subditi volũtate propria. Vere si ob aliquam causam conádum esset super vires,si ob aliquem videndum (ut vulgo dicitur,) nos C auiamos de poner de puntillas, hoc merito fieret,ut Iesũ uideremus,sed ad hoc nihil conaris, & con vel parua sese obtulerit difficultas,continuò Deum quęrere cessas. Dicis ieiunare non ualeo,dolet.n.caput,flagella non sustineo, qa dolorem incutiũt. Sed si te interrogarem, quanto difficiliora,ut mũdo assequaris, sustines. An hęc pręstares, si propter illa regnum terræ tibi concederetur, facilia omnia tibi essent ꝓposita ista mercede terrena,& difficilia sunt ꝓposito regno cęlesti. Vis aliquos oculis tuis subiici, q cum Zachæo conati sunt, plusquam possent,ut Deum viderent? Memorare sãctorum priscorum, eremitarum Aegypti, & Scythiæ, ubi miranda exempla, incredibilia ieiunia, oratio iugis. Sed heu quid nos sumus, si cum illis conferamur? uere locustæ apparebimus,& illi gigantes. A

Secundo uero ex hoc Zachæi facto collige,eum, qui statura pusillus est, inter turbas uidere Christum non potest; posset uero si procera statura esset, id eo a turba recedat cum Zachæo, & arborem conscendat. Multa enim sunt, inter quæ perfectus uir videre Deum potest, in quibus imperfectus non potest. multæ sunt huius vitæ occupationes, multæ occasiones,in quibus,qui perfecta virtute præditus est,stabit, Deumque videbit imꝑfectus uero in eis peribit. Qui ergo se pusillum uidet, ab his recedat cum Zachæo. Episcopo tanquam perfecto d uitiæ conceduntur, monacho uero, vt q nondum perfectus est, sed ad perfectionem tendit,auferuntur. Si ergo te uideris statura minimum recede a turba, ascende in arborem religionis, relinque ea omnia, quæ vides tibi esse impedimẽto ne Deum diligas, licet uideas alijs impedimento hæc non esse, illi enim statura procera sunt, tu vero minima. Sicut enim parua, recensq; insita arbor facile lęditur quacunq; causa, cum uero creuerit, altasq; radices miserit, facile resistit multis incommodis, ad eundem modum animus in uirtute tener, & imperfectus & animus perfectus se habent. B Simile

[Ascendit ergo Zachæus in arborẽ.] Maximum oñdit desiderium Christum videndi, cum ut eum uideat hac utit adinuentione. Si in corde nostro efficax esset desiderium, ardensq; studium Deũ videndi, innumera adinueniremus media, ut illud consequeremur, & Angeli ipsi nobis plura ostenderent, quando nos ea inuenire nõ possemus. Adinuentiones q̃re, ut Deo placeas, plures excogita uias, ac modos mortificandi corpus, tum in uictu, uestitu, & omnia asperitate, humiliationes plures perquire. Attẽde quot quotidię adinuentiones producit, qui mundi uanitatis inseruiunt, ne illis tu in hoc cedas, qui Deo obsequeris. Attende Zachęum sycomorum ascẽdẽtem, risui puerorum expositum, ut dicatur, en Zachęum puerũ factũ. Hoc ergo C

pera-